3

IOANNIS GRAMMATICI
Philoponi Alexandrei Commentaria
IN LIBROS DE GENERATIONE,
ET CORRVPTIONE ARISTOTELIS:

EX COLLOQVIIS AMMONII HERMEÆ.

PROPRIISQVE EIVS CONSIDERATIONIBVS.

Hieronymo Bagolino Veronensi interprete.



Venetiis apud Hieronymum Scotum.

M D XLIX.

IOANNES BAPTISTA BAGOLINVS, VERONENSIS,
HIERONYMI FILIVS, BERNARDINO PATERNO SALONIANO, AMITINO SVO. S. P. D.

CVM duobus parenti, ac magiſtro plurimum debeamus, per quos & nati ſumus, & bene uiuimus: Hieronymo Bagolino eidem patri, eidemq́; præceptori, illi præterea uiro, quantum ipſe debeam, cui tam multi debent alieni, apertius eſt, quàm ut mihi pluribus dicẽdum uideatur. Ille enim me genuit: ille educauit: ille in uiam optimarum literarum, artiumq́; ſuarum manu duxit: ille nomen, & commendationem reliquit. Quæ cùm mihi omnia, hæc ipſa, & his ſimilia multa in mentem uenirent, ut ſæpe ueniunt: illiusq́; uiri ſcripta, & monimenta haberem ante oculos: uenit in mentem, & filij, & diſcipuli officia præſtare: ut, quæ ille multa, (ut doctus erat) ita ſcripſerat, & de græco in latinum conuerterat (cũ eo tẽpore græcæ literæ non eſſent ita diuulgatæ, & in ijs eſſet ipſe ſingularis) illa ederem: ut eadem ſcilicet opera patri, & doctori immortalitatem, philoſophiæ ſtudioſis, & amicis utilitatem, quam poſſem, afferrem. Itaq́; Ioãnis Grãmatici Philoponi, docti & diligentis Ariſtotelis interpretis in libros de Generatione & Corruptione cõmẽtarios, ab illo conuerſos, emittendos in primis cenſui, idq́; maxime, quòd audiebam (ut erat pater in homines liberalis, & gratificandi cupidus) habere quoſdam exemplum ab hoc meo mendoſe deſcriptum: ne iſtorum uitio cõtaminata illius editione, paterna laus eſſet offenſa: cum etiam Hieronymus Scotus uir diligens in perquirendis, edendisq́; optimis de philoſophia libris omnibus, id à me flagitaret. Cùm autem ederem & patris opus, & magiſtri: teq́; mi Bernardine pro noſtra cum ſanguinis, & uetuſtæ beneuolentiæ, tum ſtudiorum, & literarum coniunctione, amarem ut fratrem, obſeruarem ut uirum doctum, & probum, eiuſdem magiſtri, eiuſdemq́; auunculi tui ſcriptorum editionem hanc ſub tuo fieri nomine uolui. Itaq́; exit tibi dicatus Ioannes Grammaticus in latinum conuerſus: ut, qui in manus iſta ſument, cum utilitate ſua ſumant, paterna laude, nonnulla noſtri commemoratione. Confido autem fore breui, ut Alexandri etiam Aphrodiſienſis quæſtiones latinas ab illo factas, abſoluta prius in moralem philoſophiam libri conuerſione: tum Syrianum in metaphyſicam, Dioſcoridem, & appendicem Corollarij hæc emittam à patre omnia, quæ à me tribus uiris egregijs attribuentur, Odo Odo, Vincentio Maio, Bartholomæo Lombardo, præceptoribus noſtris, omni nobis officio coniunctis: ut hæc animi grati laus apud quoſdam extincta, inter nos certe cum fide floreat, & beneuolentia non uulgari. Tu interea fruere meo munere: & inter medicinæ tua ſtudia agnoſce Ariſtotelem, & Ioannem Grammaticum, amoris noſtri pignus. Vale.

Patauij. Tertio Idus Februarij. M D XL.

Suidas de Ioanne Grammatico.

IOANNES Grammaticus Alexandreus, cognomento Philoponus: huius ſcripta quamplurima in Grammatica, Philoſophia, Arithmetica, Rhetorica, ſacraq́; ſcriptura, & contra decem & octo Procli argumentationes, & contra Seuerum: quãquam ab Eccleſiæ magiſtris, tãquam tres deos faciens irridetur, & ex numero rectè ſentientium expellitur.

Idem Suidas de eodem Ioanne Grammatico, in dictione Proclus.

HIC eſt Proclus, qui poſt Porphyrium contra Chriſtianos, ſceleſtam, & contumelioſam ſuam linguam ſecundus mouit: aduerſus quem Ioannes cognomento Philoponus ſcripſit: admirabiliterq́; admodum decem & octo illius argumentis occurrit: & in Græcis, in quibus maximè ſibi attribuebat, imperitum, ac fatuum fuiſſe oſtendit.

IOANNIS GRAMMATICI

PHILOPONI ALEXANDREI BREVES

Annotationes ex colloquiis Ammonii Hermeæ, cum quibusdam proprius considerationibus in Primum de Genera/ tione & Corruptione Aristotelis.

CVM pertractauisset Aristo. in Phy
sico auditu de principiis naturaliũ
rerũ, materia. s. & forma, nec nõ de
his, q̃ ad oĩa naturalia cõiter consc
quũrur, sunt uero hæc, locus, tẽpus,
& motus: reliquũ intẽtionẽ suã sta
tuit in cõsequẽtibus tractatibus de
ipsis naturalibus rebus pertractare.
Rerũ uero naturaliũ q̃dã sunt ingenerabiles & incorru-
ptibiles, q̃dã generabiles & corruptibiles. Incorruptibi-
liũ uero & sempiternorũ q̃dã & quo ad totum, & quo
ad partes sunt æternæ, ut cœlestes: q̃dã uero quo ad to-
tũ sunt æternæ, sed quo ad partes generabiles & corru-
ptibiles: qualia sunt quatuor elemẽta. De naturalibus igi
tur æternis, & quo ad totũ, & quo ad partes, necnon de
æternis q̃dẽ quo ad totũ, sed corruptibilibus quo ad par
tes in lib. de Cœlo ptractauit. non. n. est dissona (ut quis
putare posset) ppositio de cœlo: doctrina de quatuor ele
mẽtis. cũ cœli appellatio totũ mũdũ significet apud an
tiquos. in Timæo quippe dicit Plato. Totũ itaq; cœlũ,
aut mũdus, aut alio quouis mõ maxime gaudeat, id à no
bis appellet. & in de Rep. Qđ certe cœlũ, aut mũdũ ap
pellauimus. quare et Arist. cũ inscripsit de cœlo, nõ supe
riora corpa solũ: sed uniuersum mũdũ signauit. in hoc er
go, ut dictũ est, tractatu, de illis, q̃ quouis mõ dicuntur
ęterna, ptractat. In sequẽtibus uero de reliquis, oĩbus. s.
gñabilibus & corruptibilib⁹, et oĩbus, q̃ ad ipa cõsequũ
tur. Rursus quoq; eorũ, q̃ cõsequunt̃ ad res generabiles
et corruptibiles, q̃dã ad ipsas oẽs cõiter cõsequunt̃, q̃dã
uero seorsum ad quasdã. & eorũ, q̃ seorsum ad quasdam
cõsequunt̃, q̃dã ad terrestria seorsum cõsequunt̃, q̃dã ad
ea, q̃ super terrã sunt, hoc est media inter terrã, & cœlũ,
q̃ & in sublimi existẽtia appellant̃. & eorũ, quæ ad terre
stria, q̃dã ut ad animata cõsequunt̃, q̃dã ut ad inanima-
ta. & eorũ, q̃ ad animata, q̃dã ut ad sensitiua, q̃dã ut ad
insensitiua. Cõsentaneã igit̃ diuisioni huic suorũ tracta-
tuũ naturaliũ Aristo. diuisionẽ fecit. Nã, quẽadmodũ in
Physico auditu de his, q̃ ad oĩa naturalia cõiter conse-
quuntur pertractauit, ita in proposito negocio de illis, q̃
cõiter ad oĩa gñabilia & corruptibilia consequuntur, di
sputabit. in Meteoris uero de his, q̃ super terrã cõsistũt,
& de cõsequẽtibus ad ipsa ptractabit. in tractatibus ue
ro de Animalibus, de his, q̃ ut ad animata, et sensitiua cõ
sequunt̃. plurimi uero hi sunt, ob multiformitatẽ naturæ
aĩaliũ. in libris uero de Plantis de aĩatis, sed nõ sensitiuis.
de inanimatis aũt in libris de Metallis, & in Quarto Me
teorologicorũ. Diuisio igitur naturaliũ rerũ, et tractatuũ
Arist. ad has, ut breuiter dicamus, est hæc. Sed q̃a ma-
gna est præsentis huius negocii cõnexio ad librũ de cœ-
lo, ut declarat cõiunctio, aũt, q̃ est in procemio, dicit enĩ
(De Generatione aũt & corruptione) tãq̃ coniunctioni
(q̃dẽ) reddita, q̃ est in fine libri de cœlo posita. est. n. cõ-
tinuatio una sermonis connectentibus nobis calci illius
huius procemiũ hoc pacto. De graui q̃dẽ & leui, & acci
dẽtibus circa ipsa determinatum sit à nobis hoc mõ. De
Generatione aũt & corruptione eorũ, q̃ natura fiunt, &
corrumpunt̃, similiter de oĩbus, hoc est de oĩbus uniuer-
saliter, &c. q̃m igit̃ est hic illi continuus tractatus, ut est
ostẽsum, æquũ est nõ ignaros nos esse eorum, q̃ in libris
de Cœlo edocti fuimus. sed p capita percurrere q̃ ibi per
tractantur. Sciẽdũ igit̃ est q̃ in primis quidẽ duobus li
bris disputat de ęternis, in reliquis uero duobus de his, q̃
fiũt, & corrũpunt̃: sed i Primo q̃dẽ libro q̃rit de subã cœ
lestis corpis, & dicit q̃ est alterius naturę ab aliis elemẽ
tis, cũ sit ingenita & incorruptibilis, nõ solũ quo ad to
tũ, sed etiã quo ad partes, nullã recipiens mutationẽ prę
ter eã, quæ est secundũ locũ. Quærit quoq; infinitũ ne
sit cœlũ, an finitũ, & ostendit esse finitũ, multis quidem
& admirabilibus rationibus, & una huiuscemodi, dicẽs,
simile esse si quis dicat infinitũ cubitum, & circulũ infi-
nitũ. quemadmodũ. n. qui cubitum dicit emensum, ali-
quid dicit, & finitũ: ita etiã qui circulũ dicit figurã ali-
quam nominat, & in huius intellectu comprehendit ter
minos. cũ ergo demonstrauit finitũ esse cœli corpus, ad
hæc ostendit quod nihil est extra ipsum, nõ solum cor-
pus, sed nec locus, neq; uacuũ. neq;. n. inquit in loco esse
nata sunt quæ ibi sunt. nec tẽpus ipsa senescere facit. hæc
igitur docet in primo libro. In secundo uero de figura
totius cœli, & astrorum quæ sunt in eo, quòd scilicet
sphærica est: & de motu horũ, quòd circularis est. Post
hæc deinceps de totalitate quatuor elementorũ docet,
quærens & horũ figurã, & ostendens ipsam esse sphæri
cam. De terra uero magnũ sermonẽ proponit, quærens
quatuor, magnitudinẽ ipsius, figurã, situ, motũ. magnitu
dinẽ quidẽ, eo q̃ nõ ut multi putant infinitã habet ma-
gnitudinẽ, sed est finita, & plurimis, immo ferè omnibus
astris præter lunã minor. figurã uero ostendit, & ipsam
esse sphæricã. situ uero q̃ in medio est constituta, nulla
ui indigens ut sustineatur, ut quis putare posset: sed econ
tra potius uiolentia indigens, si ex media regione debe-
ret mutari, cũ sit immobilis in proprio loco. Cũ igitur
tot quæsiuit, & de cœlo, & de totalitate elemẽtorũ qua
tuor, per quã ingenita sunt, & incorrupta in primo, & se
cundo libro, consequenter à Tertio libro docturus de
quatuor elementis, quatenus sunt generabilia, & corru-
ptibilia, sunt autẽ huiuscemodi proculdubio quo ad par
tes: nã ex partibus elementorũ fiunt quæ generantur, &
in has corrumpuntur quæ corrumpuntur. Pertractatu-
rus igitur de his, quæ generantur & corrumpuntur ex
quibus, & quot sunt elementis, primũ quærit si omnino
est generatio. forte nãq; nõ est oĩno generatio, ut suppo
nentes nullũ esse motũ, neq; mutationẽ, ut Parmenidæi,
& ostendit esse generationẽ: tũ quidẽ destruens & sol-
uens latas cõtra generationẽ dubitationes: tum uero te-
ste euidentia utens eorũ, quæ fiunt & corrumpuntur. om
ninoq; exquisiuit, unde nã in cõceptũ hũc deuenerint,
ut putarent nõ esse generationẽ qui hoc enunciauerunt.
& dicit q̃, cũ crederent in rebus esse sciẽtiã, & hanc de
permanentibus, & semper eodẽ modo se habentibus esse
dicerent: supposuerunt permanẽtia esse entia omnia. Ipse
uerò aduersus hæc & q̃ sit scientia demonstrauit, & q̃
de permanentibus, & semper eodẽ modo se habentibus
sit. & ob hoc nihilominus nõ cogimur motũ auferre en-
tia oĩa permanẽtia supponẽtes. cõtingit nãq; oĩum hæc
quidem permanẽtia supponere, & æterna, de quibus est
sciẽtia: illa uero generabilia & corruptibilia, in quibus ẽ
motus. & in ipsis quoq; generabilibus & corruptibili-
bus est aliquid stans, & manẽs, secundũ qđ & de ipsis
est scientia. dico scilicet forma ipsa. nã & si particularia
corrumpãtur, & mutentur, forma semper per successio-
nem seruatur. Cum igitur per hæc & huiuscemodi de-
monstrauit q̃ est generatio, & quæ generantur & cor-

rumpuntur, quærit ex quo fiunt quæ fiunt, ex incorporeo ne, aut corporeo aliquo elemento, & ostendit quod ex incorporeis. duobus enim existentibus absurdis alterum sequetur ex necessitate. aut enim uacuum erit quod occupabit quod ex incorporeo fit, aut si quidem non datur locus uacuus, corpus per corpus permeabit. relinquitur igitur ex incorporeo elemento fieri q̃ fiunt.

Vbi etiam elementum definit, dicens, Elementum esse corpus, in qđ ultimum composita corpora dissoluuntur, qđ in re ipsa est potẽtia, aut actu. nam hoc quo pacto se habeat interim est ambiguum. ipsum uero indiuisibile in altera spẽ. Dubium autem posuit actu ne, an potentia insit elementum, eo ꝙ nondum docuerit quo pacto sit generatio. nam, si per congregationem, & disgregationẽ est generatio & corruptio, actu insunt elemẽta compositis: sed, si per mutationem substantiæ, potentia, & non actu. Cum igitur demõstrauit ꝙ non sunt ex incorporeo quæ fiunt, sed ex aliquo corporeo, qđ elementũ uocamus: cõsequẽter quęrit hoc elementũ utrum unum sit aut plura, & utrum finita, aut infinita. unum quidem esse inquit impossibile. namq; quo pacto esset tanta in his, quæ fiunt, diuersitas si ex uno fierent, & unde diuersi, & contrarij motus, cum alia sursum ferantur, alia deorsum inclinenẽ. impossibile enim est in uno, & eodem esse contraria. nam & iuxta Hippocratem, si homo unus esset, utiq; nõ doleret: &, si doleret, unum quoq; esset, quod ei mederetur. nõ igitur ex uno, sed ex pluribus, non tamen infinitis. demonstratum enim est impossibile esse actu subsistere infinitũ. dico autem non solum impossibile esse numero esse infinita elementa, sed nec ẽt magnitudine. si enim cœlum, qđ omnia continet, ostensum est esse finitum, frustra utique aliquod elementorum infinitũ esset. finita igitur sunt elementa, & non unum. Cum autem non addidisset quot et quæ, sed ut concessum sumpsisset quot sunt quatuor, cũ ad ostendendum ꝙ tot sint, conferret consideratio illa, generabilia ne sint, an ingenerabilia, in hanc sermonem suum transtulit. Et, cum ostendisset ꝙ non ingenerabilia sed generabilia sunt, & maxime ex ipsa euidentia: uidemus enim uniuersam aquam corruptam, & aerem fieri, et in reliquis eodem modo: deinceps quærit, unde fiant, & generẽtur, utrum ex se mutuo, aut ex alio quodam subiecto, ut supponunt qui medium aeris, & aquæ corpus supponunt. Ostendit aũt ꝙ non ex alio quodam, nam aliud illud inquit elementum, cum sit corpus, in loco est necessario, aut igitur sursum erit aut deorsum. &, si sursum, aut naturaliter, aut præter naturam: & deorsum eodem modo, aut naturaliter, aut pręter naturam. si igitur sit sursum secundum naturam, ignis erit, aut aer: si autem præter naturam sit sursum, erit aut terra, aut aqua. Eadem quoque sequẽtur, si ipsum deorsum esse suppositum fuerit. nam, si sit secundum naturã deorsum erit & terra, aut aqua, præter naturam uero ignis, aut aer. Præterea hoc corpus certe non erit inaffectum, neq; informe. hoc namq; impossibile est. hoc enim est ipsi materię conueniens, quę est incorporea. nobis autem propositum est corporea quęrere elemẽta. si igitur sit affectum, aut calidum erit aut frigidũ, & aut siccum aut humidum. si igitur calidum sit & siccum, ignis erit: si calidum & humidum, aer: præterea humidum quidem & frigidum suppositum aqua erit: frigidum uero & siccum, terra. non igitur ex alio quodam generantur, ex se igitur mutuo. si autem ex se mutuo, aut cũ potẽtia sibi mutuo insint, aut cum actu. sed si quidẽ actu sibi mutuo inexistentia ex se mutuo generãtur, per disgregationem erit generatio, sicut Anaxagorici supponebãt. sed hoc, inquit, est impossibile. si enim, inquit, eo ꝙ segregantur ex se mutuo generant: ut si eo ꝙ insint aquę actu aeris similitudines partiũ, generatur ex aqua aer, & aliorum quodcunq;: necesse est aut stare quandoq; generationem ipsam, cum aliæ similitudines partium consumptæ sint aeris scilicet & ignis & terræ, derelictis his solis quę sunt ipsius aquæ, ita ut ex ipsis non possit amplius aliquod aliud elementorum segregari. uel igitur hoc, qđ dictum est, accidet, stare scilicet generationem. aut, si quidem in æternum concesseris ex se mutuo generari elemẽta, necesse est infinita supposita iri corpora in eodem actu existentia. quod impossibile est. Relinquitur igitur ex se mutuo generari elementa, eo ꝙ potentia sibi mutuo insint. potentia autem sibi mutuo insunt, aut quia resoluuntur in prima, & communia omnium elementa, quę alij indiuidua corpora dicebãt, ut Democritici, & Leucippici: alij superficies, ut Plato. aut, q̃a possunt in se mutuo mutari, sed ꝙ non eo ꝙ in prima resoluantur elementa demonstrauit. neq; enim indiuisibilia corpora possibile est esse, & in superficies corpora ipsa diuidere stultum esse dicit, eiusdem enim utiq; fuerit corpora in superficies dissoluere, & has in lineas, & has in puncta, ita ut constent ex punctis corpora, quod est ultimum absurdum. Superest igitur alio modo supponi ex se mutuo elementa generari. Modum uero mutuæ seu reciprocę generationis quęrẽs, deuenit ad sermonem de potentijs, & passionibus, & motibus ipsorum. Et cum dixisset in fine tertij libri ꝙ opus est omnes ipsorum inter se percurrere differentias, & quę secundum potentias, hoc est inclinationes ipsorum perpẽduntur, & quæ secundum qualitatem, & actiuas & passiuas. in Quarto libro disputat de grauitate, & leuitate, q̃bus naturalis ipsorũ fit motus, & ꝓprium unumquodq; locum sortitum est. Dicturus autem de alijs diuersis ipsorum potentijs, secundum quas fit in eis mutua mutatio, per quas & modus mutuæ generationis declaratur, & numerus ipsorum elucet, quo sunt, & quę: merito ante mutuam elementorum ex se inuicem generationem, de simplici generatione & corruptione doctrinam facit, in Primo libro propositi negocij: non quęrens an sit generatio: hoc enim in libro de Cœlo tradidit: sed docens & q̃d est, & quo ab alijs differt mutationibus alteratione, atq; augmentatione. Et, cum omnia pertractasset, quæcunq; opus erat quærere loquentem de uniuersali generatione corruptione, deinceps proponit de mutua generatione simplicium corporum pertractare, quę elementa sunt omnium compositorum generabilium & corruptibilium corporum. Sed quia necessarius est ad horum doctrinam sermo de tactu, de actione & passione, & mistione, pręassumit inquisitionem de his. Et, cum in hoc perfecisset primum librum, in Secundo sermone transit ad doctrinam de elementis, quęrens actiuas ipsorum & passiuas differẽtias: & per has mutuę generationis ex seipsis, ut prius dictum est, modum adinueniens, & demonstrationem, ꝙ tot sola numero sunt elemẽta. cum enim à principio in libro de Cœlo quatuor esse, ut concessum, assumpsisset, in posterum horum demonstrationem dereliquit. Tex. c. 1.

DE generatione autem, & corruptione eorum, quæ natura generantur & corrumpuntur, similiter de omnibus.

RECTE cum dixisset de generatione corrũ, q̃ generantur, addidit illud { natura, } fiunt enim q̃dam & arte, & electione. electione quidẽ, ut amicitię, & inimicitię: arte uero, ut domus nauis. sed non est de his sermo, sed de illis, q̃ natura fiunt, & corrumpuntur: & de his nõ quibusdam, sed similiter de oĩbus, inquit, hoc est uľr de omnibus, quę natura fiunt, & corrumpuntur, quærendum. dictũ. n. est à principio ꝙ non de quibusdam pręsens negocium pertractat, sed cõiter de omnibus generabilibus & corruptibilibus. nam particulariter de his consequentes tractatus docent, illi quidem de his quæ in sublimi accidunt, alij uero de animalibus & plantis, Com. 1.

Causasq; diuidende, & rationes ipsorum. 2. l. addunt distinguendæ.

Dixit eorum quę fiunt, & corrumpuntur, causas pluraliter numero & non singulari. nã & subiectũ ipsum est cã, & ipsa forma, & unde principium motus, hoc est effectiua. causa quoq; est & ipsum cuius gratia, quæ est finis. de his enim omnibus disputabit. Illud uero { causæ, & rationes ipsorum } ex superabundanti quidẽ non utiq; idẽ Com. 2.

Marginal notes (left column): & neutrum Com. 11. (beside "iuxta Hippocratem…"); Com. 12. (beside "quæ, sed ut concessum…").

significat, ut significat coniunctio, &c. Quidam autem causas uľes omnium, quæ fiunt, & cōes causas intellexerunt, ut quę uľis effectiua causa generatiōis: & corruptionis, quę sit cōis ipsorum materia, & reliquę siſr. rōnes uero particulares, & proximas cuiusq; causas: quæ sit animalium materia, ꝙ uerbi gratia humores quatuor: quę sit materia eorꝝ, quæ in sublimi fiunt, pluuię, grādinis, niuis, conitruorum, fulgurū, uentorū. ꝙ horum quidem humida exhalatio, pluuiæ, niuis, roris, grandinis, reliquorū uero sicca: & in metallis, & reliquis, quæ sit cuiusq; materia: siſr quę sit proxima cuiusq; effectiua causa, & forma.

Mihi uero uē causas quidem quatuor dixisse, siue cōes siue ꝓximas cuiusq; eorū, quæ fiunt, rōnes uero effectiuas quibus unūquodq; fit, uel corrumpitur, ut ꝙ sole recedente, & uapore infrigidato condensatio fit, & sic mutatio in ipsam aquam: adaucta uero frigiditate cōpactio. sed si quidem fit aquæ compactio, facit grandinem, aut glaciem: si aūt uaporis, fit nix. similiter de fulgure, & tonitruo, ꝙ spiritus in nubibus comprehensus, aut delatus ex superiori nubium parte, ex naturali ad superiorē locū latione condensat eas secundum illam partem, tanq̄ calore priuatas. deinde ex huius partis constrictione spiritus in inferioribus partibus cōprehensus accenditur. deinde eiaculatus & confractus ad inferiores nubes, ꝑcussione quidem sonum, uehemente uero motu, & attritiōe accēsus fulgor efficit. Videtur ergo Arist. huiuscemodi assignationes eorum, quę generantur & corrumpuntur, rōnes uocare. non enim sufficit dicere ꝙ materia fulguris, aut tonitrui est spiritus, neq; ꝙ effectiua causa est motus ipse cœlestium: sed oportet addere & rationem, per quā hoc quidem agente, illo uero patiente, aut generanť quæ generantur, aut corrumpuntur quæ corrumpuntur.

Amplius autem de augmentatione, & alteratione, quid utrumq;.

Cōm. 3. Sermo de his ēt secundum se est utilis Naturali, nā & augmentatio & alteratio naturales sunt transmutationes & generationes quædam etiam hæ, ut in sequentibus demonstrabitur. Est quoq; utilis ad sermonē de proprie dicta generatione, ut & ipse declarat per ea, quæ subiūgit. siue enim idem sit generatio, & alteratio, siue alterum, ut etiam nominibus sunt separata, facile cognoscetur, cognita alteratione, quidnam sit.

Et utrum eandē putandum sit esse naturam generationis, & alterationis, aut separatā, ut distinctum est ēt nominibus.

Cōm. 4. Generatio quidē est transmutatio secundum substantiam ex nō ente in ens: alteratio uero est trāsmutatio circa aliqđ formatū secūdum aliquod accidentium ei. Sic quidem & Homerus mutationē Vlyssis in accidentibus, alterationē nominauit dicens. Alter mihi hospes nūc uideris, q̄ prius. Thelemachus ad patrem a Pallade mutatum. Et aduerte quo pacto non dixerit alius, sed alter: nā generatio aliud facit, ut ex aqua aerem, alteratio uero alterum, ex albo uerbi gratia nigrum. Vtrum igiť, inquit, idē sint generatio, & alteratio nominibus tantum differētes, aut una cum nominibus res ipsæ diuisæ sunt.

Antiquorum igitur hi quidem generationem, quæ simplex uocatur, alterationem esse aiunt: illi uero diuersum alterationem, & generationem.

Cōm. 5. Quoniam generatio quædam est & alteratio ipsa, nō simplex, neq; proprie generatio, sed cū additione aliqua generatio, ꝑꝑ hoc addidit { simplicem. } Narrat aūt primum antiquorꝝ opiniones, ut est ei mos, quas habebant de generatione: ut super his examinatis, quæ sibi uidenť construat. Dicit autem quosdā ipsorum idem opinari generationem propriā cum alteratione, quosdam uero alterum: & qui sint utriq; opinioni assidentes apponit.

Quicunq; enim unum quid uniuersum esse dicunt, & omnia ex uno generant, his quidem necesse est alterationem generationem dicere.

Intentio est ei antiquorū de generatione, & alteratione opiniones exponere, quod aūt dicit est huiuscemodi. Com. 6. Antiquorꝝ, inquit, quidā unum supposuerunt oium elementum, quidā plura. Qui igitur unum supponebant, in idem ducebant generationē cum alteratione. Sed est dicendum quo pacto. Qm̄ enim maxime primū elementū unum supponebant, ex quo alia oia fiunt, necesse omnino est idem manens secundum substantiam alia facere. si enim secundum substantiam fuerit mutatum, nō erit primū elemētum, sed habebit prius eo circa quod est facta mutatio, idem manens & imutabile * secundum substantiam, qualem nos supponimus informem materiā. si igiť formatum existens * subiectū (nam tale ipsum supponebant) imutabile est secundum substantiam, non enim eēť amplius primum elementū: relinquitur mutationem non esse amplius secundum substantiam, per quam cum mutatur, facit alia. si autem hoc, clarissimum est, ꝙ non erit generatio, sed alteratio. est enim, ut dixi, generatio quidē mutatio secundum substantiam ex non ente in ens: alteratio uero mutatio circa aliquod formatum in aliquo accidentium circa ipsum. Sed aduerte ne non necessario aduersus eos hoc inducamus. generatio enim non est subiecti, & materiæ, siue imutabilis maneat, siue non, sed eius quod ex ipsa, & forma constat. & nos quoq; generationem circa primam materiā dicimus consistere, quæ imutabilis est, oportet enim semper manere primū subiectū: sed tn̄ ex ea & superueniētibus qualitatibus elementa facimus. qđ igitur prohibet ēt ipsos immutabile facere primum elementum, & non ob hoc generationem auferre? fit igitur cōcursum talium & tot qualitatū circa primū elemētum facere res ipsas: circa has autem deinceps alterationem fieri. Nisi illud dixerimus ꝙ nos informe primum facimus subiectum, & concursu qualitatum formātes ipsum facimus res. ipsi uero formatum ipsum supponentes, & imutabile, non amplius nobiscum conueniūt, qm̄ & primum aliquam aliam ex se formam generare non potest, cum immutabile maneat, nisi circa accidentia ei mutationem dederint. hoc pacto igitur unū supponentes elementum, coguntur generationem in idem ducere cum alteratione. Quicunq; autē plura elementa supponunt, possunt separare generationem ab alteratione, congregatione quidem & disgregatione generationē & corruptionem supponentes: transpositione uero, & ordinis mutatiōe alterationem, ut Demoritici, & Leucippei supposuerunt. Nihilominus, inquit, cum & omnes plura elementa, supponentes possent generationem & alterationem seruare, non omnes seruarunt. nimirum Empedo. quatuor elementa supponens alterationem sustulit, impassibilia dicens elementa, & qualitates in eis immutabiles, ita ut generatio sola inducenda sit per huius suppositionē, & si alio modo q̄ nos supponimus, ut in sequentibus demonstrabitur. { quicūq; enim unum quid uniuersum esse dicunt, & omnia ex uno generant. } Exponens quid sit uniuersum ipsum, unū dicere, subiūxit illud { oīa ex uno generant. } hoc est, quia unum omnium supponunt elementum.

Et quod proprie fit alterari.

Quod superius dixit simplicem generationē, hoc nūc manifestius quod propriē fit, dixit. Com. 7.

Quicunq; uero plura materiam uno ponunt, ut Empedocles, & Anaxagoras, his alterum.

Quicunq;, inquit, uno plura materiam ponunt, materiam uocans prima apud eos elementa: nam secundum illos materia hęc sunt, cum imutabilia inalterabiliaq; illa supponant: secūdum hos alterꝝ dicit fore generationem ab alteratione. Com. 8. Cum autem non dixerit, qui sint, qui unū elementū supponebant, eos qui plura dicebant, addidit, dicens Empedoclē. hic enim quatuor elementa supposuit, ignem, & aerem, & aquā, & terram: & Anaxagoram infinitas similitudines partium supponentem, & Leucippū: nam hic, & Democritus infinita supponebant corpora

infinita aūt & multitudine, & figuras̄ dr̄ia. Sunt autē et qui unum subiectum faciunt, ut Thales quidem aquā Anaximenes uero, & Diogenes aerem, Anaximander uero naturam intermediam aeris & aquę, quæ infinita est, Heraclitus uero ignem,

Atqui Anaxagoras propriam uocem ignorauit, dicit quippe quod fieri, & interire idem constitit cū ipso alterari.

Com. 9. Cum dixit sequi ad eos, qui plura entium elementa dicunt, aliud dicere generationem ab alteratione, accusat Anaxagoram non proprie de generatione alterationis utentem nomine. hic enim elemēta faciens, similares partes infinitas existentes, et immutabiles secundum ipsum, & harum cōgregatione, & disgregatione, & excretione faciens generationem, fieri: & corrumpi alterari uocauit,

Multa aūt dicit elementa, sicut & alij. Empedocles. n. corporea quidē quatuor, omnia uerò cū mouentibus sex numero,

Cō mēt. 10. Deinceps dicit qui plura elementa supponunt, ex quibus est Empedo. materialia quidem, & ut passiua corpora quatuor supponens: effectiua autem, & motiua litem, & amicitiam.

*Anaxagoras aūt infinita, & Leucippus, & Democritus. hic. n. ea, quæ sunt siliūm partium, elementa ponit, ut os, & carnem, et medullam, * et aliorū, quorū cuiusq; pars uniuoca est,*

a 1. addunt & neutrum Com. 11. Sed Anaxagoras quidem, ait, corpora similium partium. quid autem sit corpus similium partium, ipse addit dicens. { quorū cuiusq; uniuoca pars est. } carnis nāq; pars caro est, & ossis, & nerui rursus similiter: manus uero & aliorum dissimilium partium, partes non sunt uniuocæ toti, non enim dicuntur partes manus, manus,

Democritus aūt et Leucippus ex corpibus indiuisibilibus alia cōponi dicūt, hæc aūt infinita et multitudine ēē, et formis,

Com. 12. Democritus autem inquit, supposuit corpora, non solum multitudine infinita, sed etiam figurarum differētia, ita ut accidat ex huius sermonibus infinito esse aliquid infinitius: unamquanq; enim figurarum non in una atomo, sed in pluribus ponunt. Epicurei uero (ut inquit Alexander) minime in hoc cōsenserunt Democrito. illi enim multitudine quidem infinitas atomos supponunt, figuris uero incompræhensibiles quidem, sed non infinitas: & hos quoq; multiplicare infinitum necesse est. Esto enim q̄ finitę sint atomorum figuræ, necesse est omnino unāquanq; figurarum aut in finitis esse atomis, aut in infinitis. si igitur unaquęq; figura finitas atomos format, etiā ex omnibus collecta multitudo finita erit. aut igitur non omnes figurati atomos est necesse, aut si omnes figuratę sunt, finitę erunt: sed suppositum est ipsas esse infinitas; quare impossibile est figurarum unamquāq; infinitis atomis esse. igitur aut unaquęq; in infinitis, aut hæ quidem figurarum in infinitis, illæ uero in finitis. si igitur omnes in infinitis, multiplicabitur infinitum. si autem quædam in infinitis, quędam uero non, aut rursus multiplicabitur infinitum, & si tres solę essent figuræ in infinitis atomis, aut duę, aut omnino maius aliquod in finito erit, et si una sola sit in infinitis. nam ex omnibus collecta multitudo omnium atomorum, quæ sub una figura sunt, maior erit. si ergo hos unū quodq; est impossibile: necesse est aūt omnino horum unū sequi, supposito q̄ sint atomi infinitę: falsa est ergo suppositio, quæ supponit atoma esse infinita.

Ipsa uero ad seipsa differre bis, ex quibus sunt, & positione, & ordine horum.

Com. 13. Ipsa autem ad seipsa non elementa dicit, ut posset alicui uideri ex ipsa litera, sed quæ sunt ex elementis. est enim redditio non ad proximum, sed ad superius dictū, dico scilicet ad illud { alia, } quod significabat composita. Hæc igitur composita tribus modis à seinuicem differunt iuxta Democritū. Vno quidē mō, quia ex diuersis atomis in figura componuntur: quod apud eū significat uerbū illud, his, ex quibus sunt. nō. n. sunt ex eisdem atomis ignis, & terra, sed ignis quidē ex sphæricis constat atomis, terra aūt non ex huiuscemodi, sed forte ex cubicis. Sed ordine inquit, & situ atomorum differunt à seinuicem composita, sæpe enim duorū quorundam ex eisdē atomis compositorum differentia erit penes ordinē atomorum, eo. q̄ in hoc quidem, uerbi gratia primæ quidē atomi sphæricæ, ultimæ autem, quę pyramidis formam habent ordinatæ sunt; in altero uerò econuerso, primæ quidē quæ pyramidis formā habent, posteriores uero sphæricæ: ut se habet in syllaba os, & so, nam eorundē elemētorum ordo differentiam operatur. similiter & penes positionem atomorū compositorum differentia fit, quando q; quidem obliquarum, qñq; uero rectarum, in alijs uero supinarū existentium. ipsius quippe Z, elementi ad N, solum sc̄dm positionē est differentia. & ipsius Γ ad Λ. Scire aūt oportet q̄ dictarum trium differentiarū, prior quidem secundū quam ex talibus aut ex talibus constāt atomis facit composita ēt oino alia, & diuersa: q̄ aūt est penes positionē, & ordinem alterata solum, nō aūt alia.

Contrario aūt modo uidentur dicētes Anaxagorici Empedoclei s: hic. n. inquit ignem, & aquā, & aerem, & terram elementa quatuor, & simplicia esse magis q̄ carnem, & os, et talia, quæ sunt similium partium; illi uero hæc quidem simplicia & elementa, terram uero, & ignem, & aerem composita: omnisēminarium enim esse horum.

Contrario, inquit, mō Anaxagoras est opinatus Empedo. de elementis. nam Empedocles prima dicit esse, & simplicissima quatuor elementa: ex his aūt congregatis generari quæ similes habent partes os, & carnem. Anaxagoras aūt econtra, composita dicens esse quatuor elementa ex his, quæ similes habent partes. etenim ossis, & nerui, & cuiuslibet aliorum similitudines partium dicebat inesse igni, aquæ, & alijs: qm̄ ex his oia uidebat fieri. sed quemadmodum ossis, & carnis similitudines partium dicebat, & reliquorū, quę nos composita dicimus: sic, & ignis, & aeris, & aquæ, & terræ: & omnia quidē esse in omnibus, apparere autem unūquodq;, & nominari per prædominans. Quare non contrario modo dicebat Empedocli. neq; enim compositiora dicebat elementa carne, & osse, & reliquis. Sed differunt, quia Empedo. quidē dicebat principia reliquorū ipsa elementa: Anaxa. aūt similitudines partiū, oīum principia: apparere uero, & noīari unūquodq; à prædominante: siquidē opus est ex principijs esse ea, quæ dissimilium sunt partium. Com. 14.

His igitur, qui ex uno omnia construunt, necesse est dicere generationē, & corruptionem alterationem. semper enim manere subiectum idem, & unum: tale uero alterari dicimus.

Quo pacto quidem iuxta eos, qui unum elementū supponunt, idem sit alteratio, & generatio: iuxta eos uero, q plura, alterū, clare percurrit. superius uero cū hoc ipsum solum dixerit, quid sequitur ad utrāq; suppositionū enūciauit. nunc aūt hoc ipsum demonstrat. qm̄ enim, ut diximus, oportet primam materiam immutabilem esse: mutari autem uno & eodē manēte subiecto, alterari dicimus: nihil utiq; differet à generatione alteratio. Com. 15.

His aūt, qui plura genera faciunt, differre alterationem à generatione; coeuntibus enim, & dissolutis generatio accidit & corruptio. Quapropter dicit hoc modo & Empedocles, q̄, natura nullius est sed solum mistio, & fœdus mistorū. Quòd igitur proprius sermo ipsorum suppositioni sic dicere manifestum est, & quòd dicunt hoc modo.

Genera uocat ipsa elementa, secundū aūt hos qui plura elementa supponunt, differt generatio ab alteratione: siquidē congregatione dicunt generationē perfici. nō. n. eadē sunt, quę sunt ex differentibus cōposita. nō ergo alteratio congregatio esse pōt. Testatur aūt et Empedo. p congregationē generationē fieri, dicens naturā quidem nullius compositorum esse propriam: sed hęc oia cōgregatione commistorum substantiam habere. mistio enim, & fœdus Com. 16.

& fœdus apud ipsum congregationē significat. manifestū igitur est ꝙ suppositioni dicenti plura elementa propriū sit & conueniens dicere gñationē aliud esse ab alteratione. Sed & q̄d hoc pacto dicunt, planū. s. quòd elementa plura sunt. Alexander tamē magis ingenue hoc exposuit. suppositioni. n. inquit, plura elementa supponēti proprius est sermo dicens hoc mō fieri gñationem & corruptionē, hoc est per congregationē, & disgregationē, quia necessariū est eis separare gñonē ab alteratione. Manifestè aūt & Empedo. dixit per congregationē fieri gñationē, cū dixerit, natura nullius est, sed solū mistio & fœdus mistorū. Democritici quoq; congregatiōe atomorū gñationē fieri dicebant, disgregatione uerò corruptionē. Anaxagoras quoq; secretas similitudines partiū & concretas una procul dubio, aut carnē facere, aut os, non facta carnis natura, sed apparente, eò ꝙ plures carnis similitudines partiū in idē conuenerint, & ꝙ dicunt hoc modo, dicit esse manifestū, & ꝙ sic dicunt, hoc est secundū dictū modū gñationē fieri, & ex litera Empedo. sic dicēte. { Sed solum mistio & fœdus mistorū, } & ex his quę dixit Democritus composita differre his, ex quibus sunt.

Necessarium autem & his alterationem esse quidē aliquid dicere præter generationem: impossibile tamen secundum ea, quæ ab illis dicuntur.

Com. 17. Cum ostendit ipsos aliud gñationē dicentes ab alteratione, quia per congregationē dicunt ipsam fieri: consequenter ostendit ꝙ necesse est & his dicere alterationē esse, & non eandē gñationi. { impossibile tū secundum illorū sermones alterationem esse, } hoc aūt non est cōe aduersus omnes, qui per congregationē generationē faciunt, sed proprium contra Empedoclem. Primo tamen ostendit ꝙ necesse est dicere esse aliquid alterationē, cū sit aliud à generatione. deinde quòd auferunt suis sermonibus alterationem.

Hoc autem, quod dicimus recte, facile est cognoscere. sicut enim uidemus quiescente substantia in ipsa mutationem secundum magnitudinem uocatam augmentationem, & diminutionem, ita & alterationem.

Com. 18. Quòd necesse est ipsis dicere alterationem, & hanc alteram à generatione, & propter quid necessarium, ostendit, & ꝙ est impossibile his, quę ab illis dicuntur, alterationem consistere. Ostendit autem sic. nam ut uidemus, inquit, & manifestum est; seruata substantia mutationē in quanto fieri: sic manifestum est, seruata substantia fieri mutationem in quali, quod est alteratio. quare ex manifesto necesse est ipsis dicere esse alterationem. ꝙ autē impossibile sit secundum sermones, qui ab Empedocle dicuntur, consequenter ostendit. sic quidem Alexan. exposuit. Est uerò & alio modo dicti expositionem assignare. { Necessarium aūt & his alterationem esse quidē aliquid dicere, } &c. Qui plura, inquit, elementa supponunt, per suppositionem quidem necessario inducunt alterationem alterā à generatione & corruptione esse: eò ꝙ hęc quidem per congregationē, & disgregationem consideretur, ut prędictum est: alteratio uerò secundum aliud quid eorum, quę circa congregationem considerātur, puta situm, aut ordinem. nihilominus, inquit, & si cōcessent suppositio utraq; & generationē, & alterationē, huiuscemodi tradiderūt sermones esse, ex quibus est Empedocles, ex quibus impossibile est alterationē seruari. nā qualitates, secundū quas mutatio secundū alterationē consideratur, specificas differentias elementorum dixit, incorruptibilia & immutabilia elementa supponēs. Hoc aūt ꝙ dicimus recte, facile est cognoscere. ꝙ & si suppositio ipsorū gñationis & alterationis intellectū fateatur, & innuat, ipse sermonibus suis sustulit alterationē. deinceps ostensurus ꝙ aufert alterationē per ea, quę dixit Empedocles, primū cōmemorat quid est alteratio, ꝙ est mutatio circa substantiā immobilē manentē. Exēplo aūt usus est augmentatione ipsa p ea, q̄ dixit. { Sicut enim uidemus quiescente substātia, } & reliqua. Augmētationē aūt ut manifestā, & ab oībus confessam assumpsit. nā & ad alterationē forte quis male aduersari posset, ut Protagoras, dicens non esse alicuius naturā terminatā, sed ad habitudinē sensitiui dīam qualitatū sensibilis fieri. ad augmentationē tū nullus cōtradixerit, ꝙ est mutatio in quanto subiecta substātia īmutabili manēte: ex qua utiq; & q̄ sunt ipsius alterationis rōcinari posset.

Nihilominus ex his, quæ dicunt, qui plura principia uno faciunt impossibile est alterari. passiones. n. per quas dicimus hoc contingere, differentiæ elementorū sunt: dico aūt ut calidū, frigidū, albū, nigrū, siccum, humidum, molle, durum, & aliorum unūquodq;. sicut ēt inquit Empedocles, Solē quidem album uideri, & calidū omniquaq;, imbrē uerò in omnibus caliginosum, rigidumq;. eodē aūt modo determinat & in reliquis. Quare si non est possibile ex igne aquā generari, neq; ex aqua terrā, neq; ex albo nigrū erit aliquod, neq; ex molli durum, eadem aūt ratio & in alijs. hoc aūt erat alteratio.

Incipit docere quo pacto plura principia supponentes suis sermonibus destruunt alterationē fieri: passiones. n. formas elementorū esse aiunt. cū aūt sint formę semper eisdem eędē manent, immutabiles. n. & impassibiles secūdum ipsos sunt formę. Non oēs aūt plura principia supponentes auferunt alterationem, sed Empedocles. & apponens ea, per quę dicit Empedocles, assignans igneo corpi, & Soli (nam ignea cœlestia putabat) albedinem, & caliditatem: aquę uerò nigredinem, & frigiditatem, similiter, inquit, & de reliquis passionibus dicere ipsum, ut humiditate, & siccitate, & dēsitate & ut breuiter dicā de alijs passionibus. Similiter aūt, q̄a, dīę ipsę elementorū sint, & specificent ipsa eadem manentia. Secundum igitur Empedo. non est alteratio, ut demonstratum est: secūdum Anaxago. aūt similitudines partium his specificantur passionibus; secundum uerò Democriticos elementorum formę per figuras: alias uerò passiones nō recipiūt, ut caliditatem & frigiditatem, albedinem & nigredinē, & alias huiusmodi: sed uideri solum his participare cōposita ex habitudine ad nos. Harum aūt passionū, quę nobis quidem apparent, sed natura non insunt corporibus, quędam ad talem atomorum congregationem sequuntur, ut caliditas in igne ex sphęricis atomis composita apparet propter * ęternam mobilitatem sphęrę: nam eò ꝙ facile permeet, quia in puncto est motus sphęrę, calidum esse apparere facit, ut econtrario cubus constrictione, & difficultate motus, frigidum. Quędam uerò seruatis congregationibus, positione, & mutatione ordinis atomorum apparentiam mutationis tenent. quod dicebamus proportione respondere alterationi. nam idem corpus quandoq; album, quandoq; nigrum, quandoq; frigidum, & calidum uidetur, eò ꝙ ipsę atomi transpositę, & ordine mutatę sint in composito. At ignis semper eodem modo se habere uidetur: eò ꝙ & si transposita sint atoma illa, ex quibus constat, quia sphęrica sunt undecunq;, eandem semper ad nos habitudinem habent. quę uerò ex triangulis, uerbi gratia non similiter se habebunt, extra quidem basibus existentibus, intus uerò ipsis conis, aut econtra. sed omnes in uniuersum passiones, & quę semper seruantur, ut caliditas in igne, & quę interdum mutantur apparere solum nobis dicebant, sed natura minime inesse.

Com. 19.

* a.l. faciem

An & manifestū est, q̄ una semper supponenda est contrarijs materia, siue mutetur secundū locum, siue secundum augmentū & decrementū, siue secundum alterationē. Amplius quoq; similiter necessarium est esse hoc, & alterationē. si. n. alteratio est, & subiectū unum elementū, et una omniū materia habentiū inter se mutationē, et si subiectū unū est alteratio.

Com. 20. Materiam quidem uocat subiectum secundum unamquãq; mutationem, cum autem demonstrauisset quo pacto plura elementa dicentes auferunt alterationem, hoc deinceps ut corollarium inducit. Si enim propter hoc nõ potest dicere Empedo. alterationem, quia immutabiles supponat primas substantias: est autem manifesta alteratio: oportet igitur unum aliquod esse quod sustinet, & mutatur in contraria, siue igitur sit alteratio, & omnino mutatio, est unum subiectum: siue sit unũ subiectum, necesse est omnino mutationem esse: non enim sunt omnes eiusdem speciei res, ut euidentia ipsa testatur. cum igitur sit unum subiectum, illud proculdubio est, q secundum contrarias mutatur qualitates. Communem autem in omni mutatione sermonem fecit. Similiter igitur, inquit, est necessarium subiectum commune esse, & alteratione, hoc est ut est necessarium commune supponi subiectũ, sic & alterationem necesse est supponi: quia utrunq; ad alterum sequitur, & alteratio communi subiecto, & cõmunis subiecti positio alterationi. Illud uerò { Habentiũ inter se mutationem, } dixit propter cœlestia. nam secundum locum solum hęc mutari intelliguntur.

Tex. c. 2. *Empedocles igitur uidetur contraria dicere & ad apparẽtia, & ad seipsum ipse. Simul enim non, inquit, alterum ex altero fieri elementorum aliquod, sed alia omnia ex his: simul autem, cùm coniunxerit in unum naturam omnem praeter litem, ex uno fieri rursus unumquodq;: ita ut ex uno aliquo, per differentias scilicet quasdam separatas, & passiones factum fuerit hoc quidem aqua, illud uerò ignis: quemadmodũ dicit* ignẽ quidẽ album & calidum, terram uerò grauẽ &* a.l. solum *duram. Ablatis igitur his differentijs (sunt enim factae tales, ut auferri poßint) manifestum q necesse est fieri & terram ex aqua, & aquam ex terra: similiter autem & aliorum unumquodq;, non tunc solum, sed etiam nunc, cum in paßionibus mutantur. Possunt autem ex quibus dixit, aduenire & separari rursus, praesertimq; pugnantibus adhuc inuicem secundum ipsum lite, & amicitia. quapropter & tunc ex uno geni ta fuerunt: non enim ignis, aqua, aut terra cùm adhuc essent, unum erat omne,*

Com. 21. Cum dixisset quid sequatur ad eos, qui unum elementum supponunt, non discernere scilicet generationem ab alteratiõe: & quid ad eos, qui multa, quòd sequitur quidem ad suppositionem ipsorum nosse differentiam generationis & alterationis: & si ipsi hoc nõ annotarũt, neq; distinxerunt generationem ab alteratione: seorsum quidẽ Anaxagoram increpauit, q & propriã uocem ignorauit, cum generationẽ & corruptionẽ alterationem nominatit: seorsum quoq; rursus nũc Empedo. carpit tãquã & apparentibus, & sibiipsi contraria dicentem. ad apparentia quidem contraria dicit, auferens alterationẽ manifestam existentem, ad seipsum autem, quia dicit immutabilia elementa, & ipsa quidem non fieri ex seinuicem, sed alia ex his. Rursus quoq; dicit, amicitia superante unum omnia fieri, atq; sphęrum, & orbem conflare qualitatibus carentem: ita ut in illo nõ amplius, neq; ipsius ignis, neq; aliorum elementorum seruetur proprietas, cum abiiciat unumquodq; elemẽtorum propriam formam, ut scilicet tales supponat elementorum specificas differẽtias, quę auferri possint. Amplius & ex quibus dicit ipsas generari, inducit q & separentur. dicit autẽ ipsas generari cum facto sphęro, & omnibus in ipso cõgregatis lis iterum superauerit. tunc inquit ex sphęro uno existente, & indistincto corpore fiunt quatuor elementa, cũ s. differẽtię quędam, & passiões aduenerint alię alĳ eius parti, s bus abinuicẽ distinguuntur, quę ex illo fiunt elementa. quare si generatę sunt, & auferri utiq; potuerunt: & pręsertim lite, & amicitia adhuc pugnantibus. quare & genita utiq; ex seinuicẽ fuerint. Si. n. non distinctũ, neq; separatũ in sphęro ignis corpus, postea drĩas assumens factum est ignis: drĩę quoq;, q ignis sunt, ut in hac parte sphęri factę ignẽ fecerunt: sic ergo & in alia parte eius poterant factę esse, in qua, uerbi gratia, drĩę aquę nunc & terrę & aeris factę sunt: manifestissimũ est q & ad seinuicẽ natę sunt mutari. hoc. n. est posse elementa ad se mutuo mutari, in uno, & eodẽ subiecto successiue, qñq; huius, qñq; alicuius alterius specificas drĩas fieri posse. Neq;. n. est dicere q ipsum ignis corpus, quod spectat in gñatione sphęri, ipsum posterius differentias ignis suscepit, & factũ est ignis. nam hoc fortuitũ est: erat. n. sphęrus indistinctũ corpus, & eiusdẽ speciei ipsum sibiipsi, & cõe omnium subiectum. Si. n. quis dixerit non posse in quacunq; sphęri parte cuiusq; elementi specificas drĩas aduenire, proculdubio non indistinctũ facit sphęri corpus, neq; unũ: sed alias in alia eius parte deponit ꝓprietates, per quas in hac quidẽ ignis & nullũ reliquorũ, in alia uerò aliud quid consistit. Si ergo indistinctũ omnino sphęri corpus supponit, & successiue, qñq; quidẽ superare litẽ, & facere elementa, qñq; uerò amicitiã, & facere sphęrũ, necesse est omnino secundũ has suppositiones omnia elementa inter se mutuo mutari. Cũ igitur, inquit, unũ erat uniuersum, hoc est sphęrus, neq; ignis erat in eo, neq; aliorum nullum secundum habitum. quia nõ amplius esset unũ, sed. s. unumquodq; elemẽtorum destitit eẽ id, quod erat, & unã sphęri substãtiã oĩa cõflarũt.

Incertum quoq; est, utrum principium ipsorum ponendum unum aut plura, dico aũt ignem, terram, et his cognata. Quatenus enim ut materia supponuntur, ex quo mutata per motum fiunt terra, aut ignis, unum est elementum: quatenus uerò hoc quidem ex compositione fit coeuntibus illis, illa uerò ex dissolutiõe, magis elemẽta quatuor illa, & priora natura. Tex. c. 3.

Rursus aduersus Empedoclem inuehitur ut ea supponentẽ, quę minime consonant. Incertũ. n. inquit est quale oportet ponere principiũ, quantũ est ex his, quę ab eo dicta sunt, utrũ sphęrũ ipsorum elementorũ, an hęc ipsius sphęri. Quatenus. n. ex sphęro, ut ex materia quadã inaffecta, & cõi subiecto per motũ ab ipsa lite factum mutata, & formata fiunt quatuor elementa, hoc pacto uisus fuerit in principiũ, & materię rõne sphęrũ ponere. oportet. n. primum principiũ expers esse qualitatum, sed quatenus rursus ex cõpositione quatuor corporũ, amicitia congregante, ipsum sphęrũ dicebat fieri, hęc uerò ex illius dissolutione in principĳ utiq, rõne posuerit aliquis ipsa quatuor elementa. est. n. principĳ proprium esse simplicius: simpliciora uerò sunt ipsa elementa ex ipsis composita sphęro: est. n. ex his cõpositus sphęrus. Com. 22.

Omnino itaq; de generatione & corruptione simplici dicendum, utrum est, aut non est, & quomodo est, & de alijs simplicibus motibus, ut de augmentatione, & alteratione. Tex. c. 4.

Cũ dixisset antiquiorũ de gñone opiniones, & eorum, qui in idẽ ducunt ipsam alterationi, & eorũ, qui ipsam distinguunt, reddit ad propositũ, hoc est ad sermonẽ de gñatione, & quęrit, an sit generatio, & modũ, per quẽ est, necnon & de alĳs naturalibus mutationibus. est. n. maxime de his sermo necessarius, cũ nullum antiquorũ habeamus, qui de his aliquid dictu dignũ dixerit. de oĩbus quippe naturalibus mutationibus nullus priorũ dixit. s. generatione, augmentatione, & alteratione. Com. 23.

*Plato igitur solũ de generatione considerauit, & corruptione, quo pacto inest rebus: & de generatione non omne, sed de ea, quae est elementorũ: quo aũt modo carnes, aut ossa, aut aliorũ aliquod taliũ nullũ. Amplius neq; de alteratione, neq; de augmentatione, quonã mõ insunt rebus. Omnino aũt nisi superficietenus de aliquo nullus praeter Democritũ sciuit. hic uerò uidetur quidẽ de omnibus curã habuisse * & principia up posuisse, quae ad omnia accommodari possunt, & ad alios motus.* Tex. c. 5.

Verba hęc & pricipia usque ibi motus. in multis codi. desũt.

motus. Iam uerò in eo, quod est quo, differt. neq; n. de augmentatione nullus aliquid determinauit, quẽadmodũ dicimus, nisi quod ẽt quicunq; dicere posset, q cũ accedit, augmentantur simili: hoc aũt quo non amplius, neq; de mistione, neq; de aliorum, ut ita dicã aliquo, ut de facere uel pati, quonã modo hoc quidem facit, illud uerò patitur secundũ naturales factiones: Democritus aũt, & Leucippus facientes figuras, alterationẽ, & generationẽ ex his faciunt, disgregatione quidem, & congregatione generationem, & corruptionem, ordine uerò, & positione alterationem.

Com. 14. Nam ex superficiebus ipsa generat: sed quo pacto cõposita ex horum fiunt cõpositione non dixit. Huius uero demonstratio, ꝙ cum de generatione elementorum dicit, non dixerit Plato uniuersaliter de generatione, est non posse sermoni de generatione elementorum subordinari carnium & ossium generationem. nam elementa dicit genita esse ex superficiebus triãgularibus, cum autem proposuisset dicere de ossium generatione, nõ amplius, neq; eam, quæ ipsarum superficierum, neq; eam, quæ est eorum, quæ fiunt ex superficiebus, dico scilicet elementorum, cõpositionem causam esse dicit. Dicit. n. ꝙ terram formans puram opifex & leuem permiscuit, & ligauit medullæ, & post hæc in ignem ipsum ponit, post illum uerò in aquam ipsam intingit, rursus autẽ in ignẽ, & rursus in aquam, trãsferensq; sic sępe in utrũq; ab ambobus illiquefactile operatus est. medulla autẽ ex qua, & terra facit ossa, neq; elemẽtum est, neq; superficies: nam qualitatis, et passionis mutatio generat ossa, qualitatem uerò, & passionẽ impossibile est ex superficiebus generatam iri. ipse enim progrediẽs dicet, passionem enim ex superficiebus nullam conantur generare, quia elementa apud ipsum figuris, sed non passionibus, aut qualitatibus formantur. Prætermittens aũt aduersus hæc, quæ absurda sunt, contradicere Arist. dicit, nihil omnino ipsum de ossium generatione dixisse: omnino enim incredibilia sunt ut ad apparẽs, si sic dixit Plato. si enim medulla erat osse prior, & os erat ex necessitate, ossigenam quippè etiam ipse Plato medullam uocat, ut in illo esse habentem, quare anteq; os fieret, os erat. Amplius & si quãmaximè illud primum os fecit hoc modo opifex, sed non hoc modo fiunt quæ in animalibus natura generantur. Plato itaq; tantum solum de generatione dixit. Democritus autem inquit præter alios uidetur omnium curam habuisse, & principia supponens, quæ sibi ad omnia accommodati possunt, & ad alios motus. motus dixit, hoc est transmutationes, nam generatio ut ipse dixit in Physica, est trãsmutatio, sed non motus. Casu autem pro casu usus est, accusatiuum dicẽs pro ablatiuo: oportebat enim dicere de aliis motibus. Est autem huiuscemodi figura & apud antiquos, & apud Poetam. Lamentationes canere incipiũt & luctuosam uocem, pro eo, quod est lamentationum. ut & Aristophanes in concionantibus. O aurifex monile, quod construxisti, salt ante uesperi muliere mea, ex foramine glans cecidit. nam monile accusatiuum dixit pro eo, quod est monilis, ac si esset, ex foramine monilis glans cecidit, saltante uespere muliere mea. Id uerò { in eo, quod est quo differt, } pro eo, ꝙ est sec'm modum. nam etsi generationem, & alterationem supponat, non tamen eo modo, quo nos: cum per congregationem & disgregationem putet esse generationem, transpositione uerò & ordinis mutatione alterationem. De augmentatione quoq; alii quidem dixerunt tantum, quantum ẽt quicunq; dicere posset, quod adueniente aliquo fit augmentatio: sed quo pacto adueniat, nunquid p meatus, aut corpus, per corpus permeans, non addunt. nam hęc omnia dubitationem habent. De agere quoq;, & pati, eædem sunt dubitationes, quomodo hoc quidem agit, illud uerò patit. Quod aũt neq; Democritus de augmentatione enuntiauerit, neq; de mistione descendens apponit. Sciendum autem ꝙ mistio, aut idem est temperamento: est autem temperamentum ut humidorum, enim appositis agentes in se mutuo qualitates se mutuo permeauerint: aut est latior temperamento mistio. nam mistionum quædam est temperamentum, ut in mulso: quędam uerò iuxta positio, ut in omni seminario: quædam uerò complexio, ut in materia, & forma. Indiget autem huiuscemodi sermone, q de generatiõe disputat, ad sciẽdum quo pacto quod fit fit, & an indigeat horum aliquo ad generationem, an non indigeat.

Quoniam uerò opinabãtur uerum in apparentia. contraria autem & infinita sunt, quæ apparent: figuras infinitas fecerunt, ut mutationibus compositi ipsum contrarium uideretur alteri, & alteri.

Quoniam, inquit, omnem apparentiam ueram dicunt, Com. 15. & unumquodq; ut apparet, sic etiam esse, apparere autem sæpe de eodem contraria quibusdam, ꝙ quę sic de eodem apparent uera sint, possunt ex propriis principiis seruare Democritici, supponentes infinitas esse elementorum figuras, nam hæ & ordine mutatæ, & positionẽ mutantes ex diuersa ad uidentes habitudine, & spatio, alias aliam & in eodẽ, alio aliam apparentiam prębent. Sic quippe collũ columbæ occurrente ei radio solari diuersorum colorum apparentiam præbet: ad aliam enim & aliam oculi positionem, his quidem uiride apparet, aliis uerò aureum, aliis uerò nigrum, & aliis alterius coloris figuræ quoq; quadrangulares orbiculares procul uidentur. circulum quoq; procul positum, si per uerticẽ aspexerimus, rectum uidebimus. & mel ictericiam patiẽti amarum apparet, sano uerò, dulce. ipsum etiam Z ad aliam & aliam uidentis habitudinem, aut N, aut Z apparet. { ut mutationibus compositi. } illud compositi, non pro composito dicit, sed pro componente compositum, & mutatio compositi accidit.

Et mutari paruo admixto, & omnino alterum apparere, uno mutato.

Non solum transpositio, & mutatus ordo atomorum Com. 16. mutat apparentiam eorum, quæ uidentur, sed etiam ob defluentes à compositis atomos, & occurrentes uidentibus alia quædam fit habitudo & diuersa apparentia: sic quidem Alexander exposuit. Forte autem quis dicere posset, ꝙ hoc mutationi, quę est secundum augmẽtationem accommodatur. nam per defluxum & aggregationem atomorum augmentationem & diminutionẽ dicebant fieri Democritici. hãc autem non apparentem dicebant mutationem, ut alterationem, & in defluxu, paruo defluente totum alterum fit, ex impossibili quippè si, im, auferas facis possibile: quare paruus defluxus cõtrarium, quod accessit, priori fecit.

Ex iisdem enim Tragœdia fit, & Comœdia literis.

Exemplum propositorum est hoc. nam eadem elemen Com. 17. ta mutata taliter, aut taliter, multum inter se differẽtes Tragœdiam, inquam, & Comœdiam efficiunt.

Quoniam autem uidetur ferè omnibus alterum esse ge- Text c. 6 nerationem, & alterationem, & fieri quidem, & corrumpi quæ congregantur, & quæ disgregãtur: alterari uero mutatis passionibus, de his insistentibus considerandum est: dubitationes enim habent hæc & multas, & rationabiles. Si enim est congregatio generatio, multa impossibilia accidũt. Sunt autem rursus aliæ rationes cogentes, & non habentes facilem solutionem, quod non contingit aliter se habere, & si non est congregatio & generatio, aut omnino non est generatio, aut alteratio. An quamuis sit hoc dissoluere difficile, tentandum est.

Com. 18. Quoniam, iquit, plures, Democritus etiam, & Leucippus, Anaxagoras, & Empedocles opinabantur generationem, & corruptionem secũdum disgregationem esse

Com. 28. et cõgregationẽ, et hanc separabãt ab alteratione, sicut Democriti, de his pertractare oportet: habet enim multas dubitationes sermo. Nam congregatione supponentibus generationem multa sequentur inconuenientia. nam & passiones auferemus, & corporum continuitatem, & ostendentes rationes, ꝙ non contingit aliter se habere, nisi per congregationem generationem esse, non sunt ad soluendum faciles. Amplius præter hoc ꝙ ualidæ sunt & ad soluendũ difficiles rationes, quibus congregatio generatio esse uidetur, etiam si suppositum fuerit non esse cõgregationem generationem, incertum est an omnino sit generatio, aut sit quidem, sed idẽ alterationi. igitur & hoc, cum ad soluendum difficile sit, examinandum est.

Tex. c. 7. *Principium autem horum omnium, utrum sic & fiunt, & alterantur, & augentur, quæ sunt, & contraria his patiuntur, primis existẽtibus magnitudinibus indiuisibilibus, aut nulla est magnitudo indiuisibilis, differt enim hoc plurimũ.*

Com. 29. Principium inquit propositæ quæstionis, an sit congregatio generatio, an non, est perscrutari, an possibile sit esse corpora indiuidua. Nam si sint huiuscemodi corpora indiuidua, & impassibilia, necesse est per congregationem esse generationem: si autẽ non possint indiuidua supponi corpora, auferetur quidẽ ex necessitate per congregationem, generationem esse generationem, non tamen inducitur impossibile esse sic se habere. cũm enim sunt indiuidua corpora, necesse est per congregationem esse generationem. si uerò non sint indiuidua, nõ omnino sublata est congregatio: possibile est enim etiam si non sint indiuidua elementa per congregationem esse generationem, ut declarat Empedoclis opinio. igitur nõ existentibus indiuiduis corporibus solum aufertur hoc, necessario per congregationem esse generationẽ: sublato autem necessario, locum habebit id, quod dicimus, rationabilius. quoniam igitur ad positionem quidẽ atomorum sequitur per congregationem esse generationẽ: ad ablationem uerò ipsorum non sequitur destructio generationis per congregationem: merito plurimum & non omnino dicit differre ad propositum de atomis perscrutationem.

Et rursus si magnitudines indiuisibiles, utrum ut Democritus, & Leucippus, corpora hæ sunt, aut ut in Timæo superficies.

Com. 30. Ad considerationem de generatione necesse est quærere an sint indiuiduę magnitudines: & si hoc, deinceps quærendum est utrum ut Democritus, corpora sint, aut ut Plato, superficies. Deinde cũm paulum meminerit de absurditate huius opinionis (nam latius in sermone de cœlo de hac dixit) transit ad quærendum an possibile sit corpora indiuidua esse, ut Democritus dixit. Dicit quoq; hanc opinionem magnam absurditatem habere: tamen Platonis opinioni collata multo & probabilior, & naturalior est, si quidem opinio Democriti potest & generationem seruare, & alterationem: quæ autem superficies principia corporum facit, generationẽ quidem quodammodo uidetur seruare, qualitatem uerò, & passionem neq; primum aggreditur generare. & addit causas, ob quas probabiliora his, quæ in Timæo, Democritus principia supponebat. nam hi quidem ex exercitio circa mathematica, naturalium expertes erãt. inexperientię, uerò id, quod est uersatos esse in natura, opposuit, hoc est in experiẽtia eius factos esse. nam Democritici in rebus naturalibus exercitati principia supposuerunt: quę maxime possunt concordiam ad ea, quę natura fiunt, seruare. Ad finem autem dictorum astruit utrorumq; rationes, quibus utentes tentant ostendere ꝙ sunt magnitudines indiuiduæ, & ostendit magnum esse excessum sermonum Democriti ad sermones Platonis iuxta id, quod probabile est: & horum quidem apparentem esse absurditatem, sermões uerò, & rationes Democriti difficilem habere solutionem.

Hoc igitur ipsum, ut & in aliis diximus, irrationabile est usq; ad superficies dissoluere. quapropter magis rationabile est corpora esse indiuisibilia. Sed & hæc multam habent irrationabilitatem. nihilominus his alterationem & generationem contingit facere, sicut dictum est, uersione & tactu, mutanties idem, & colorum differentijs, quod facit Democritus: quapropter & colorem non dicit esse, uersione enim colorari, diuidentibus autem in plana non amplius: nihil. n. fit præter solida ex compositis secundum latitudinem: passionem enim neq; possunt generare aliquam ex ipsis. Causa autem, cur minus possunt confessa uidere, est inexperientia: Quapropter quicũq; uersati sunt magis in naturalibus, magis possunt supponere talia principia, quibus maxime possunt coniungere: qui autem ex multis rationibus minime cõtẽplatiui existentiũ sunt, ad pauca respicientes facilius enũtiant. Tex. c. 8. *Videre autem utiq; poterit aliquis, & ex his quantum differunt naturaliter & logice considerantes.*

Com. 31. Aut hoc dicit ꝙ absurdum est usq; ad tantum diuidere corpora, ut usq; ad superficies occurramus. impossibile est enim in tantum procedere diuisionem corporũ; aut ꝙ absurdũ est resoluentes in superficies usq; ad hoc stare, & non resoluere has in lineas, & illas in puncta. quam enim ratiõem habet ad corpus ipsum superficies, hanc & ad superficiem linea, & ad hanc punctũ ipsum: erunt ergo hoc pacto oĩa ex punctis. Verũ huic opinioni etiam in Tertio Cœli est aduersatus. Illud autem uersio, tactus, & rhysmus, dictiones sunt abdericæ. quibus utebatur Democritus, rhysmum quidem uocans figuram, uersionem autem, positionem: ut si basis quidẽ pyramidis sit deorsum, conus uerò sursum, aut econtra: tactum uerò ordinem: quia forte hę quidem priores sunt, aliæ uerò posteriores. Quòd autem iuxta ipsum figuræ concretæ generationem; transpositæ uero & mutatæ, passiones apparentes operant dictum est prius. nullum enim dicebant natura esse colorum, aut aliarum passionum, nã uersione dicit colorari. Illud uero {quibus maxime possunt coniungere,} pro eo ꝙ est, quibus principiis utentes multa possunt coniungere, & assignare eorum, quæ natura fiunt. si autem, pro quibus, sit scriptum; quæ ad ipsa principia oportet adiungere uerbũ illud possunt. hoc est quæ principia maxime possunt coniungere. Rationes autem uocat disciplinas, quia in intellectu solo esse habent. His igitur mathematicis inquit ociati inexperientia entium, hoc est eorum, quæ subsistentiam, & existentiam habent, qualia sunt ipsa naturalia, facile de principiis ipsorum enuntiarunt, & ideo facile redarguuntur.

De hoc enim, quod indiuisibiles sint magnitudines, hi quidem aiunt, quòd per se triangulus multa erit. Democritus autem uisus utiq; fuerit propriis, & naturalibus rationibus persuasus fuisse, manifestum autem erit, quod dicimus, procedentibus.

Com. 32. His rationibus utens Plato, ostendebat esse indiuiduas magnitudines. Si omnis, inquit, magnitudo diuisibilis est erit & per se triangulum diuisibile, quod est idea trianguli. & hoc modo erunt aliqua priora per se triangulo, in quę diuiditur, quod est impossibile esse aliquid idea prius. si ergo per se triangulum diuisibile non est, non ergo erit omnis magnitudo diuisibilis. si igitur non omnis magnitudo diuisibilis, sunt ergo quędam indiuiduę magnitudines. Hęc autem nusquam uidetur Plato dicere, quod sunt indiuiduę magnitudines: nisi ex non scriptis eius colloquiis narret hęc Aristo. aut, quod potius; ꝙ quidam eorum, qui se Platonicos putant, has rationes

proferebant. neq; enim decens est Platonem, qui adeo in Mathematicis fuit exercitatus, & qui nouerat ut possibile est omnem datam rectam bifariam diuidere, indiuisibiles dicere magnitudines: nisi sic dixisset indiuisibiles eē triangulos, ex quibus corpora componebat, ut in alias figuras mutari, aut resolui non possint. omnes enim figuræ rectilineæ in triangulos resoluuntur: nam quadrangulus per diametrum in duos secatur triangulos, quinquangulus autem in tria, & reliquę eodem modo, ipse uero triāgulus in alias figuras non diuiditur, sed in rectas. forte igit hoc modo dicebat esse magnitudines indiuisibiles. Dicendum est autem ad hæc, dicentes, q idea trianguli omnino, nec magnitudo est, sed ratio magnitudinis. quare hoc modo ratiōabiliter est indiuisibilis, nos autem dicimus magnitudines esse diuisibiles. non necesse est antem, si ratio magnitudinis est indiuisibilis, & magnitudinem esse aliquam indiuidualem. non enim, ut se habent rationes, necesse & res ipsas sic se habere impermutabiliter. quoniam et intentio domus, et ratio secundum quā facit ipsam domificator, incorporea est, domus uero non est incorporea.

Habet enim dubitationem, si quis posuerit corpus aliqd esse, & magnitudinem omniquaq; diuisibilem, & hoc possibile. quid enim erit, quod diuisionem subterfugit? Si enim omniquaq; diuisibile, & hoc possibile; & si simul fuerit hoc oīquaq; diuisum, & si non simul diuisum fuerit, & si hoc fiat, nullū utiq; erit impossibile: igitur & secundū mediū siīr, omninoq; si omniquaq; aptū est diuidi, & si diuisum fuerit, nullū erit impossibile factū, quoniā neq; si in decem millia decies millies diuisa fuerint, nullum erit impossibile: & si forte nullus unquam diuiserit. Quoniam igitur omniquaq; tale est corpus, diuidatur. quid igitur erit reliquum? magnitudo? non enim esse potest. erit enim aliquid non diuisum: sed erat omniquaq; diuisibile. At uerò si nullum erit corpus, neq; magnitudo: diuisio autem erit: aut ex punctis erit, & non magnitudines, ex quibus componitur, aut nihil prorsus. quare, & si fiat ex nihilo, & si fuerit compositum, & uniuersum itaque nihil, nisi apparens.

Com. 33. Adiungit rationes, à quibus motus Democritus indiuidua posuit corpora: & opitulatur opinionis probabilitati, & rōnabilitati, & ponit pro principio idem esse dicere in infinitum diuisionem ipsius continui fieri, & simul omniquaq; posse diuidi continuum, ex quo absurdum concluditur hoc modo. Si enim unāquanq; earum, quę ex sectione semper fiunt, unitatum possibile est rursus superdiuidere, manifestum q omniquaq; diuisibile est corpus. si igitur omniquaq;, inquit, diuisibile est, corpus: hoc est si possibile est omniquaq; diuisum iri, etiam simul omniquaq; possibile est diuisum iri. omne autem, quod potētia est, hoc supponere in actum exiuisse non est absurdū. uniuersaliter enim, si id, quod potentia est, in actum exiuisse supponatur, falsum quidem sequetur, non tamen impossibile. si ergo non est impossibile, supponatur q omniquaq; diuisa sit magnitudo. sed si omniquaq; diuisa est, non in magnitudines diuisa erit magnitudo: sed aut in pūcta, aut in nihil. si enim in magnitudines, non fuerit omniquaq; diuisa. si autem omniquaq;, aut in puncta, aut in nihil erit diuisa, & ex his constans. omne enim, in quę diuiditur, ex his etiam constat: constabit igitur ex nullo, aut ex punctis ipsa magnitudo, quod est absurdum. non igitur omniquaq; potest diuisa iri magnitudo. si autem hoc, sunt igitur quędam indiuidue magnitudines. deductio quidem rationis huiuscemodi est. Cum autem sequatur ad hoc dictū, quod est in nihil, aut in indiuidua diuidi magnitudinem, id quod est ex nullo, aut ex punctis constare magnitudinem, ostendit hoc omnifariam impossibile esse, scilicet ex punctis q̄tum generari. nam puncta quāto addita, nec minus, nec maius quantum operantur. uidemus enim q quanto aliquo in plura diuiso, ita ut actu plura fiant puncta: sunt enim puncta fines diuisi, & rursus compositi: nihil maius in compositione factum uniuersum, neq; minus in diuisione eo, quod prius erat, antequam esset diuisum. si autem tot non coaugent magnitudinem, addita, eo q impartibile, & carens magnitudine non habeat natura constituere magnitudinem, proculdubio, neq; si omnia, quę in magnitudine sunt, in quę supponitur esse diuisa, composita adinuicem fuerint, facient magnitudinem aliquam. & omnino impossibile est punctum puncto compositum facere aliquod quantum. aut enim necesse est secundum totum tangere se mutuo cōposita puncta, aut secundum quid tangi, secundum quid uero non tangi. si igitur secundum totum sibi mutuo accommodantur, simul rursus omnia unum punctum erūt: si autem in aliqua parte se tangentia unita fuerint, in aliqua uero non tangentia, parte habebit ipsum punctum, & non erit impossibile, quod est impossibile: nam auferemus notionem pūcti. His ita dictis literam aggrediamur.

Si enim, inquit, potest omniquaq; diuisa iri, diuisa utiq; quandoq; fuerit omniquaq; simul. supponere igitur qđ potest factum iri, in actum exiuisse non est absurdum: nō habet enim sequens impossibile, ut dicit inferius descendens, q si supposuerimus in infinities infinita diuisam magnitudinem, & si nondum diuisa sit, nec forte possit diuisa iri ob diuidentis impotentiā, non est impossibile, neq; absurdū da suppositio. supponere igitur hoc non est absurdum, sed ad id, quod est omniquaq; diuisibile, ut sequens sumpsit simul omniquaque diuisibile esse. Et oportet nosse q secundum hoc fit deductio rationis, ut consequenter ostenditur. nam ad sermonem dicentem continuum in infinitum diuisibile esse, non sequitur simul omniquaq; diuisum esse. omnino enim in sermone dicente sectionem magnitudinis non deficere, sed in infinitum augeri, non uidetur habere locum hoc, simul omniquaq; diuisum esse. nā diuisa magnitudine, necesse est deficere diuisionem in infinitum. sed hoc quidem in sequentibus ac curatius discutietur, ubi ipse solutionis facultatem exponit. Illud uero { & secundum medium, } similiter scilicet diuisibile, declaratiuum est huius, omniquaq; fieri diuisionem. semper enim quęcunq; ex diuisione pars fiat, possibile est rursus secūdum medium iteratam diuisionem fieri. per hoc declarans & latius exponens, subiunxit, & oīno, si omniquaq; diuisibile, si diuisum fuerit nullum erit impossibile factum. nam ad possibile quidem suppositū falsum fortasse sequitur, impossibile uero nullum: ut possibile est in ęstate pluere. si igitur supposuerimus in æstate pluere, falsum quidem fortasse supponimus, sed non impossibile. si autem non impossibile, posset utique & fieri. si autem potest fieri, & quandoq; utiq; factum fuerit in longo tempore.

Similiter autem, & si ex punctis non erit quantum. quando enim in una tangebantur magnitudine, & non una erat magnitudo, & omnia simul erant, nihil maius faciebant uniuersum. diuiso enim in duo, aut plura, nihil minus, neq; maius uniuersum eo, quod prius. quare, & si omnia composita fuerint, nullam facient magnitudinem.

Quemadmodum quod ex non entibus constat, non utiq; est ens, sic neq; si aliquid ex punctis, idem autem dictu est ex impartibilibus, constat, non erit quantum: puncta enim non sunt quantum. cum enim simul erant in magnitudine indiuisibili existente, & unita fuerunt, quod ipse uocauit tangere se, nihil ob hęc ipsa magnitudo maior fiebat. Et ad huius demonstrationem addit quod sequitur, dicens continuo in duo & plura diuiso, & rursus cōposito, nec maius erit uniuersum in compositione coeuntibus punctis, nec minus in diuisione. uerum est autem & ambo in utroq; dicere. neq; enim cum componitur maius, aut minus fieri. neq; cum diuiditur, cui scilicet neque appositio punctorum confert ad augmētum magnitudi- Com. 34.

Com. 20. nis, nec ablatio ad diminutionem: igitur neq; composita quantum, aut magnitudinem fecerint.

At uero & si quid diuiso, uel ut ramentum, fit corpore, & sic ex magnitudine corpus aliquod abit, eadem ratio, illud quo modo diuisibile est. Si uero non corpus, sed forma aliqua non* (a.l. separabilis.) *separabilis, aut passio, quæ recessit, & est magnitudo, puncta, aut tactus hoc patientes, absurdum est ex non magnitudinibus magnitudinem esse.*

Com. 35. Sicut dissectis lignis fiunt ramenta, corpuscula quidem existentia, sed quæ non possunt iterum secari, & fit uniuersum minus ex horum in minutas partes sectione: si quis sic supponat et in his, quæ diuidũtur, ut dicat diuisum in ramenta absumi, eadem accommodabitur rõ: nam ramentum etiam ipsum, si non sit punctũ, sed magnitudo, diuidetur & ipsum, siquidem omniquaq; diuisibilis est magnitudo. si autem non diuidetur, Democriti sermo uerus, esse corpora indiuidua, quorum cõcretione alia fieri dicebat: & non omniquaq; diuisibilis magnitudo. Illud uero { non separabilis } scribitur { & separabilis: } & significat nõ separabilis, eam, quę non potest per se subsistere absq; subiecto, sed semper in composito existentem, ut sunt omnes materiales formæ. si autem sit scriptum, separabilis, significat eam, quę apta est, & separari potest, subiecto corrupto: & est idem potentia utrũq;, & de eodem dictũ. Sed differt hæc argumentatio a priore: q superius quidem magnitudinẽ sumpsit, & diuidẽs inueniebat puncta derelicta, ex quibus non erat possibile compositis magnitudinẽ aliquam factam iri: hic aũt dicit, si supposuerit aliquis magnitudinẽ non ex magnitudinibus constare, sed ex punctis, speciem aliquam, & passionem assumentibus in compositione, & faciẽtibus sic magnitudinem, quæ forma, aut passio in diuisione separatur, ita ut derelinquãtur puncta, eadẽ absurda sequẽtur, non ex magnitudinibus facere aliquam magnitudinem. Si autem aliquis quærit quomodo hoc, ut absurdum, concludit, facere ex non magnitudine magnitudinem: nam & qui dicunt primam materiam formam aliquam assumentem constare corpus, ex non corporibus corpus generant. Noscat hic, q & si dicimus ex materia & forma constare corpora, non ex præexistẽte materia seorsum dicimus fieri corpus, ratione enim sola, materiam a forma separantes, ipsam seorsum consideramus: cum nũquam ipsa seorsum possit subsistere. semper enim huiusmodi corpore in huiusmodi mutato fit generatio, & corruptio corporum. & omnino sunt de numero dictorum ad aliquid materia & forma, & neutrum potest esse absq; altero. dicentes aũt ex diuisione superesse puncta ipsa, forma separata, & ex non magnitudinibus, quæ actu præexistunt non magnitudines, generant magnitudinem, & in non magnitudines actu per se subsistentes resoluunt magnitudinem, quod est absurdum. Præterea etiam & si incorporea propria ratione sit materia, tamen cum omnino sit informis, potentia est corpus: puncta uero non sunt informia, neq; potentia magnitudines, neq; subiectum alteri esse possunt ipsa indigentia alio ad existentiam: in linea enim esse habent, cum ipsa seorsum existentiam non habeant. quomodo igitur in his magnitudo subsistere poterit?

Amplius autem ubi erunt & immobilia, uel mota puncta.

Com. 36. Ratio hæc potest & interrogatiue, & enuntiatiue proferri. Interrogatiue quidem sic. quem enim determinabis locum, aut quem motum pũctis ipsis? neq; enim superiorem, non enim sunt, ignis, aut aer: neq; inferiorem, quia non sunt aqua, aut terra. & eodem modo nec motum, nec immobilitatem ipsis assignabis, nam si essent immobilia non coirent diuisa ad faciendam generationem. si autẽ mota supposuerimus, primum quidem absurdum est motum aliquid non esse corpus: deinde quem motum determinatum habebunt. est enim eadem ratio cum ea, quæ de loco. Si autem enuntiatiue intelligis rationem, dices, quod necesse est ipsa alicubi esse. si enim non occupabunt locum genita ex corpore resoluto, erit uacuum, qđ occupabat corpus in ipsa resolutũ. sed & hoc rursus impossibile est. nam quo pacto incorporea, & indimensa omnino locale occupabunt spatium.

Tactusq; semper unus duorum quorundam, tanquam existente aliquo præter tactum, & diuisionem, & punctũ. si itaq; quis ponit qdcunq;, aut quantumcunq; corpus esse omniquaq; diuisibile, omnia hæc accidunt.

Omnis quidem tactus extremum est, non omne autẽ extremum tactus: extremum enim est non existente re tãgente terminata, tactus aũt tangentium solum erunt tactus. Quòd autem alia sint, quæ se tangũt, præter ipsum tactum, aut punctum, aut diuisionem, idem enim omnia significat, declarat unum quidem esse tactum, duo autẽ, quæ se tangunt. Possibile est igitur sic intelligere rationem demonstrantem quod impossibile est in puncta dissolui corpus: possibile quoq; est, & ad id, quod est, non posse puncta composita facere magnitudinem, intelligere rationem: quomodo enim possunt componi, cum non possint se mutuo tangere? quæ enim se tãgunt in aliqua ipsorum parte se tangunt, ut sint aliqua in ipsis præter tactum: puncta uero impossibile est in aliquo se mutuo tangere. Com. 37.

Amplius si, cum diuisero composuero lignum, aut aliquid aliud, rursusq; æquale & unum: igitur, quòd sic se habet manifestum est. & si diuisero lignum secundum quodcũq; signum, omniquaq; igitur diuisum est potentia. quid igitur est præter diuisionẽ? si enim & est aliqua passio, sed quomodo in hæc dissoluitur, & fit ex his, aut quomodo separantur hæc? quare si quidem impossibile est ex tactibus, uel punctis esse magnitudines, necesse est esse corpora indiuisibilia, & magnitudines. At uero & hæc ponentibus non minus accidit impossibile. consideratum autem est de his in alijs. Sed hæc tentandum est soluere, quapropter rursus a principio dicenda est dubitatio. Text. 39

Adhuc astruit hæc, quibus usus est superius, scilicet ex his fieri cõpositis, in quæ diuiditur magnitudo. sumpsit enim superius q si in puncta fiat diuisio corporum, hæc rursus composita facere magnitudinem. Quòd igitur hoc sic se habere necesse est, ostendit et per exemplũ. nã quemadmodum si, cum accepero lignum, aut aliquã magnitudinem aliã, diuisero in aliqua parte, deinde cõposuero, fit æquale priori, quod ex diuisorum compositione fit: ita, si omniquaq; diuisero lignũ, ut nullũ aliud q puncta supersit: sic enim se habet, ut possit omniquaq; diuidi: diuisionem enim uocat puncta, in quibus facta est diuisio, & sectio: opus erit, ut in priori sectione, partes, in quas diuisum fuerit, compositas, æqualem priori fecisse. ita etiam, si omniquaq; diuisero, ut nihil aliud supersit præter puncta, necesse est puncta composita facere ęqualem priori diuisibili magnitudini, quæ ex ipsis est composita. hoc autem impossibile esse ostensum est: neq; enim infinita impartibilia composita qualemuis magnitudinem facere possunt. non igiẽ contingit in puncta magnitudines diuisas iri. si aũt hoc, non omniquaq; sunt diuisibiles magnitudines. hoc enim dixit in puncta ipsas diuisas iri. si aũt nõ omniquaq; sunt diuisibiles magnitudines, sunt ergo corpora indiuisibilia. Illud uero, { omniquaq; igitur diuisum est potentia } propter excellentiam mentis breuiter dictum est. dicit autem hoc, q si potentia est omniquaq; diuisibilis magnitudo, & diuisa est potentia: q si hoc, & actu. non enim est impossibilis suppositio, ut prius dictum est, q id, quod possibile est, & ad actum quandoq; peruenerit. hoc autem dato, sequitur dictum absurdum, ex pũctis constare magnitudines ipsas. Id uero { si enim & est aliqua passio, } rursus prius dictum resumit. si enim est, inquit, aliqua passio in continuo, quo pacto dissoluitur in hæc magnitudo in passionem Com. 38.

nem inquam, & puncta, & quo pacto ex his componitur quo pacto etiam possibile est separari hęc a seinuicem, ut extra passionem subsistant puncta. nam & si rationē materię ad passionem obtineant, & hoc sit ipsis esse, ut suppositio uult, quæ ex punctis, & passionibus magnitudines supponit, quoniam materia, in quãtum materia est ad aliquid existens, seorsum ipsa absq; forma esse per se non potest. {at uero & hæc ponentibus nõ minus accidit impossibile. consideratum autē est de his & in alijs.} de hoc ꝙ sequuntur multa absurda suppositioni supponenti indiuiduas magnitudines, dixit quippe in Tertio libro de cœlo: dixit quoq; in Sexto Physici auditus, nec nõ in libro inscripto de Lineis indiuiduis, quem quidam Theophrasto attribuunt. Nunc uero, inquit, dubitationes Democriti soluendæ sunt, quibus diuisionem magnitudinum in infinitum destruit. Notandum igitur est, ꝙ nunc non est ꝓpositum ei principaliter ostendere nõ esse indiuiduas magnitudines: (nam in dictis libris placitũ hoc ipsum seorsum ut impossibile increpauit, redarguitq;:) sed soluere inducentes indiuiduas magnitudines rationes. resumit igitur rationem Democriti breuiter, & distinguit magis, & sic redargutionem subiungit.

Omne igitur corpus sensibile diuisibile esse secundũ quodcunq; signum, & indiuisibile nullum est absurdum: hoc enim potentia diuisibile, hoc uero actu est. esse autem simul omniquaque diuisibile potentia impossibile uidebitur utiq; esse.

Com. 39. Proponit quidem breuibus dictam per plura dubitationem resumere, ut sic solutiones inducat. Distinguit autem primum quo pacto ad positum sermonem, dicentē corpus omniquaq; diuisibile esse, sequuntur absurda prædicta, quo pacto etiam intellectum nullum absurdum sequitur. & merito hoc pacto distinguit, ut cum ostenderit in quo significato omniquaq; diuisibilis absurdum sequitur, & secundum hoc solutionem inducat. Sunt autem, ut per capita comprehendens dicam, quæ per uniuersam literam demonstrantur, huiuscemodi. Duo sunt significata sermonis dicentis omniquaq; diuisibile esse continuum. unum quidem in quauis parte ipsum esse diuisibile declarans: hoc est, non in aliqua quidem parte sectionem recipere posse, in alia uero non posse: sed indifferenter ubiq;. nihil enim est in continuo, quod diuisionem prohibeat. nam & si actu in hac particula prima sectionem suscepit, quæ in altera parte potentia inerat, diuisio & si nondum facta, nihil minus ante iam factam poterat fieri. & ut breuiter dicam in hoc significato, omniquaq; diuisibile corpus dicitur, quod omnes sectiones recipere potest. sed ita omnes, ut ex omnibus quãuis, non ut omnes simul, ac si diceret quis omnium disciplinarum hominem participem esse posse: non quia omnes simul perfecte assequi potest, sed quia ex omnibus quãuis recipere potest, & non determinate hanc, aut hanc. In hoc quidem significato nihil dicit absurdum sequi, si q͂d actu indiuisibile est, omniquaque diuisibile supposuerimus, ut in quauis parte diuisionem recipere possit. neque enim ad hoc significatum sequitur, omniquaq; diuisibilem esse magnitudinem, sed sic omniquaq; dicenti diuisibilem, ut simul omniquaq;: hoc autem est secundum significatum omniquaq; diuisibilis, scilicet simul omniquaq; diuisibile esse corpus potentia, quod est impossibile. neque enim potest omniquaque actu simul diuisum iri. cum autem actu supposito impossibile sequitur id neque potentia omnino erat prius. Quod autem impossibile sit aliquid simul esse actu omniquaq; diuisum, illinc est manifestum. si enim diuisio in nota, & puncto fit: non est autem punctum hærens pũcto, sed sp inter duo puncta sumpta est media magnitudo: proculdubio impossibile est simul omniquaq; diuisibile esse. in hoc ergo significato accipiens omniquaq; diuisibile Democritu, ad absurdum deducit ipsum sermonem, & rationem, dubitans aduersus propriam opinionem, non ipsum positum redarguens. His ita dictis, forte quis dubitauerit, quonam pacto dicimus magnitudinem potentia in infinitum esse diuisibilem. inde enim sumptum est et id quod dicimus omniquaq; diuisibile, ut & in præcedentibus diximus. si enim potentia in infinitum diuiditur, possibile est ipsam diuisam iri in infinitũ. quod autem possibile est factum iri, si supponatur in actum exijsse, nõ est impossibile. inducemus ergo infinitũ in actu, quod est absurdum, non ergo in infinitum, procedit cõtinuorum sectio, sed alicubi firmabitur. erunt ergo indiuiduæ magnitudines. Sed est huius solutio dubitationis facilis, si prędiuiserimus id, quod & in Physico auditu dictum est. quòd quemadmodum diem instare dicimus, non quia simul totus adest, sed quia semper pars eius præsens est: & certamen actu adesse dicimus, non quia simul, & palestram, & cæstum, & stadium, & saltum, & cętera perfici, sed qa pars aliqua ipsius adest, ut uerbi cã, saltus, aut palestra, aut aliquid aliorum: sic & magnitudinem in infinitum dicimus secari, non quia possint infinita eius secta subsistētia simul facta iri, sed quia accipiuntur infinitorum sectorum quædã, & partes infinitæ. quæ igitur sumuntur semper secta ex diuisione continui terminata sunt: sed quia q̃ sumuntur iterum diuidi possunt, in infinitum dicitur diuisio fieri, quia non deficit unquam diuisio, nec potest aliqua pars sumi, quę diuisionē recipere nõ possit. Sic & numerum dicimus in infinitum augeri, non quia possit q͂d augetur infinitum actu factũ iri, semper enim assumptus numerus finitus erit, sed eo ꝙ non deficiat eius augmentum, sed esse eo, qui sumitur, alium ampliorem accipere. et ut manifeste determinantes dicamus, in infinitum quidē diuisibilis magnitudo non est, neq; potentia, quia nõ potest in infinita diuisa iri, quia neq; punctum puncto hærens esse contingit: semper enim duorum punctorum media est magnitudo: est tamē in infinitum diuisibilis, quia nunq̃ potentia deficit sectio. Sic ergo & omniquaq; diuisibilem dicebamus magnitudinem, eo ꝙ posset in quauis parte diuisa iri, & non esset aliqua assumpta pars, quę potentia esset indiuisibilis. ob hoc enim promiscue ubiuis diuisionem posse factam iri, quia nulla sit pars potentia indiuisibilis, sed simul omniquaq; esse diuisibile, & in infinita diuisibile, ambo falsa. nam ad illud quidem seqtur in puncta magnitudinem diuidi, & ex punctis cõstare, ad diuisibile uero in infinita, & actu infinitum subsistere, quod est absurdum. nam & infinitum ut id quod fit, est, sed ut subsistens, minime. Præterea quoq; in Physica auscultatione dixit ipse non esse linum lino coniungere, totum, & uniuersum infinito, nam totum, & uniuersum pefectum est, perfectum autem finem habet, infinitũ uero finem non habet. & totum quidē & uniuersum est, cuius nulla partium est extra: infinitum autem est extra quod est aliquid semper: non igitur est idem uniuersum & infinitum. Quare cum dicamus omniquaq; diuisibile, ipsa uoce ostendimus ꝙ non in infinitas dicemus magnitudines diuidi, sed infinitas: cum rursus quęlibet partium omniquaq; diuisibilis sit sed uidemur, inquit, cum dicamus omniquaq; diuisibile, ita dicere omniquaq;, ut nihil supersit ex diuisione * indiuisibile: quod est falsum, & cõtrarium illi, quod dicimus nos. in infinitum enim diuisibilem dicimus esse magnitudinem, & hoc pacto oĩquaq; diuisibilem, ut omnis sumpta pars diuidi possit, & nunq̃ hoc deficiat. quare si hoc pacto diuisa esset, ut cessaret sectio, eo ꝙ nihil superesset, quod posset diuisum iri, non amplius esset in infinitum diuisibilis. nam id, quod dicimus in infinitum nunq̃ deficit, quare si deficeret nõ in infinitum, neq; hoc pacto omniquaq;, ut semper diuisa ꝑs diuidi posset. {omne igitur corpus sensibile.} Sensibile quidem dixit, aut naturale, non, ac si alia corpora nõ diuisibilia sint, nam mathematicum huiuscemodi est: sed ut de hoc sermonem habens: aut sensibile dicit quod actu est. quod enim non est actu, diuisibile non est. huiuscemodi uero est materia secundum propriam rationem, nã & ipsa corpus est, sed nõ sensibile, sed potẽtia corpus. Pro-

* Forte l. q̃dem ut diuisibile,

ponens autem per capita Democriti dubitationem resumere, primum distinguit ad quod significatum omniquaque diuisibilis non sequitur absurdũ aliquod, & ad qđ sequuntur quæcunque à Democrito absurda conclusa sunt. & dicit quod dicere quidem omniquaque diuisibile, quod in quouis puncto potest diuisum iri, & si nondũ diuisum sit, uerum est, & nullum habet absurdũ sequens: nam & quod actu indiuisibile est, possibile est ita dicere omniquaque diuisibile. nam eo quod posit in continuo ubi uis punctum sumi, manifestum quod & diuisio erit in quauis parte continui. dicere uero omniquaque diuisibile ut simul omniquaque posit diuisum iri, absurdum est. quo pacto autem, & propter quid absurdum rursus apponit, resumens Democriti dubitationem, & tunc posterius solutionem infert, dicens, obratiocinari Democritum, non redarguentem sermonem dicentem omniquaq; diuisibilem magnitudinem, sed significatum quoddam omniquaque diuisibilis, quod sumitur iuxta illius opinionem.

Si enim posibile, & si fiat, non ut sint simul ambo actu indiuisibile, & diuisum, sed diuisum secundum quodcunque punctum: nihil igitur erit reliquum, & in incorporeum corruptũ corpus & si fiat rursus, uel ex punctis, uel omnino ex nihilo, & hoc quomodo posibile?

Com. 40 Illud inquit absurdum est dicere omniquaque diuisibile simul esse potentia, est enim est potentia & actu utrũq; factum fuerit. hoc enim apertissime absurdum est, & ratione non indigens, idem supponere simul & indiuisibile, & diuisum. sed hoc inquit, est, quod dico, quod si potentia simul omniquaque diuisibile est, & ad actum utique etiam exiuerit quandoque, ut ipsum sit in puncta diuisum. hoc .n. significat in quouis puncto diuisum. Quot uero sequuntur absurda ad suppositionem hanc, in puncta diuisam magnitudinem consequenter subiungit, resumẽs Democriti dubitationem. sunt autem absurda quæcunq; & à principio dicta sunt. si enim inquit suppositum fuerit omniquaque simul diuisum, nihil supererit: sed aut in incorporeum corpus corrumpetur, & in puncta, aut in nihil. & quoniam in quæ diuiditur aliquid, ex his etiam cõponitur, infert, quod si quidem sit in incorporea, hoc est in puncta diuisum, erit etiam ex punctis constans: si autem in nihil, erit ex nihilo.

At uero quod diuidatur in separabiles, & semper in minores magnitudines, & in distantes, & separatas manifestũ est.

Com. 41. Cum deduxisset ad impossibile sermonem dicentem, omniquaque simul diuisum iri corpus, ostendendo sequi ad hoc, ex punctis, aut ex nihilo constare magnitudines, nunc ex euidentia sumit, ut de Democrito sermonem faciens, quod diuisio semper in separabilia, hoc est in subsistentes fit magnitudines. nam & si semper in minora magnitudine segmenta fit diuisio: tamen in subsistentia, & quæ per se subsistere possunt. si autem hoc est manifestũ, apertissimum est, quod non simul infinita quandoque sint diuisa, neque in infinitum diuisio, quia non sint infinitæ separabiles partes in finitis magnitudinibus. semper uero non significat in his id, quod dicimus in infinitum: est enim ut à Democrito sermo concludente ea, quæ dicta sunt: sed semper in minora diuiditur, inquit, usque ad hoc, ut in sequentibus dicit, quousque diuisio ad indiuisibilia perueniat.

Neque itaque succesiue diuidenti erit infinita in minutas partes sectio, neque simul posibile est diuisum esse secundum omne punctum: non enim posibile, sed quoddantenus. necesse igitur indiuisibiles inesse magnitudines inuisibiles: præsertim siquidem & generatio erit, & corruptio, hæc quidem disgregatione, illa uero congregatione. Ratio igitur, quæ cogere uidetur esse indiuisibiles magnitudines, hæc est.

Com. 42. Quare hoc sit imposibile prius dictum est. si enim sic diuisum fuerit, siue simul, siue & succesiue in puncta diuidetur, & erit ex punctis. hoc autem est imposibile. cũ autem imposibile sit secundum quodlibet punctum diuisum iri corpus, non erit in infinitũ sectio. si enim in puncta diuideretur, hoc merito accideret, eo quod infinita sint potentia in magnitudine puncta. cum igitur non procedat in infinitum diuisio, neque in ipsa puncta fit, relinquitur stare alicubi diuisionẽ, & superesse indiuidua corpora, quæ amplius secari non posint, quare necesse est indiuiduas magnitudines inesse inuisibiles: si quidem est generatio, & corruptio, hæc quidem disgregatione, illa uero congregatione. Obscurius autem uerba sunt prolata. uidebitur enim dicere quod siquidem est generatio, & corruptio, hæc quidem disgregatione, illa uero congregatione: necesse est & indiuiduas esse magnitudines. sed econuerso oportet ex indiuiduis probare quod per congregationem est generatio. nam indiuiduis suppositis magnitudinibus est per congregationem generatio, per congregationem autem existente generatione, non necesse est indiuiduas supponere magnitudines. At uero quod & indiuiduæ magnitudines sint, uidetur Democritica ratio demonstrasse, non tamen quod per congregationem sit generatio: quare ex hoc quod sint atoma syllogizare oportet, quod est generatio per congregationẽ: nõ econuerso, ut uidentur uerba demonstrare. Oportet ergo simplicius accipere uerba, sic dicentem. necesse ergo indiuiduas magnitudines esse, & suppunctuantem hic; ut ex alio sit dicere principio. si ergo est generatio, & corruptio, hæc quidem per congregationem erit, illa uero per segregationem. Aut hoc modo: necesse ergo indiuiduas magnitudines esse, ex quibus si quidem est generatio, & corruptio, quod est manifestum, hæc quidem per disgregationem erit, illa uero per congregationem. Inuisibiles autem dixit indiuiduas magnitudines, ut effugiat redargutionem, quæ est ex sensu: nulla enim apparentium magnitudinũ indiuisibilis est. inuisibilia igitur nobis ob paruitatem dixit esse atoma. & nihil quidem mirandum est esse quidem, sed ob paruitatem non uideri, quemadmodum & in aere puluerulenta ramenta, prius quidem nobis inuisibilia existentia: postquam uero radius per fenestram ingressus fuerit, uisibilia in eo ob splendorem luminis fiunt.

Quod autem latet obratiocinans, & quemadmodum latet dicamus quoniam enim non est punctum puncto hærens, eõ quod omniquaque sit diuisibile, est quidem ut insit magnitudinibus, est autem ut non. uidetur autem cùm hoc positum fuerit, & ubique, & omniquaque punctum esse, ut necessarium sit diuisam esse magnitudinem ad nihil, omniquaque enim esse punctum, quare uel ex tactibus uel ex punctis esse.

Cum posuisset constructionem rationis inducentis indiuiduas magnitudines, & demonstrauisset in quo significato omniquaque diuisibilis, sequuntur deducta absurda, deinceps affert solutionem dubitationi, refellens obratiocinationem, tanquam secundum quandam propriam expositionem eius, quod diximus in infinitum diuisibile procedentem. & rursus uerbi huius, omniquaque diuisibile differentiam significatorum exponit. & dicit quod hoc quidem significatorum imposibile est constare, alterum uero posibile. nam omniquaque inquit diuisibile uno quidem modo licet magnitudinibus inesse, altero uero non licet. non inest quidem ut Democritus intelligẽs ad absurdum rationem deduxit, & simul omniquaque diuisibile esse hoc imposibile est: quia, inquit, nõ est punctum puncto hærens, sumit enim hoc Aristo. ut manifestum: nam & a Democriticis concedebatur. ad hoc igitur, ut absurdum, rationem deducebant. Si autem quis & huius causam quærit, huius scilicet, quod est non esse punctum puncto hærens in continuo, neque omnino ex punctis constare magnitudinem. Dicẽdum & ad ipsum, quod necesse est puncta, ex quibus constare magnitudinem suppositio habet, aut quæ in magnitudine se consequi Com. 43.

qui mutuo supposuimus, aut à se distare, aut secundũ qd distare, secundũ quid uero se tangere: aut seipsa secundũ se tota mutuo tangere. si quidẽ igitur distabunt à se mutuo, nõ amplius simul hærentia erunt, neq; faciẽt magnitudinẽ. si aũt in aliquo distabunt, & in aliquo se tangẽt, partes habebunt: sed supponiť impartibilia esse puncta. si aũt secundũ se tota seipsa mutuo tangẽt, duo puncta sibi ipsis mutuo coaptabuntur. si aũt duo & oia. oibus autẽ mutuo coaptatis, ex quibus cõstare uidetur magnitudo, erit uniuersa magnitudo punctũ unũ. impossibile ẽ ergo punctũ puncto hærere. hoc aũt inducit ille, qui ita simul omniquaq; diuisibilẽ magnitudinẽ supponit, ut nulla relinquať particula ex diuisione, quæ & ipsa diuidi nõ possit. non enim hæret punctũ puncto, ut ostensum est: sed omnino inter duo pũcta est magnitudo. quapropter hoc pacto nõ erit omniquaq; diuisibilis magnitudo: sequenť enim prędicta absurda. quo igitur pacto & propter quid inerit omniquaq; diuisibile continuo, quia ubiq; in continuo est potentia punctum. si aũt ubiq; in continuo possibile est punctum sumere, possibile est & ubiq; in continuo diuisionem fieri. & hoc pacto omniquaq; diuisibilis recte dicta fuerit magnitudo, eo ꝙ ubiq; possit diuisa iri.

Id autem est, ut existit omniquaq;, quoniam una ubiq; est, & omnes ut unumquæq;. plures autem una non sunt, consequenter enim non sunt, quare non omniquaq;. si enim secundũ mediũ diuisibile est, & secundũ hærens punctũ diuisibile erit.

Com. 44. Hoc est quã secuerit quis unã sectionẽ, põt hanc ubiuis fecisse, unã aũt dixit, quia nõ aliã possibile est consequenter accipere: & oẽs possibile est sectiones fecisse, nõ ut oẽs simul, sed ut omniũ quãuis. & hoc est illud, oẽs, ut unãquæq;, hoc est nõ hanc magis quã illã, sed ut hanc aliquã sic & oẽs. unãquãq; aũt oium eodẽ mõ possibile est factã iri, nã & homo eodẽ mõ cuiusq; omniũ disciplinarũ est susceptiuus, plura uero uno. Cõsequẽter. hoc .n. ostẽdit, quod inducitur { Nõ sunt } illi uero { Nõ omniquaq; } addendũ est simul. nõ .n. simul omniquaq; diuisibilis est. si .n. in medio diuisibilis, & secundũ hærẽs punctũ erit diuisibilis. & est probatio eius, ꝙ nõ sit sic omniquaq; diuisibilis, ut nihil supersit diuisibile. Defectuose aũt uerba dicta sunt. sed sit utiq; simul manifestus, & pfectus sermo ita dicentibus. si simul omniquaq; diuisibile esset cõtinuũ, ita ut nihil superesset ipsius diuisibile in medio, aut quouis alio modo diuisa, diuideretur utiq; & in hærenti puncto. & quod residuum est consequẽs erat inducere. hoc aũt est impossibile. ipse uero cũ nõ subiunxit ꝙ esset impossibile, propter quid impossibile est in hærẽti puncto diuisum iri, cõsequẽter apponit dicens.

Non enim est hærens signum signo, uel punctum puncto. hoc autem est diuisio, uel compositio.

Com. 45 Hoc est supponere puncto punctum hærẽs esse, nihil aliud est dicere, quam ꝙ magnitudo diuisio solum est & compositio, non autẽ ꝙ in magnitudines diuidatur, aut ꝙ ex magnitudinibus constet. Posses autem & sic intelligere uerba, ut ad proxime dicta. non enim possibile est inquit omniquaq; diuisibile esse simul. propter quid? q̃a non est consequens punctum puncto. hoc autẽ punctũ, & secundum hoc punctum est diuisio, & cõpositio magnitudinum. & clarum ꝙ si non sint hæc consequenter .s. puncta, non utiq; simul omniquaq; diuisa fuerit.

Quare est & congregatio, & disgregatio, sed neq; in atoma, & ex atomis (multa enim absurda) neq; sic, ut omniquaq; diuisionem factam esse. si enim erat hærens punctum puncto, hoc utiq; erat. sed in parua, & minora est, & congregatio ex minoribus est.

Com. 46. Ex dictis, inquit, manifestum est ꝙ erit & congregatio, cum non sint indiuiduæ magnitudines. ostendit enim ꝙ & congregantur magnitudines, & disgregantur. non est autem necesse cum sit congregatio, & disgregatio ob hoc iam indiuiduas esse magnitudines. neq; si est congregatio, & disgregatio, erit & omniquaq; diuisibilis magnitudo, ut in puncta desinat, aut nihil, sed est congregatio ex minoribus in maiores semper, & disgregatio ex maioribus magnitudinibus ĩ minores. sed neq; in indiuiduas, neque ex indiuiduis: multa enim absurda sunt indiuiduis suppositis: alteratio enim proprie, simul & continuitas, & compassibilitas auferetur.

Sed non simplex, & perfecta generatio congregatione, & disgregatione determinatæ sunt, ut quidam dicunt, in continuo uero mutationem alterationem. Sed hoc est, in quo errant omnia. est .n. generatio simplex, & corruptio nõ cõgregatione, & disgregatione, sed cũ mutatũ fuerit ex hoc in hoc: ij uero opinantur alterationem esse omnem talem mutationẽ. hoc autem differt. Tex. c. 10.

Esse quidem congregationem, & disgregationem, cũ sit manifestum, permittit. non tamen generationem, quæ proprie dicitur, sola congregatione fieri concedit, ut dicunt quidam ponentes generationem quidem, & corruptionem congregationem esse, & disgregationem, alterationem uero continui mutationem. Nam secundum omnem modum errant, qui sic determinant, neq; enim omnis continui mutatio est alteratio, sed contingit ipsam esse, generationem. etenim aqua in aerem, & plumbum in cerusam mutatur, cum sint continua absq; congregatione, aut disgregatione. sed neq; ad disgregationem, & congregationem omnino sequitur generatio, & corruptio. si enim disgregaueris plumbum, ad tenues & minutas partes incidens, & rursus conflans congregaueris, neq; generationem, neq; corruptionem fecisti. quæ sit igitur generatio, & quæ alteratio consequenter docet. Com. 47.

In subiecto enim hoc quidem est secundum rationem, illud uero secundum materiam. cum igitur in his fuerit mutatio, generatio erit, uel corruptio: cum autem in passionibus, & secundum accidens, alteratio.

Amplius inquit in unoquoq; hoc quidem est secundũ formam, illud uero secundum materiam. cum igitur secũdum hæc est facta mutatio, generatio est id, non alteratio. circa hæc autem fit mutatio, quando materia cũ passa fuerit aliquid, & abiecerit priorem formam in aliã mutetur, mutatio secundum hæc generatio est, & corruptio. si autem his manentibus secundum aliquod accidentiũ facta fuerit mutatio, alteratio est huiuscemodi. Com. 48.

Disgregata autem, & congregata facilius corruptibilia fiunt. si enim aqua in minores aquulas diuisa fuerit, citius aer fit: si autem congregata fuerit, tardius. magis autem erit manifestum in his, quæ posterius. nunc autem tantum determinatum sit, quod impossibile est generationem esse congregationem, qualem quidam dicunt.

Non est quidem, inquit, generatio idem congregationi, nec disgregatio corruptioni, conferunt tamen generationi & corruptioni. nã effusa aqua, & disgregata citius fit aer. ut si quis super mensam effundat paucam aquam. sic enim facilius patiens fit. aer quoq; congregatus, atq; compactus facilius aqua fit. Id autem { Qualem quidã dicunt, } hoc est ex atomis. in sequentibus quoq; dicet nullo modo congregationem esse generationem. Com. 49.

His autem determinatis primo speculandum. Tex. c. 11.

Redargutis Democriti rationibus, quibus esse indiuidua corpora syllogizabat: ostensoque quod non est necesse per congregationem, & disgregationem fieri generationem, & corruptionem, & quod hoc sublato nõ erit idem generatio, & alteratio: de his enim omnibus proposuerat quærere, ad hæc consequenter dicit opus esse quærere, si omnino est simplex generatio, hoc est utrum possibile sit generationem esse substantiæ, an non. nam generationem, quæ proprie dicitur, & absq; Com. 50.

additione aliqua, hanc simpliciter esse generationem dicit. Vtrum igitur est, inquit, substantiæ generatio? aut nihil fit secundum substantiã, neq; est substantiæ generatio, neq; corruptio, sed solũ substantijs accidentia generantur, quæ neq; dicuntur simpliciter fieri, sed cum additione: sic.n.& ex laborante sanũ fit, & ex paruo magnũ. nã in his omnibus subiectę alicui substantię accidẽtia aliqua adueniunt, & recedunt. Quærit igitur, ut dixi à principio, nunquid accidẽtiũ solũ sit generatio, & corruptio, substantię uero nullo modo. uolẽtẽ.n. docere quo pacto fit generatio, & corruptio, oportet prius ostendere, an sit oĩno generatio. stultũ est.n. priore ignorato, ad doctrinã secundi accedere. ut si quis immortale nostrũ esse corpus probare pollicitus esset, nisi prius ostẽdisset, an sit omnino immortalitatis susceptiuũ. sic igitur & hic antequã doceat, quo pacto substãtiarũ generatio, et corruptio fit, dubitat prius, an sit oĩno substantię generatio. Volẽs autẽ nos firmiores facere, & nõ utcũq; inexaminate admittere ea, quæ dicuntur, tẽtat prius auferre generationẽ quibusdã probabilibus rõnibus, q nõ est ostendere tenia s. deinde dubitationẽ soluens ex ipsa solutione, in alterã de generatione incidit dubitationem. deinde tertiã apponens dubitationẽ, & querens, unde nõ deficit generatio, ex solutione tertiæ dubitationis, etiã secũdã soluit. Quærit ergo à principio, si est oĩno substantiæ generatio habet.n. dubitationẽ. si.n. est simpliciter entis generatio, qm̃ oẽ, quod fit, ex nõ tali fit, substantiæ igiẽ generatio (nam hoc est simpliciter generatio) ex nõ ente simpliciter erit. Cũ aũt ipsum simpliciter duo significet, aut primũ in unoquoq; prædicamento, hoc est uniuersale, & cõe genus ex prædicamento, aut cõe, & uniuersale oĩbus prædicamentis, cũ dicamus quod simpliciter fit, hoc est substantiã, ex simpliciter nõ ente fieri, aut ex nõ substantia significamus, hoc ese ex aliquo non reducto ad genus substantiæ, aut ex oĩno nõ ente. si igitur ex nõ substantia dicat quis quæ simpliciter fiunt fieri: manifestũ q si nõ est substantia, neq; quale erit, neq; quãtum, neq; prædicamentorũ aliorũ aliquod, neq;.n. potest aliquod aliorũ extra substantiã subsistere, nihil igitur erit, ex quo est substantiæ generatio. si aũt simpliciter nõ ens dicas, quod pariter de oĩbus prædicamentis negatur, ex quo est substantiæ generatio, erit rursus ex oĩno nõ ente substantiæ generatio. quare secundũ utrũq; significatorũ simpliciter nõ entis, idẽ sequetur absurdum. sed oĩno non ens, nec dicibile est, nec opinabile, ut Plato dicit in Sophista. siue.n. dicibile esset, siue opinabile, siue in imaginatione subsisteret sola, ut Scylla, uerbi gratia, aut hircoceruus, nõ esset oĩno nõ ens: esset.n. dicibile, aut opinabile, aut imaginabile. ex tali ergo nõ ente quo pacto uti que factũ aliquid fuerit. unde & cõis naturalium facta est opinio, nihil ex oĩno nõ ente fieri. Cũ sic dubitauisset, soluit dicens, q id, ex quo fit simpliciter quod fit, est quidẽ quodammodò simpliciter nõ ens, & est quodammodo simpliciter ens, innuens materiã, hæc.n. est quidẽ quodammodo simpliciter ens, quodammodo uero simpliciter nõ ens. nam quatenus actu nihil est, simpliciter nõ ens est. quatenus autem potentia oĩa est, ipsa materia est simpliciter ens. & hoc modo generatio ex ente. cũ ãt dico actu ens, quod est in existentia intelligẽdũ est. qm̃ & materia, potentia alia existens, actu est materia. si.n. ẽt materia esset potentia, nõ esset utiq; materia. Sic cũ soluisset hanc dubitationẽ, ex solutione generat aliã dubitationẽ. qm̃.n. inquit substantię generationem dicebamus, ex potentia quidẽ substantia, actu uero nõ substantia esse, quærendũ est, quod est potentia substantia, nunquid participet actu aliquo eorũ prædicamentorũ, aut nullo. si igitur participat, erunt seorsum passiones, hoc est per se potentes actu subsistere extra substantiã actualẽ. si autẽ nullo participat, erit aliquid subsistẽs, quod nihil est secundũ actũ, hoc est erit materia, quæ informis est, ipsa secundũ se actu subsistens: quod est absurdũ. Sic cũ quęsiuisset, & ad dubitationẽ sermonẽ deduxisset, antequã solutionẽ dicat, adnectit aliã dubitationẽ, quod sæpe cõsueuit facere, & per solutionẽ secundæ dubitationis soluit etiã priorem. Est autẽ secunda dubitatio talis. unde nunquã deficit generatio. si.n. inquit, quod corrumpitur in nõ ens cedit, quo nã pacto, iampridem cõsumptis, & exhaustis entibus, nõ cessauit generatio? est.n. ostensum in Physica q corpora oĩa & magnitudine, & numero finita sunt. si igitur quod corrumpitur accepit ad omnino nõ ens, opus est in ĩfinito tẽpore deficere uniuersum, quæ est igitur cõtinuæ seriei causa? Causam autẽ quærit eã, quæ est ut materia, quæ sit materia eorũ, quæ generãtur, per quã nunquã deficit generatio. An quia, inquit, quod corrumpitur nõ accedit in nõ ens oĩno, sed huius corruptio est alterius generatio. Inde autẽ & prioris dubitationis habes solutionẽ. si.n. & alterius generatio est alterius corruptio, & alterius corruptio est alterius generatio, proculdubio nõ cogimur actu, hoc est subsistentẽ materiã supponere absq; omni forma, semper.n. comprehensa ab aliqua forma abijcit quidem priorem formam, & mutatur in alterã: & fit quidem corruptio prioris, generatio aũt superuenientis. quare quod subsistit, & in existentia est, formatũ est, & cõpositũ ex materia, & forma q quidẽ non subijcitur generationi, & corruptioni, mutatio.n. non est circa compositum ex utroq;, sed materia sola est informis. ideo merito substantię generationẽ ex materia, quę potentia est substantia dicimus esse, & qđ simpliciter fit, ex simpliciter non ente: nam ut ex subiecto ipsa materia est ipsius substantiæ generatio. his ita preconsideratis literam percurramus.

Vtrum est aliquid, quod generatur simpliciter, & corrumpitur, aut proprie quidem nihil, semper autem ex aliquo, & aliquid. dico autem ut ex laborante sanum, & laborans ex sano, uel paruum ex magno, & magnum ex paruo, & alia omnia hoc modo.

Dictũ est & prius, q id, quod simplr generatur, dicit Com. 11.
id quod secundũ substantiã. qđ.n. secundũ substantiã generatur absq; additione simplr dicimus esse generatum, nã genitus fuit homo, & genitus fuit equus. quid est aũt quod generatur secundũ accidens, non.n. absq; additione proferimus accidentiũ generationem, cũ.n. si ita accidat, mutetur homo in colore, non dicimus hominem esse generatũ, quia generatum esse simplr & absq; additione mutationẽ secundũ substantiã sigñat, sed dicimus ipsum factum esse quid, aut album, exempli causa, aut nigrum, nã additio differentiã ostẽdit. ut homo factus est albus: Socrates factus est musicus. ostẽdens autem quid apud ipsum significet ex aliquo, & aliquid, subiungit illud, ex laborante sanum, & laborans ex sano. quare si ex aliquo & aliquid, accidentalem significat generationem, manifestum est, id, quod simpliciter generatur, id, quod est secundũ substantiã, significare. nã generatio, quæ est secũdũ accidens, et, quę est secundũ substantiam, opponitur.

Si nãq; simpliciter erit generatio, simpliciter utiq; aliquid ex non ente generabitur, quare uerum fuerit dicere, quod inest aliquibus non ens. quædam enim generatio ex nõ ente quodam, ut ex non albo, uel ex non pulchro, simplex uero ex simpliciter non ente.

Dubitationem exponit, ob quam merito aliquis fue- Com. 12.
rit suspicatus non esse generationem simpliciter, constructio autem dubitationis huiuscemodi est. si quod generatur ex aliquo generatur, ex aliquo autem non tali: omne enim quod generatur, ex non tali generatur, album ex non albo, & calidum ex non calido, & ut simpliciter dicam, si unumquodque ex propria negatione fit, manifestum est & quod simpliciter fit ex propria negatione fieri, hoc est ex simpliciter nõ ente. si aũt hoc, est igiẽ simpliciter nõ ens & subsistit. hoc.n. significat illud { Inest aliquibus non ens. } hoc est inest aliquibus simpliciter non

ter non ens,ac si quis dicat,inest homini nõ animal esse.

Ipsum autem simpliciter, aut primum significat in unoquoque entis prædicamento,aut uniuersale, & omnia continens. Si igitur primum,substantiæ erit generatio ex nõ substantia, cui uero non inest substantia,neque hoc,manifestum quod neque aliorum prædicamentorum nullum,ut neque quale,neque quantum,neque ubi,separabiles enim essent passiones a substantijs. Si uero non ens omnino,negatio erit uniuersaliter omnium,quare ex nihilo necesse est fieri quod fit.

Com. 53. Ipsum simpliciter,inquit,nõ ens in unoquoq; prædicamento,& quod ex simpliciter non entẽ fit,aut simpliciter dicitur nõ esse,eo q nõ sit ex illo prædicamento,sub quo locatur id,quod generatur ut in qualitate simpliciter nõ ens est,quod nõ sub qualitate reducitur.primũ.n. in singulis prædicamẽtis est ostensiuũ generis supremi. primũ.n.est in unoquoq; prædicamento ipsum generalissimũ.albi quidẽ color,coloris autẽ passio,passionis aũt ipsum quale,quod est primũ in hoc prædicamento. simpliciter ergo nõ ens in qualitate est non quale, & quod ex simpliciter nõ ente fit,illud est,quod ex quali nõ fit. nõ.n.quod ex nõ albo fit album,ex simpliciter non ente fit.nõ.n.est primum ipsum album in qualitate, sed ex aliquo nõ ente.omnia.n.sunt sub primo aliquo. Hoc est igitur unũ significatum ipsius uerbi simpliciter,quod significauit per primũ in singulis prædicamentis. Alterũ autẽ significatũ quod oĩno nõ est,& est negatio uniuersalis entiũ,quod significauit dicẽs uniuersaliter.Hæc igitur duo significata etiã in substantia cõsiderabuntur.nã simpliciter nõ ens in substantia,aut est id,quod nõ reducitur ad substantiã,aut quod omnino nõ est:& quod fit ex simpliciter nõ ente,aut est id,quod est ex nõ substantia.neq;.n.si homo ex nõ homine,iã ex simpliciter non ente.nõ.n.est primum in substantia homo, hoc est quod ex omnino nõ ente.Ostendit autẽ q in utroq; significato sequetur absurdum ad illud dictũ,quo dicitur, id qđ simpliciter & secundũ substantiã fit, ex simpliciter non ente dicere fieri.si.n.simpliciter primũ genus significat, erit utiq; substantiæ generatio ex nõ substantia.si aũt nõ est substantia,neq; aliorũ aliquod erit prædicamentorũ, quia in substantia alia habẽt existentiã.si autẽ neq; substantia est,neq; aliorũ aliquid,nihil erit omnino. substantiæ igitur generatio ex omnino nõ ente erit,quod est absurdum.Idẽ autẽ sequetur absurdum etiam si simpliciter negationẽ entium significet:erit.n.rursus substantiæ generatio ex omnino nõ ente.Illud tamẽ annotare oportet q cũ à principio sumpsisset significatũ ipsius simpliciter,quod significat proprie.cũ.n.dixit quod secundum substantiã fit,simpliciter fieri,hoc usus est significato.& ipse declarauit hoc per oppositionẽ:nã uerbo simpliciter,ipsum nõ proprie opposuit.deinde cũ dixit ex simpliciter nõ ente fieri simpliciter ens,nõ amplius simpliciter nõ ens considerat secundũ primũ significatũ,quod significat proprie nõ ens,quando dicit, { Ipsum autem simpliciter,aut primũ significat in unoquoq; entis prædicamento, } & reliqua . uidetur enim hic Ipsum simpliciter in ipsum uniuersaliter mutare.omnino enim proprie ens non in unoquoq; prædicamento consideratur,sed solum in substantia.& quod non proprie est nõ cuiuslibet prædicamenti notat negationem,sed solius substantiæ . sed si proprie non ens mutauit in simpliciter non ens , nihil ex hoc dubitatio delabitur.nam etiam si proprie nõ ens sumpserimus,ex quo substantiæ generationem esse dicimus,necesse est rursus hoc proprie non ens,aut ut negationem substantiæ solius sumere,aut ut omnium communiter negationẽ entiũ.& ita rursus per utrũq; idẽ cõcludit oĩno nõ ens esse,ex quo substãtiæ subsistit generatio.

De igitur in alijs dubitatum,determinatumq; est rationibus magis,breuiter autem & nunc dicendum,quod modo quidem aliquo ex non ente simpliciter fit,modo uero alio ex ente semper. nam quod potentia est , actu uero non est,necesse est præexistere,dictum utroq; modo.

De eo,quod est,unde nam substantiæ sit generatio,& quõo ex nõ ente simpliciter,simpliciter sit generatio,recusat nunc dicere.solutionẽ.n.huius dubitationis in alijs ab ipso dictã esse ait.dicta est aũt in primo Naturalis auditus.ibi.n.quærens,unde est generatio,inquit, q qua quidẽ priuatio circa materiã cõsideratˀ,hac ex nõ ente est, qua uero materia est aliquid,(est autẽ potentia)quod fit ex ente,est ut quidẽ ex subsistente materia,ut uero ex nõ subsistente priuatione.Consona autẽ his, quæ dicta sunt ibi,etiã nunc enunciat.modo etenim quodam, inquit,ex nõ ente simpliciter.materia enim,ex qua simplex generatio est,nihil actu existens,& priuationẽ habens in seipsa consideratã,simpliciter nõ est ens opinari, modo autẽ alio ex ente,eo q potentia ente,materia.n.talis est. Sciendum autẽ,quod & prius dictũ est,q actu entia nunc dicimus,quæ in existentia sunt.quoniã & materia potẽtia alia existens quæcunq; existentiã habent,& per se subsistentia sunt,actu est materia.si enim potentia dixeris ipsam materiam esse,non amplius utiq; materia esset.Illud autem considerandum,quomodo per solutionem & generationem simplicem saluauit , & effugit omnino non ens esse dicere:ex omnino enim non ente actu talem generationem esse dixit,non simpliciter ex non ente oĩno.

Quod autem & his determinatis admirabilem habet dubitationem,rursus diligenter est inquirendum , quonam modo est simplex generatio,siue sit ex potentia ente , siue & quodammodo aliter. Tex. c. 12 *Dubitare enim quis posset,nunquid est substantiæ generatio, & huiusce,sed non talis, & tanti, & ipsius ubi,eodem autem modo, & de corruptione.si enim aliquid fit, planum quod erit potentia quædam substantia, actu uero minime,ex qua generatio erit, & in quã necesse est mutari quod corrumpitur. Vtrum igitur inerit aliquid huic aliorum actu, dico autem ut utrum erit quantum,aut quale,aut ubi,potentia solum hoc, & ens,simpliciter autem neque hoc, neque ens. Si enim nihil,sed omnia potentia,separabileq; accidit quod sic non est: & amplius,quod maxime timuerunt qui primi philosophati sunt,ex nullo fieri præexistente.si uero esse quidẽ hoc aliquid,aut substantiam non inerit,sed aliorum aliquod eorũ, quæ dicta sunt,erunt,sicuti dicimus , separabiles passiones a substantijs.*

Com. 55. Posteaquã priorẽ soluit dubitationẽ , & dixit quõo q simpliciter fiunt,producuntur,q.s.ex potentia ente,actu uero nõ ente,ex solutione alterã ualidiorẽ dubitationem occurrere ait.huic.n.q potẽtia est,ex quo fit qđ fit,utrũ inexistet aliquod aliorũ prædicamẽtorũ actu,ut quãtũ, aut quale,aut aliorum aliquod,aut neq; actu inexistet. hunc q potẽtia substantia est,siquidẽ.n.nihil ipsi inexistet,nullũ ens actu erit,quod nõ sic ens uocauit, hoc est actu separabile,& subsistẽs,qđ quidẽ absurdũ est.tãquã.n.absurdũ inducit,dicere quod nõ sic est ens,hoc est & actu nihil existẽs,separabile,& subsistẽs. Si quis aũt hoc fugiẽs dicat nõ existere hoc,neq; substare,in maius incidet incõueniẽs,ex nullo præexistente dicẽs fieri id,quod fit.hoc.n.inquit,cõmuniter oẽs philosophantes maxime euitarunt,ex nullo.s.præexistente ea,quæ fiunt fieri dicere.hæc igitur sequentur,si potentia existenti , & potẽtia substantiæ aliorũ actu nullũ inexistat.Si aũt potẽtia substantiæ aliquod aliorũ actu inexistet,accidet passiones inseparabiles à substantia esse,siquidẽ nõ existente subiecto actu substantia,hæc erunt actu,quod est impossibile:passiones enim hæ actu substantiæ sunt:passionẽ autem separabilem esse ab eo,cuius est passio, impossibile est.potẽtia uero ens hoccine apud Arist.substãtiã significat.

De his igitur, quantum usu uenit,pertractandum, & quæ est causa essendi semper generationẽ et simplicẽ,et per partes. Tex. c. 13.

Com. 56. De motis dubitationibus quærendum est,inquit,quo pacto solui possunt,deinde & alteram dubitationẽ anne ctit dictus,cõsiderari oportere, quonã modo nunquam deficit generatio,sed est & simpliciter,& per partes. Simpliciter autẽ,& per partes,aut substãriarũ, & accidẽtiũ, inquit.simpliciter quidem substantiarum,per partes uero accidentiũ.Aut quod & uerius est,& simpliciter, & per partes ad substantiam ordinat,& differentias ipsarũ paulopost exponet,simplicem quidem generationem appellans eam,quæ proprissimæ substantiæ est, per partes uero eam,quæ ipsi opponitur.quæ autẽ sit harum utraq;, progrediens demonstrabit.

Existente autem causa,una quidem,unde principium esse Tex. c. 14. *dicimus motus,una uero materia,talem causam dicendum.de illa enim dictum est prius in sermonibus de motu, quod est illud quidem immobile omni tempore,hoc uero motum semper, horum uero de immobili quidem principio prioris est decernere Philosophiæ:de illo uero,eo quia continue mouetur, alia mouet,posterius exponendum,quæ nam talis eorum, quæ singularia dicuntur,causa est.* Tex. c. 15. *Nunc autem eam,quæ ut in materiæ specie,posita est causa,dicamus, per quam semper corruptio,& generatio non derelinquunt naturam . simul enim fortasse hoc fieret manifestum, & de nunc quæsito, quomodo oportet dicere,& de simplici corruptione,& generatione.*

Com. 57 Inquirit causam,cur ea,quæ fiunt,non deficiunt, differentibus autẽ existentibus causis eorũ,quæ fiunt,nõ omnes nunc dicendũ:quales autẽ sint causæ eorũ,quę fiũt, & quã nã nunc dicendũ.Causæ igitur sunt materialis,et effectiua:hæc.n.est unde motus principiũ.has autẽ solas exposuit causas,tanquã utiles magis ad generationẽ, eo ꝙ ipsi præexistant:forma enim, & id cuius gratia post accedunt.Harũ igitur,inquit,causarũ materialis dico,& efficientis,effectiuã nunc nõ dicendũ,sed materialẽ:effectiuæ autẽ causæ mentionẽ faciens parũ admodũ de ipsa sermonẽ tangit,dicens,effectiuarũ , ut etiã in Octauo Physici auditus dicit,hanc quidẽ semper immobilẽ esse, hanc autẽ motã semper,immobilẽ quidẽ primũ mouẽs, ꝙ & principiũ appellauit,principiũ.n.proprissimum illud est.De illo igit̃ dicere primæ est Philosophiæ.Theologiæ enim,& ei,ꝙ est post naturalia negocio proprium est.magis autẽ ei,ꝙ est ante naturalia,nobis.n.posteriora sunt naturę priora.Dixit autem de immobili causa, & in Octauo Physici auditus,& de circulariter lato corpore:quod,quia cõtinue mouetur,alia mouere in posteriori sermone dicet.Singularia autẽ generabiliũ,& corruptibiliũ dicit,in his.n.generatio & corruptio est.in materię ãt spẽ,hoc est genere dicit:est.n.materia genus , sub qua est & substantię subiecta materia,& simpliciter omne , qđ est in potentia,est materia eius,quod fieri potest. De hac igitur,inquit,materia dicamus,per quã generatio,& corruptio semper in natura existunt,& nunquam deficiunt. materia.n.potẽtia existens cõtrariorũ susceptiua , sempiternaq; cũ sit,successiue recipiẽs cõtraria,causa est ꝙ nõ deficiat in natura corruptio,& generatio. si igitur inquit manifestum fiat hoc,cur generatio,& corruptio non deficiunt,cum hoc manifestabitur & quod superius dubitatum est,si potentia substantię aliquod aliorum 'actu inerit,necne.

Tex. c. 16. *Habet autem dubitationem accommodatã, & quæ est causa continuam esse generationem, siquidem quod corrumpitur in non ens abit,non ens autem nihil est: neque enim quid , neque quale,neque quantum,neque ubi ipsum non ens . Si igitur semper aliquod entium recedit , cur non consumptum est iam pridem,& cassum ipsum uniuersum : siquidem finitum erat, ex quo fit unumquodq; eorum quæ fiunt. Non enim quia infinitum sit,ex quo fit,non deficit. hoc enim impossibile. actu.n. nullum est infinitum,potentia uero ad diuisionem. quare oportebat hanc esse solam non deficientem,eo quod fiat aliquid semper minus. nunc autem hoc non uidemus.*

Cũ ostendisset ꝙ prior dubitatio de deficiẽtia generationis,rõnabilis sit,ipsius ponit probationem hoc mõ se habentẽ. Si.n.corruptũ,inquit,abit in nõ ens,nõ ens aũt nihil est entiũ,ut demonstrauit in cõparatione entiũ secundũ genus:neq;.n.hoc aliquid quod significat substãtiã, neq; quãtũ,neq; quale,neq; aliorũ aliquod: quo pacto nõ deficiet generatio?si.n.cõtinue entis aliquod recedit, & abit,finitũ aũt est ipsum ens,iampridẽ entia dicuntur esse cõsumpta in nõ ens,ꝙ.n.ens finitũ sit ostensum est in Physica.nã nihil actu infinitũ:potentia.n.ostẽsum est esse infinitũ:nã sectio cõtinui est in infinitũ potẽtia. hãc ergo solã cõtinuorũ.s.diuisionẽ non deficere oportebat, quoniã infinitũ in hac sola.si igitur hoc continue fiebat, minorem fieri accidebat pręexistentem magnitudinẽ entis ablatione continue,& corruptione particularium . Id autem{ Potẽtia ad diuisionem } pro eo,quod est potẽtia in infinitum habet diuisionem,dixit. Com. 58.

Igitur,quia huius corruptio alterius sit generatio,& huius generatio alterius sit corruptio,incessabilem necesse est esse mutationem. de hoc igitur quod generatio sit, & corruptio similiter circa unumquodq; entium , hanc putandum est esse omnibus sufficientem causam. Tex. c. 17.

Breuissime dubitationem soluit.nõ.n.est inquit in nõ ens corruptio,ut dubitatio supponebat, sed in aliud ens, & alterius generatio est alterius corruptio,hęc.n.est permutatio,& retributio ipsius subiecti,hoc est materię permutatæ secundũ formas:& hęc permutatio est causa ꝙ generatio sit cõtinua.Ex hoc aũt soluitur & superior dubitatio de simplici generatione.nã si nihil in oĩno nõ ens actu corrumpitur,neq; ex omnino nõ ente actu generabitur:sed omne,quod generatur,generatur ex eo , quod est actu aliquod ens,& formatũ:fit autẽ ex eo,nõ quatenus est actu ens , sed quatenus est potentia id, quod fit. nã quia impossibile est id,quod potẽtia est,subsistere per se hoc,quod est potẽtia hoc aliquid,est actu quid aliud, quod ei solũ ad esse confert,nõ tamen ad generandũ ex ipso id,quod potest:nam à forma habet quod sit actu,à materia uero,ꝙ sit potẽtia,id quod generatur.deinde cõcludẽs sermonẽ,inquit dictã esse causam ipsius esse generationẽ,& corruptionẽ similiter:similiter dicens, pro eo, quod est semper.Id autẽ{ Circa unũquodq; entiũ, } hoc est circa unamquãq; substantiam,& simpliciter,& secundum partem. deinceps autem horum dicetur differentia. Com. 59

Propter quid autem hæc quidem simpliciter fieri dicũtur, & corrumpi, illa uero non simpliciter, rursus considerandũ. siquidem idem,generatio quidem huius,corruptio uero illius, & corruptio quidem huius,generatio autem illius. quærit.n. hoc rationem quandam . Dicimus enim quod corrumpitur nunc simpliciter, & non solum hoc: & hæc quidem generatio simpliciter,hæc autem corruptio. hoc autem fit quidem aliquid,fit autem non simpliciter: dicimus enim addiscentem fieri quidẽ scientẽ,fieri uero simpliciter, minime. sicut igitur determinamus multoties,dicentes,quod hæc quidẽ hoc aliquid significant,illa uero non, propter hoc accidit quod quæritur.

Dubitationẽ aliã rursus exponit Aristo. propter quid generationũ hę quidẽ simplices,illę aũt quædã dicunt̃: & eorũ quę fiunt,hęc quidẽ simpliciter,illa uero nõ simpliciter dicimus fieri . Rationabilis autẽ est dubitatio,ut & ipse inquit,cũ ponatur huius generationẽ alterius esse corruptionẽ,& huius corruptionem alterius esse generationem.hoc enim pacto est similitudo in omnibus ex seinuicem genitis,& in seinuicem corruptis , ut non magis hoc quam hoc fieri sit dicere,quare manifestum ex comprobatione ipsum de substantijs solũ sermonem habere, cur quarundam substantiarum simplices dicuntur generationes, Com. 60.

rationes,quarundam autẽ nõ simplices,sed quædã generationes:& nõ ut quidã opinati sunt de accidentibus,ut simpliciter de his,quæ fiunt,substantijs, non simpliciter autem de accidentibus.de his enim iam prædixit,& in sequentibus quæret.sermo autem nunc ipsi est de substantijs,de his dico,quæ ex seinuicem fiunt , accidentia autẽ nequaquam ex substantijs,neq; substantia ex his,neque poenitus ex seinuicem:figura.n.nõ omnino ex altera figura,sed ex infigurato fit:& coloratum similiter ex priuatione,tanquam ex materia aete fiet utiq;, abscolor.n.aer est:.& sciens sæpius ex nõ sciente.quare nõ de accidentiũ,sed de substantiarũ generatione sermo est:ipse.n.omnino ex seinuicem fiunt:& harum hæ quidẽ simplices,illæ uero quædã sunt,& dicuntur generationes.Huius igitur consuetudinis causam quærit, & inquit tribus differentijs generationem quandam à simplici distingui oportere:prima quidẽ ea,quæ est materialioris , formaliorisq; substantiæ,quarum Parmenidei non ens materialiorem uocabant,formaliorem autem ens,propter quid enim homo iste terram non ens nominauit,tanquam materiæ rationem subeuntem,ignem autem ens,tanquam agentem, & magis formalem . quare erit secundum Parmenidem ignis quidem generatio,simpliciter generatio,terræ uero generatio quædam:similiter & corruptio , ignis quidem simpliciter,terræ uero quædam corruptio.secundũ Parmenidem igitur hæc sint simplicis & cuiusdam generationis exempla,terram quidẽ ponentẽ materiale,ignẽ uero formale.Dixeris autẽ sic se habere & simplicium elementorũ generationẽ ad eam,quæ est cõpositorũ . simpliciũ.n.elementorũ generatio tanquam magis materialiũ,& ad cõposita materiæ ordinẽ habentiũ, quædã est generatio,cõpositorũ autẽ ut hominis, & equi, simplex est generatio.Sed & inter ipsa materialiora , simplicia.s. corpora(materia.n.ut dictum est,sunt hæc cõpositorũ) est alia quædã differentia,propter quam hæc quidẽ magis,aut potior substantia,illa autem minus, aut deterior. actiuas.n.habentia differentias , magis & potiores sunt substantiæ:passiuas autem,& priuatiuas minores, & deteriores.est autẽ caliditas actiua magis & forma, frigiditas autẽ passiua magis & priuatio:erit igitur ignis substantia magis,& huius generatio simplex generatio,terra autẽ minus,& huius generatio quædã,nõ autem simplex.mutato igitur igne in terrã, corruptio quidem simplex erit,generatio autem quædam: terra autem in ignẽ mutata econtra corruptio quædam est,generatio autem simplex.Tertia autem est differentia ex multorum intelligentia,non ex ueritate accepta.uidetur enim multis,magis sensibile magis ens esse,minus uero sensibile minus esse.quare secundum illos sensibilium magis,ueluti terrę simplex est generatio,aeris autẽ quædam generatio,minus enim sensibilis aer est:secundum ueritatem autẽ ecõtrario,magis enim ens aer terra:siquidem caliditas actiua,& formalis magis,ut dictum est,frigiditas autem tanquam priuatio quædã.Tres igitur hæ differentiæ in substantijs considerantur:hæc quidem secundũ simplicius, & magis cõpositũ minus materialis & formalior:illa eo ꝙ magis uel minus est substantia,uidelicet secundũ melius & peius:tertia autẽ secundũ magis uel minus sensibile,secundum quas in his,quæ ex se inuicem fiunt,hæc quidẽ simplex,illa uero quædã generatio dicitur.Posterius autem quærit nõ amplius de his ,'quæ ex seinuicem fiunt,sed simpliciter uniuersaliter,cur entium hæc quidẽ simpliciter,& sine additione dicimus fieri , illa uero cum additione semper,simpliciter autẽ nunquã, siquidẽ omnia entia sunt:& ait ꝙ hic simpliciter, & nõ simpliciter prædicamentis determinata sunt.quoniã enim hæc quidem substantiam significant,illa uero quale , illa autem quantum,secundum substantiam quidem mutata simpliciter dicimus fieri,quæ uero secundum aliud quoddam prædicamentum cũ additione semper : meritoq; quoniã proprie ens substantia est.sed inquit in alijs omnibus accidentiũ prædicamentis uniuersaliter ad honorabiliora mutatio generatio simplex est,ut quę in albũ alteratio: quę autẽ ad peius,ut quę ad nigrũ,nõ amplius. Hęc cũ dixit,testẽ adducit usum,simplicẽ generationẽ à quadã distinguentẽ,& nõ solũ cũ additione, dicentẽ hæc quędã fieri,sed interdũ & sine additione . quare rationabile est quęstionẽ aggredi.Cũ autẽ dicat ꝙ discẽtẽ dicimus discentẽ quidẽ fieri,simpliciter aũt fieri minime, putarũt quidã sermonẽ ipsi esse de substantijs,accidẽtibusꝗ;:simplicẽ quidẽ generationẽ,eã,ꝗ est substantiarum dicentis quandã autẽ generationẽ,eã,quę est accidentiũ.hoc aũt nõ sic se habet,sed eius sermo,ut dictũ est,est de substantijs,qũo hę quidẽ simpliciter,illę uero cũ additione fieri dicuntur.de addiscente uero exemplum in testimonium adduxit,ut usum distingueret : & ut diceret quæ quidẽ simpliciter dicuntur fieri,quę uero non simpliciter , sed cum additione.

Differunt enim ea,in quæ mutatur quod mutatur, ut fortasse in ignem uia generatio quidem simplex,corruptio uero alicuius,ut terræ:terræ autem generatio , quædam generatio,generatio uero non simpliciter:corruptio autem simpliciter,ut ignis,sicut Parmenides inquit,duo ens, & non ens esse dicens,ignem, & terram.

Declarat hic differentiam, qua simplex à quadam ge- Cõm.61.
neratione distingueretur.Quęrendum autem quę sit differentia.uidetur enim Aristote.à seipso dissentire.nam forte aliquis dicet hanc differentiam esse secundum simplicius,& compositius:nãq;,eo quia simplicia materialiora,& materiæ rationem habeant ad composita , dicerue horum generatio quędam,compositorum uero, ut manifestiorem formam habentium generatio simplex.& secũdum hunc intellectum Parmenides,quoniam ignem, & terram supponebat elementa,terram quidem ut materiã supponi,ignem uero ut informantem considerabat,& terram quidem non ens,ignem autem ens nuncupauit . igitur secundum illos,inquit,ignis quidem generatio simplex,generatio utiq; fuerit,terrę uero quędam generatio, & non simplex.Videtur autem aduersari huic expositioni hoc quod Aristote.nunquam de simpliciori,aut compositiori mentionem fecit.Illud quoq; aduersatur.si enim simplex à composito differt per materialius , & formalius,erit hęc differentia eadem cum consequente,& quæ secunda dicitur,per quam hanc quidem magis substantiam esse,& minus,quia materialior & formalior, considerat:& ut ipse plane dicit,in sermone de secunda differentia dicens,ut calidum prædicamentum quoddam & forma,frigiditas uero priuatio:cum hoc quod etiam non meminit ipse de materialiori & formaliori in sermone de prima differentia,sed solum de ente & non ente.Ob hoc uidetur mihi uerior expositio Alexan.& magis consona literę.dicit autem illæ primam differentiam esse secundũ ens,& non ens,non ut apparentem Aristote. sed quod quando supposuerit aliquis esse ens & nõ ens,sicut Parmenides dicebat,ignem quidem ens,terrã uero non ens, sequetur secundum hanc suppositionem ex ente in non ens uiam corruptionem quidem simplicem esse,generationem uero quandam:ex non ente autem in ens corruptionem quandam,generationem uero simplicem: omnino enim secundum Aristote.nulla substantia mutatur in non ens:alterius enim,inquit,generatio, alterius est corruptio.quare nihil mutatur in substantijs in priuationem simpliciter, sed quod in huius priuationem mutatur in aliud ens mutatur . Addidi uero { Id, in substantijs, }eo quia in accidentibus possibile est . nam musicum potest in immusicum mutari, & in priuationem , nulla ei in musices depositione succedente altera accidentali forma , aut passione , nisi sola priuatione : eo quia ad hoc quod materia subsistentiam habeat , nihil confert musicum aut immusicum , sed in substantijs formarum

absentiæ, & priuationes, subsistentia carentem materiam faciunt, nisi in aliud quid ens actu, & formam facta fuerit mutatio.

Hæc igitur, aut talia alia supponere nihil differt: modum enim quærimus, sed non subiectum. in non ens igitur simpliciter uia, corruptio simplex, in simpliciter autem ens, generatio simplex. quibus igitur determinatum est, siue igne & terra, siue alijs quibusdam, horum erit hoc quidem ens, illud uero non ens. Vno igitur modo hoc differet, simpliciter scilicet aliquid fieri, & corrumpi ab eo, quod non simpliciter, alio uero materia qualiscunque fuerit. cuius enim differentiæ hoc aliquid significant magis substantia, cuius autem priuationem non ens: ut calidum quidem prædicamentum quoddam est, & forma, frigiditas uero priuatio: differunt autem terra, &
Tex. c. 19. *ignis & his differentijs. Videtur autem multis magis, sensibili, & nõ sensibili differre. cum enim in sensibilem mutata fuerint materiam, fieri dicunt: cum autem in inapparentem, corrumpi.*

Com. 62. Siue ignem & terram, siue alia quædã supponat Parmenides, nihil differt: non enim quærimus subiectum circa quod considerantur differentiæ, sed differẽtias ipsas, & distinctionis modum, quo generatio quædam à simplici distinguitur: differentiam enim præposuit eorum, in quæ mutantur, quæ mutantur, quibus differentiis simpliciter à quadam generatione distinguimus. Qualibus igitur, inquit, determinatum est ens, & non ens differentijs, siue igne dicas, & terra, determinatum est, siue alijs quibusdam ipsorum alterum ens dicetur. alterum uero non ens. Materiam autem nuncupat simplicia corpora, tanquam materia subiecta generationi, & corruptioni compositorum. & uidebitur ob hoc composita à forma designari magis, & prædicta expositio consonare propositio, in qua dicebamus Aristo. primam differentiam exponere secundum simplicius, & compositius, eo quia hoc quidem materiæ proportionatur, compositum uero formæ: nunc autem, ut & in materia tpa, corporibus scilicet simplicibus, differentia considerata exponit secundam. differentia autem est, sicut prædiximus, eo ꝙ simplicium hæc sunt magis substantiæ, illa uero minus: magis quidem actiua magis habentes differentias, & formæ proportionales, qualis est caliditas: calidum enim prædicamentum quoddam est, hoc est existentia, & habitus, frigiditas uero ueluti priuatio, & ob hoc informata minus sunt & peius substantia. quare, inquit, quoniam ignis, & terra hisce differunt differentijs, scilicet habitu, & priuatione, erit ignis quidem magis substantia, terra uero minus: & mutatio terræ in ignem corruptio erit quædam, simplex autem generatio: in contraria uero mutatione econtra.

Ens enim, & non ens, eo quòd sentiatur, & non, determinant, sicut scibile quidem ens, non cognoscibile uerò non ens: sensus enim scientiæ facultatem habet.

Com. 63. Cum dixisset tertiam differentiam, secundum ꝙ multis apparet, eo ꝙ hæc quidẽ magis, illa uero minus sunt sensibilia: nunc addit causam, quare uidentur multis magis sensibile, magis esse, minus uero, minus. quoniã enim sensum idem cum scientia esse putabant: per scientiã autem, & ignorantiam ens, & non ens secundum ueritatem distinguitur: ens enim sciri, & cognosci potest, non ens uero, neque sciri, neque cognosci: putant sensu, & insensibilitate distingui entia & non entia.

Quemadmodum igitur illi in ipso sentire, uel in ipso posse, & uiuere, & esse opinantur, ita & res: modo quodam prosequentes uerum, idem autem dicentes non uerum.

Com. 64. Altera probatio opinari faciens sensibilia entia esse, non sensibilia uero non entia, eo quia putant seipsos esse, & uiuere, dum sentiunt, uel sentire possunt. sicut enim sentientibus uiuere esse in ipso sentire determinant: sic & ipsis sensibilibus esse aiunt, in eo quod sensum mouere possunt. nam illa uerba. { Ita & res } nõ in sentire significãt, sed in sensum mouere posse. quare omnia quidem determinata sunt sensu, & insensibilitate: sed uiuentia quidem, eo ꝙ sentiant, alia uero, eo quod sensibilia sunt. Corrigẽs autem illos, putare inquit magis scibile magis ens esse, minus uero scibile minus ens, & simpliciter per scientiam, & ignorantiam distinguere ens, & non ens, uerum est: nam quod secundum sui naturam sciri non potest, neque ens est: sed in idem ducere sensum cum scientia falsum est.

Accidit itaque secundum opinionem, & secundum ueritatẽ aliter & generari simpliciter, & corrumpi: spiritus enim, & aer secundum sensum minus sunt. quapropter & corrupta simpliciter in hæc mutatione corrumpi dicunt, generari autem, cum in tangibile, & in terram mutata fuerint: secundum ueritatem autem magis hoc aliquid, & forma sunt hæc ipsa terra. Huius igitur, quòd quidem simplex sit generatio Tex. c. 30
corruptio existens alicuius, corruptio uerò simplex generatio existens alicuius, dicta est causa. nanque propter materiã differre, aut eo quod sit substantia uel non, aut eo quod hæc quidem magis, illa uero minime, siue eo quod hæc quidem magis sensibilis sit materia, ex qua, & in quam, illa uero minus sit.

Veritas quidem dicebat magis entis esse generationẽ Com. 65.
simplicem: multorum autem opinio non magis entis, sed magis sensibilis. sed hæc sibi contraria sunt, aer enim & spiritus coaggregatus in terra multis uidebitur ens deterius, quia minus sensibilis sit: ideo & quæ in aerem corrumpuntur, in nihil dicunt resolui, ut si aqua corrumpatur in aerem, non consueuerunt dicere aeris generationẽ, sed aquæ corruptionem: si tamen ex aere corrupto fiat pluuia, dicunt generationem pluuiæ, nõ aeris corruptionem. propter hoc igitur terra tanquam tangibile quid existens, & resistens, hoc est solidum, magis esse uidebitur, quia magis sensibile. secundum ueritatem autem magis est ens aer terra, quia continens ipsam, & formaliorem habet differẽtiam, scilicet caliditatem. Hæc cum dixisset, differentias reassumit, quibus simpliciter generatio à quadam distinguitur. Id autem { Propter materiã differre } ut omnium differentiarum cõmune dictum est, ac si diceret quod simplex generatio à quadam distinguitur, eo ꝙ materia eorum, quæ mutantur, differt per aliquam harum differentiarum. Infert postea differentias tres, aut enim eo ꝙ substantia est, aut non, ut dicat primam differentiam, eã scilicet, quæ per ens & nõ ens, uel eo ꝙ magis uel minus est, magis materialem dicens, & magis formalem, aut simpliciter secundum quod hæc quidem potior, illa uero deterior substantia est: quoniã & forma materia potior, tanquam id cuius gratia eo, q̃d sit illius gratia, uel eo ꝙ magis, & minus sensibilis sit.

Cur autem hæc quidem simpliciter fieri dicuntur, illa uero aliquid solum non ex mutua generatione, quo nunc dicimus modo. nunc enim tantum determinatum sit, cur nam omni generatione corruptione existente alterius, & omni corruptione existente alterius alicuius generatione, non similiter assignamus fieri, & corrumpi in his, quæ ad se inuicem mutantur. quod autem posterius dictum est, non hoc quærit, sed cur nam addiscens quidem non dicitur simpliciter fieri, sed fieri sciens, quod uero genitum est fieri. hæc autem prædicamentis distincta sunt: hæc enim hoc aliquid significant, illa uero tale, illa autem quantum. quæcunque igitur non substantiam significant, non dicuntur simpliciter, sed aliquid generari. nihilominus similiter in omnibus generatio secundum ea, quæ in diuersa sunt cõiugatione dicitur: ut in substantia quidẽ, si ignis,

sed non

sed non si terra: in quali uero si sciens, sed non quando non sciens. De hoc igitur, cur hæc simpliciter fieri, illa uero mini me, & omnino, & in substantijs ipsis dictum est. & propter quid huius generationem scilicet · sic continue causa, ut mate ria, subiectum, quoniam mutabile est in contraria & est alte rius generatio semper in substantijs alterius corruptio, & al terius generatio.*

a 1 secundum quod.

Com. 66. Hactenus cum de generatione in substantijs, quare hæc quidem simpliciter fieri, illa uero cum additione dicuntur quæsiuisset, nunc eandem quæstionem mouet nō in substantijs: inquit enim se non loqui de his, quæ ex se mutuo generantur, sed uniuersaliter de omnibus, cur hęc quidem simpliciter dicimus fieri, illa uero non simpliciter. dicit ergo quod ista prædicamentis sunt distincta, & quæ fiunt in substantia simpliciter generari, aliquid uero, & non simpliciter, quæ secundum aliquod aliorum accidentium prædicamentorum generātur: nihilominus dicit etiam in omnibus prædicamentis hoc commune similiter esse, siue simplex generatio consideretur, quemadmodum in substantijs, siue quædam generatio, quemadmodum in reliquis prædicamentis, eo quod mutatio ad nobiliora dicatur generatio, ad ignobiliora uero, & deteriora corruptio: generatio enim albi, huius uero in nigrum mutatio, non nigri generatio, sed albi corruptio. Ita Alexan. exposuit concorditer his. quæ dicta sunt in Physicis, & omnino in substantijs, quæsiuit enim & in substantijs distinctionem simplicis generationis à quadam, quæsiuit & uniuersaliter in omnibus, quod quidē declarat illud omnino. Merito autem addidit in substantijs, quoniam, non in omnibus entibus, quæ sunt actu, alterius generatio alterius cuiusdam entis corruptio est, ut in eo qui addiscens, & sciens fit: priuatio enim est non sciens, quare in illis solum hoc considerandum in quibus contrarijs existentibus, melius & peius cernitur.

Tex. c. 11. *Sed neque dubitare oportet propter quid generantur semper deperditis. quemadmodum enim & corrumpi simpliciter aiunt, cum in insensibile deuenerit, & in non ens: similiter & generari ex non ente aiunt, cum ex insensibili.*

Com. 67. Cum dubitasset in præcedentibus quare non deficit generatio, sed perpetua serie continuat, dubitationis probabilitatem ostendit ex eo, quod abit semper aliquod entium corruptorum, & in non ens progredientium. Cū igitur ostendisset in præcedentibus breuiter cur non deficit generatio, & dixisset eo quia alterius corruptio alterius est generatio, & ob hoc soluisset omnes propositas dubitationes: mentionem nunc facit rationis dubitationem probantis, inquiens, post solutionem dictam nō amplius relinqui locum rationi comprobanti dubitationem, dicens non oportere generationem semper esse deperditis quibusdam, & in non ens abeuntibus: non autē per eundem sermonem rationem reassumit, sed quoniam proxime dixit, quod multi simpliciter fieri, & corrumpi mutationem ex insensibili in sensibile, uel ex sensibili in insensibile fieri putant, quia secundum sensum inuenter hoc modo ens, & non ens quærunt, & quod sub sensum non cadit uel non magis, neq; esse putant. hoc igitur in exemplum proprij sermonis assumpsit, huius scilicet alterius generationem, alterius esse corruptionem & econtra. & modo quodā ex ente fieri ea, quæ fiunt, & in ens corrumpi: modo autem quodam ex non ente fieri, & in non ens dissolui. Multi igitur inquit generationem simpliciter ex insensibili in sensibile mutationem iudicant, & corruptionem in sensibilis non omnino nō entis. Cō muni igitur ratione, & simpliciter omnis generatio est ex non ente, quia ex materia, quæ omnium habet priuationem: priuatio autem non ens est, ex ente uero rursus, quoniam potentia est omnia, & id, ex quo continue ens est, & nō ens, ut si ex aere fiat ignis, sed si & est aliquod ens aer, non tamen adhuc ignis, neq; manente aere ignis est generatio. quare & hoc modo ex non ente. ex ente uero rursus, per se quidem ex ente, quoniā ex subiecto, quod quidem ens est, per accidens autem, quoniam ex aere: accidit enim ex quo ignis fit, uel aerem esse, uel lignum, uel oleum, uel quodcunq. aliud. eadē & in corruptione sunt opposito modo. propter quod, inquit, non oportet dubitare, propter quid deperdito aliquo in corruptis non deficit generatio: non enim in omnino non ens corruptio est, neq; ex omnino non ente generatio. consolaturq. rationem hanc ex multorum usu, qui ens & non ens sensibili, & insensibili determinant: nō enim nullo modo ens non ens uocitant, sed ipsis insensibile. nil igitur admirandum, si & nos dicimus secundum quid ex simpliciter ente, secundum quid uero ex simpliciter non ente generationem, & corruptionem in ens, & non ens, dicto modo.

Siue igitur existente aliquo subiecto, siue non, generatur ex non ente, quare similiter & generatur ex non ente, & corrumpitur in non ens. merito igitur non deficit: generatio enim corruptio est non entis, corruptio uero generatio non entis.

Hoc est siue habeat existentiam quandam hoc, quod dicitur insensibile, & non ens, siue non est subiectum, nihil differt ad rationem: nā uniuersaliter ex tali fit quod fit, in quale abit quod corrumpitur. si igitur corrupto ente generatur non ens, manifestum quod ex non ente corrupto, generatur ens. & ecce quo pacto in non ente exacte generationem dixit, declarans manifeste, quod cum in non ens abire dicimus quod corrumpitur, non in omnino nō ens dicimus. siue igitur existente aliquo subiecto, siue non, quod corrumpitur, dicunt quidam in nō ens abire, eo quod in insensibile sensibile mutetur: non curantes, siue existente subiecto aliquo in sensibile facta sit mutatio, siue non: hoc est siue habeat existentiam ipsum insensibile, quod & dicitur non ens, siue non. sed neq; quia esse aut nō esse dicant hoc insensibile, propter hoc aut est, aut non est generatio. sed quia est, & subijcitur, propter hoc ex ipso sensibile generatur. Illud igitur { Siue existēte aliquo subiecto } significat, siue esse dicat ab eis, siue non esse. neq; enim ipsi determinant hoc insensibile, ex quo esse generationem dicebant, sit ne de numero entiū, an non: quoduis enim horum sit, non deficiet generatio. si enim sit de numero entium hoc insensibile, in quod est corruptio, & ex quo est generatio, propter hoc ipsum, non deficiet, quia non est in omnino non ens corruptio. si autem non entium, quoniam corruptio nō entis est generatio, generatio uero corruptio non entis, rursus non deficiet sibiinuicem succedentibus ente, & non ente.

Sed hoc non ens simpliciter, dubitaret aliquis utrum alterum contrariorum est: ut terra & graue non ens, ignis autem & leue ens. An non, sed est & terra ens, ille uero nō ens, materia terræ, & ignis similiter. Tex. c. 12

In præcedentibus quærebat si est aliquid, quod simpliciter, idest proprie generatur: & dicebat ex simpliciter non ente fieri. cum igitur satis docuisset de generatione simplici, & simpliciter ente, & secundum quot significata dicitur, nunc quærit de simpliciter non ente quid significat, nunquid alterum contrariorum priuatiua, scilicet differentia figuratum, ut terræ & ignis, nunquid nō ens terram esse dicimus, ens autem ignem. An non de his, quæ abusiue dicuntur, sermo est: sed quæstio est uniuersaliter de entibus proprie, & secundum substantiam, quando dicimus ipsa ex non ente fieri, quale, illud non putamus esse. quod igitur superius dicebat, dicēs nō ens hoc esse, quod potentia quidē ens est, actu uero nō ens, hoc manifestius hic dicit: materia enim inquit est non ens, ex qua & ignis, & terra generantur. Si autem dixeris quod materia ipsa secundum se ipsam non subsistit, sed est semper cum aliqua forma, ut nequaquam ex non ente, sed ex ente fieri quod fit. Ad hoc dicimus quod & superius diximus, quod forma ad materiæ existentiam

confert,ad generationem autem eius,quod non est, nihil confert,neq; enim ut actu,si contigerit,terra existens mutatur in ignem,sed ut est potẽtia ignis: hoc autem ut materia ipsi inest,ex materia igitur est quod fit, sicut æs materia statuæ:ut expositoris Alexan.utamur exemplo, siquidẽ impossibile erat sine forma statuæ substare:mutatis autem in seinuicem statuis,non propter hoc à propria priuatur existentia, sed erat altera à statua, & ea, quæ fit statua: & si non ex albo ære fiat, sed ex statua, non dicitur tamen ex statua factum esse, sed ex ære statuæ.ita se habet & in materia,quoniam semper cum aliqua est forma.nihil enim actu existens sublistentia carens est,& quod ex ipsa fit,semper quidem cum aliquo fit,quod ad existentiam ipsi confert,non tamen ex illo, quod est actu materia,fit,quod fit,sed ex materia, quæ potentia est corpus.

Et nunquid diuersa utriusque materia,an non utique fierent ex seinuicem,neque ex contrarijs:his enim insunt contraria igni,terræ,aquæ,aeri.

Com. 70. Cum dixisset non ens simpliciter alterum esse ab his, quæ fiunt,nõ quod uideatur minus esse,propterea quod priuatiuas habeat differentias,sed subiectum utrisq;, & magis,& minus enti:quærit deinceps si utriusq; illorum terræ,scilicet & ignis,de quibus meminit diuersum est subiectum.Hoc autem breuibus negat dicens, quod si diuersum erat utriusq;,& non idem subiectum,non amplius ex seinuicẽ ut ex contrarijs fierent:contraria enim ex seinuicem fiunt eodem existente subiecto:positum est autem à principio alterius generationẽ alterius esse corruptionem.non diuersum igitur est contrariorum subiectum,terræ inquam,& ignis. Quod autem contrarietas inest terræ & igni,ostender in subsequenti sermone. ex seinuicem igitur hæc sunt ut ex contrarijs.si autem hoc, communis,& una utrorumq; materia.

An est quidem ut eadem,est uero ut diuersa. nam quod aliquando est ens,subijcitur idem, esse uero non idem. de his igitur in tantum dictum sit.

Com. 71. Expedito priori sermone,inquit secundum quid eandem esse eorum,quæ fiunt,materiam,secundum quid uero diuersam:quomodo uero eadem,& quomodo diuersa apponit.inquit enim quod materia, secundum quod est materia,& secundum propriam naturam eadem est omnibus,quibus subijcitur : nam quod aliquando est ens apud Aristo.subiectum significat. & ut ita dicam sumpsius natura una omnium est materia, aptitudinem enim similẽ,secundum quod est materia,ad omnia habet.quoniam autem esse,& subsistentia ipsi sempet cum aliqua forma est,non eadem erit materia secundum formam,& existentiam omnibus:quæ autem secundum formam cõsideratur est materia proxima,ut igni quidẽ subiecta aer est,aeri autem,si sic contingat,aqua actu,aquæ uero terra.igni igitut & aquæ supponitur terra & aer:hæc uero secundum materiæ rationem eadem, secundum formam diuersa, non amplius ut prima, sed ut proxima materia considerata.Est autem & sic dicere,quoniam ut & infra dici debet,materia quidem subiecto est eadem, ratione autem differens,tanquam & differentium rationem continens in seipsa,in igne,terra,& alijs,subiecto quidem eadem est,ratione uero differens:non enim eadem ratione ignis, & terræ,& aliorum formas suscipit: alia enim ratione terræ,alia uero ignis formam suscipit,& secundum alias rationes aliorum formas.

Tex.c.23 *De generatione uero,& alteratione dicamus quid differunt:dicimus enim diuersas esse has mutationes à seinuicem. Quoniam igitur est aliquod subiectum, & diuersa passio, quæ de subiecto nata est dici,& est mutatio utriusque horum, alteratio igitur est,cum manente subiecto,sensibili existente, mutatum fuerit in suiipsius passionibus, aut contrarijs existentibus,aut intermedijs.ut corpus sanum est, & rursus laborat,idem permanens: & æs rotundum,aliquando uero angulare,idem existens. Cum uero totum mutatum fuerit, non manente sensibili aliquo,ut subiecto eodem, sed ut ex omni genitura sanguis,aut ex aqua aer,aut ex aere omni aqua,generatio iam tale est,illius uero corruptio. Maxime uero si* Tex.c.24 *mutatio fiat ex insensibili insensibile,aut tactu, aut omnibus sensibus.ut cum aqua genita,uel corrupta fuerit in aerem, aer enim prope modum insensibilis est.*

Quonam differat generatio ab alteratione dictũ quidem est ab ipso breuibus & antea:attamen & nunc recasumens rursus ordinate de ipsis dicit. nam cum dixerit quæcunq; de generatione quærere oportebat, & quid est,& si est omnino, & ex quonam,& unde fiunt ea,quę fiunt,& propter quid non deficit generatio : opportune nunc quærit quonam differat ab alijs mutationibus,primumq; ab alteratione, ipsas à seinuicem hoc modo distinguens. Quoniam enim,inquit,est hoc quidẽ aliquod subiectum,quod substantiam significat,illud autem passio,quod & accidens nuncupatur : est autem secundum utraq; mutatio,& secundum substantiam, quod uocat subiectum,& secundum passionem scilicet accidens: secundum subiectum quidem mutatio,generatio est,secũdum passiones uero manente subiecto immutabili, alteratio.Hæc cum dixisset,dubitationem quandam, quam quis inconsiderate contra prædicta adducere posset, eã & examinans ponit,atque dissoluit. si enim circa subiectum,cum sit sensibile,& idem manens facta mutatio, hoc est si circa informatum subiectum facta mutatio,alteratio est.quoniam in mutatione ex aqua in aerem perspicuum,& humidum manet, mutatio autem secundum calidum,& frigidum fit,erit aeris in aquam mutatio alteratio:circa subiectum enim informatum,perspicuum inquam,& humidum fit mutatio.Eandem quoq; ratione, licet & in alijs elementis dubitare.nam in omnibus,quę ex seinuicem fiunt,dubitatio est.Ad hanc autem dubitationem occurrens Aristo.inquit,ꝙ si quidem passio erat ipsius subiecti humidi,& perspicui, calidum scilicet & frigidum,per quæ adinuicem ipsorum mutatio fit,alteratio utiq; erat,ut se habet in aqua calefacta,frigefactaq;: ibi enim,quoniam aduemens aquæ qualitas passio est, & accidens,nihil ad esse ipsi aquæ conferens alteratio est,id quod fit:in mutatione uero aeris in aquam, calidum,& frigidum non amplius passiones sunt humidi et perspicui,nisi forte secundum accidens,eo ꝙ sint utraq; ipsius passiones,ut cum in Socrate caluum inesse dixerimus albo per accidens,eo ꝙ utraq;,& album, & caluũ eidem insint,utræq; enim passiones sunt Socratis.sic igitur & hic calidum,& frigidum humidi quidem non fuerint passiones nisi per accidens. materiæ uero hæc ipsa, calidum,inquam & frigidum,& humiditas, passiones, sunt informis materiæ:passiones autem informantes,perfectiuæq;.nanq; si passio,& accidens humidi frigidum, aqua non habebit esse per frigiditatem,& humiditatem, sed per frigiditatem tantummodo.similiter autem & aeris non humiditas & caliditas, sed humiditas sola erit perfectiua si uero humiditas utrorũq; perfectiua substantiæ est,aquæ,& aeris:non habebunt differentias,quibus secundum substantiam separabuntur.passiones enim nõ faciunt substantiales differentias.non igitur passiones calidum,& frigidum,aeris & aquæ,per quas & mutantur in generatione ex seinuicem,sed neque humidi passio & accidens calidum frigidumq; : quoniam coniuncta non unam perficere potuerunt substantiam. ꝙ si non passio, neq; alteratio,quemadmodum dicebat dubitatio:alteratio enim dicta est esse,cum passio,& accidens inerit, per quod mutetur,quod mutatur. Addiderit autem aliquis his,quæ dicta sunt,& hoc:ꝙ neq; proprie ipsa humiditas in aere & in aqua,neq; perspicuitas absque uarietate est eadem:aer enim & magis perspicuus,& humidior est aqua:quare non permanebit impassibilis in mutatione

ex aqua in aerem, neq; humiditas aquæ, neq; perspicuitas, quoniam neq; in aere, et igne caliditas secundum speciem eadem est. in compositis quoq; multa sunt secundum genus calida, specie differentia: alia enim est, quæ in uino caliditas, et alia quæ in pipere, uel castoreo, uel balsamo, et similibus. Scire igitur oportet, quod quemadmodum si ex uino sanguis fiat, tota uini idea corrumpitur, & alia quædam secundum speciem in sanguine fit caliditas, sic & in elementorum ex mutua generatione contingit. & si quis non secundum speciem differentem esse uelit aeris, & ignis caliditatem, uel aquæ, & aeris humiditatem, sed secundum intensionem, & remissionem solum differre, ille quippe necessario fatebitur has esse numero differentes, quemadmodum enim sinapi, uel piper satum, & si eandem secundum speciem generant caliditatem in ijs quæ ex ipsis germinant, cum sint eiusdem speciei, sed numero differens esse fatetur, quæ in semine, & quæ ex ipso generato fructu est qualitas: sic necesse est & in elementis intelligere, quod tota aeris idea corrupta sit. si igitur & quis concederet, & in aqua secundum formã eandem humiditatem & perspicuitatem genitam esse, numero tamen diuersam esse dicere cogetur. quare nihil permanet ipsius aeris materia excepta. non igitur ex formato in informe mutatio est, sed ex informi in formatum, siquidem quod solum informe est permansit: quare neq; alteratio est, quæ ex aqua in aerem mutatio. Recte uero apposuit { Sensibili existente subiecto } scilicet sensibili existente subiecto & permanente, per qd' sensibile est actu hoc aliquid, & formatum. hoc autem ad distinctionem dictum est ipsius materiæ: etenim & materia subiectum existens, eadem manet in generationibus, & tamen non est alteratio tunc, sed generatio: non enim sensibile est materia, neq; actu hoc aliquid. simile igitur est, ac si diceret, cum subiectum simul utrumq; existens materia, & forma, idem manens mutatum fuerit secundum aliquã passionem compositi, & sensibilis, tunc alteratio est: in generatione enim subiectum, quod substat, materia est mutata secundum formam. Illud autem { In sumpsius passionibus } additum est declarans id, quod secundum passiones in seipso mouetur, & has immutans passiones, non secundum habitudinem, quæ ad aliud est. nam quæ secũdum aliquam passionem extra mutata, mutantur quidẽ, non autem alterantur: ut dextrum factum pro sinistro, passionem quidem sortitum est, non tamen alteratũ est: neq; enim mutatio facta est in passionibus, quas in seipso suscepit: aut & cum seruus fiat dominus, uel dominus seruus. Potest quoq; illud { In sumpsius passionibus } significare quod deinceps dicetur, quod & iam prius consideratum est. in mutatione enim elementorum mutua cõmune aliquid permanere inquit sensibile, sed in quod est & secundum quod non est passio permanentis, ut in mutatione aeris in aquam commune quidem permanẽs perspicuum cum sit sensibile, non tamen perspicui, neque humidi passio, per quam mutatio ipsi aeri in aquam fit: per calidum autem & frigidum mutatio est. Quod uero deinceps dictum est, est manifestum: quæ enim in passionibus mutata sunt, uel in contrarijs, & extremis passionibus, quas habent, uel in intermedijs, & ipsæ intermediæ contrariæ participantes per cõtraria mutationem faciũt: fuscum enim albo participans, & nigro, si in nigrum mutatum fuerit, non quatenus nigro, sed quatenus albo participat, in nigrum mutationem facit. Illud uero { Cum totum mutatum fuerit } dixit pro eo quod est, per substãtiã secundum quod est. hoc autem fit cum nihil permanserit sensibile ut subiectum. Illud uero { Ex toto, & ex tota } eiusdem est significatiuum, eam quæ est in toto, & in substantia mutationem significans. { Maxime } uero dixit, nõ quia maxime generatio est tunc, sed quia uidetur multis, qui sensibili, & insensibili ens, & non ens determinãt, ut pauloante dixit. Tactu uero insensibile non solidum, neq; resistentiam habens dixit: quemadmodum & hæc habens sensibile tactu, sicut se hẽt terra, & aqua ad aerẽ.

In his autem, si aliqua permanserit passio, eadem contrarietatis in generato, & corrupto, ut cum ex aere aqua, si ambo perspicua, aut frigida fuerint, non oportet huius alteram passionem esse, in quam mutatur, si uero non erit, alteratio. ut musicus homo corruptus est, homo autem immusicus genitus est, homo uero permanet idem.

Com. 73. Prædictam dubitationem nunc examinat, quod uero inquit, tale est. eorum, quæ in contraria mutantur, si aliqua communis passio manserit, ut in aqua & aere, non oportet suspicari hanc alterius solum passionem esse: materia enim in contraria mutatur, aer & aqua facta, in calidum enim, & frigidum, quæ sunt contraria. Contrarietatem, autem, uel corpora à contrarijs differentijs formata dixit. uel contrarietatem quidem intelligens easdẽ cõtrarias differentias, passionem uero, quæ est altera pars cõtrarietatis, quæ eadem manet in genito, atq; corrupto. Communiter autem dicens in aere & aqua hoc { Si utraque perspicua sint } intulit illud { Aut frigida } non ut aere frigido naturaliter existente, sed uice exempli sermonẽ præstans. uerius autẽ erat dicere aut humida, ambo enim humida sunt. Potest autem illud { Aut frigida } exemplariter ad alteras coniugationes sermone transgrediente intelligere, ut in terra, & aqua. utraq; enim frigida sunt: in horum igitur adinuicem mutatione permanet frigidum.

Si ergo huius non passio, erat per se musica, & immusica, huius quidem generatio utiq; foret, illius uero corruptio. quapropter hominis quidem hæ passiones, hominis autem musici, & hominis immusici generatio, & corruptio, nunc autem passio hæc permanentis, quare alteratio hæc.

Com. 74. Quod per hæc dicit est huiusmodi. mutatio inquit aeris in aquam nõ est alteratio, quia illud, secundum quod est mutatio, scilicet calidum, & frigidum, proculdubio non sunt passiones per se eius, quod mutatur. est autem quod mutatur perspicuum, calidum enim & frigidũ non dici potuerunt passiones perspicui, nisi per accidẽs, quatenus ambo calidum inquam & frigidum eidem accidũt materiæ. cum enim id, secundum quod est mutatio, passio fuerit per se eius, quod mutatur, tunc est alteratio, ut in musico homine, & in immusico se habet: nam & hic si immusicum & musicum non essent passiones hominis, sed essent per accidens, eo quod essent illius passiones, cuius & homo passio erat, sicut calidum, & frigidũ perspicuo dicebantur inesse, non utiq; alteratio foret quę ex musico in immusicum mutatio, sed generatio: quemadmodum quæ ex aere in aquam mutatio. nunc autẽ quia musicum, & immusicum sunt per se passiones hominis, hominis quidem alteratio est secundum musicum & immusicum mutatio, huius uero totius musici hominis, & immusici hominis generatio, & corruptio: quædam enim generatio alteratio dicta est esse. Verba autem transitiue ordinata, & ob hoc obscura existentia legenda sunt hoc pacto. { Si ergo huius non erat passio per se musica & immusica, huius quidem utiq; foret generatio, illius uero corruptio. } deinde illud, { Nunc autem passio hæc permanẽtis. } & tũc illud, { Quapropter } hominis { Hæ passiones, hominis autem musici, & hominis immusici generatio, & corruptio. } deinde illud, { Quare alteratio hęc } nã generatio musici, quatenus musicus est, alteratio est. Forte autem etiam error scripturæ interponens uerba illa { Quare alteratio hęc } causa fuit obscuritatis, cũ etiam absq; illis literę sensus seruetur.

Cum igitur secundum quantum fuerit mutatio contrarietatis, augmentatio, & diminutio: cum autem secundum locum latio, cum uero secundum passionem, & quale alteratio: cum autem nihil permaneat sensibile cuius altera passio, aut accidens, omnino generatio: illud uero corruptio.

Com. 75. Vult per hæc docere Aristo. quod non omnis mutatio secundum accidens subiecti, & sensibilis est alteratio,ut possit aliquis ex dictis merito suspicari.nã & ipsi tantum esse,est accidens,& secundum hoc contrarietas magnitudo est,& paruitas,hæ autem sunt quanti, nõn qualitatis.si ergo secundum contrarietatem in quanto mutatur subiectum sensibile existens,talis mutatio est augmentatio & diminutio:si autem secundum passionem,aut passibilem qualitatem sit, secundum quam est mutatio subiecti sensibilis manentis,talis mutatio est alteratio:si autem secundum locum,& secundum hunc cõtrarietatem talis mutatio erit latio.Hæc igitur sunt omnia,secundum quæ fit mutatio substantia sensibili manẽte,cuius accidentia sunt.cum uero dicit {Nihil permaneat sensibile} cuius passio altera,aut accidens aliquod est,per quod mutatio facta est,illud {Altera,} illud,secũdum quod mutatio fit,significat,quod generatio est, & corruptio.

Est autem materia maxime quidem, & proprie subiectũ generationis, & corruptionis susceptiuum,modo uero quodã & alijs mutationibus,quia omnia susceptiua subiecta aliquarum contrarietatum sunt. De generatione igitur, & corruptione,& si est,& si non est,& quomodo est, & de alteratione hoc modo determinatum sit.

Com. 76. Hic habes manifestam intentionẽ Aristo.de significato materiæ.materia enim proprissime dicitur,qđ subiicitur substãtiæ,& proprie generationi & corruptioni,quã docẽ uero,& omne,quod est materia illius,cui subijcitur ad mutationem.ut enim quæcunq; mutantur, generatione participant,sic etiam materia , & quo modo de uno,ita & de alio:susceptiuum enim contrariorũ quouis modo est illorum materia,& hoc igitur pacto substãtia sensibilis,& actu existens est materia omnium accidẽtium, & hoc modo alterationis,augmentationis,& lationis,sicut dictum est.

Tex.c.25 *De augmentatione uero reliquum est dicere, & quonam differt a generatione & alteratione,& quo pacto augetur eorum,quæ augẽtur unumquodq;, & diminuitur unumquodq; eorum,quæ diminuuntur. Considerandum itaque primo utrũ solummodo in eo,circa quod eorum est inter se differentia: ut quod quidem ex hoc in hoc mutatio,uelut ex potentia substantia in actu substantiam generatio est,quæ uero circa magnitudinem augmentatio, & diminutio, quæ autem circa passionem alteratio:utraque uero ex potentia entibus in actum mutatio dictorum est. An & modus differt mutationis. apparet enim id quidem,quod alteratur non ex necessitate mutatum secundum locum,neque quod generatur: quod uero augetur & diminuitur, sed alio modo ab eo,quod fertur. qđ enim fertur totum mutat locum,quod uero augetur,sicut quod extenditur.hoc enim manente particulæ secundum locum mutant, non quemadmodum quæ sphere. hæ enim in æquali loco mutantur toto manente,quæ uero eius,quod augetur semper in ampliorem locum,in minorem uero quæ illius,quod corrum*

Tex.c.26 *pitur. Quod igitur mutatio differt non solum circa quod, sed etiam sic,ab eo,quod fit,& alteratur,& augetur, manifestum est.*

Com. 77. Cum dixisset de generatione, & alteratione , & quid utraq;,& quonam à seinuicem differant , transit ad sermonem de augmentatione,qui est tertius modus mutationis.Duo autem sunt,quæ proponit quærere,quonam differant ab alijs mutationibus augmentatio, & diminutio:& quo pacto augentur,quæ augmentantur . in quo quæret quæ sit materia subiecta augmentationi,& quomodo fit additio ei quod augetur,& quid est quod augetur,& quid augens.sed primo nunc proponit dicere, quo differt à generatione,& alteratione,procedens autẽ & à mutatione secundum locum ipsam distinguit , & si non principaliter,sed quasi extra propositum:nam sermo de mutatione in loco non est proprius negocio de generatione,& corruptione,ideo opportunius in negocio de coelo perfectum de ipsa sermonem tradidit . quærit autẽ an uno tantum differant augmentatio à generatione & alteratione,aut pluribus.Sed ut hoc melius intelligam?, scire oportet q; factiuarum artium , hæ quidem materia solum à seinuicem differunt,nimmirũ; secundum formã, ut fabrica æraria,& aurifusoria:materia enim cum differant(hinc enim æs subijcitur,illi uero argentum)eandem fere formam operantur:utraq; enim , aut sextarium , aut tabellam,aut aliquid huiusmodi operatur.quædam uero sunt,quæ in materia conueniunt,sed in forma differunt, ut carpentaria,& naufactiua . est enim harum materia communis ligna ipsa.sed hęc formam,uerbi gratia nauis facit,illa uero portæ,aut abaci.quædam uero materia,& forma differunt,quæ & omnino separatæ sunt,ut carpẽtaria,& medica,illa enim ligna materiã habet, & ex his portam,aut solium facit,medica uero humana corpora, & in his sanitatem.De generatione igitur & augmentatione quærentem considerare oportet quonam differãt. an secundum alterum solum,an secundum utraq; scilicet materia,& forma.dico ergo q; omnes mutationes & in ambobus à seinuicem differunt:in materia quidem, quia alia in alio prædicamento subsistit:augmentatio enim,et mutatio sub quantitate;generatio uero circa substantiã; alteratio autem circa quale:quod significauit dicens,circa quod.nam circa hoc unumquodq; eorum,quæ mutãtur,mutantur,ad quod modus mutationis reducitur : ut quod generatur,& corrumpitur circa substantiam procul dubio mutatur,sub quam & generatio , & corruptio reducitur,& ita de alijs.Hæc igitur est apertissima ipsarum differentia.Sed quod differant etiam in forma, cuicunq; est manifestum.nam generationis est quod generatur ad substantiam deducere,alterationis uero mutatio nem per aliquam passiuarum qualitatum operatum fuisse,ut calefecisse aut infrigidasse,rubrum aut album fecisse,siue aliquod similium:eius uero,quæ est in quantitate, addidisse,aut subtraxisse magnitudini:localis uero sursum,aut deorsum fecisse,aut secundum aliquam aliarum dimensionum.Hæc igitur ut manifesta prætermittit, sed quærit nunquid & modus differat mutationis , scilicet qui augmentationis ab eo,qui generationis & alterationis.inquit autem & secundum hoc differre abinuicẽ mutationes,& differentiam ponit.nam quod alteratur non necessario in loco mutatur.nam dum alteratur,non mutat locum.nam quod ostensum est in Physica,quod omnino necesse est in loco mutationem alterationem præcedere,& alias mutationes,est diuersum ab eo, quod nunc docetur.ibi enim dicebatur quod in omni mutatione localem quendam motũ necesse est fieri,non omnino eius, quod alteratur,& generatur,sed alterius cuiusdam,ut alterantis:oportet enim solem secundum locum motum esse,ut alteret aerem,qui circa nos est. nunc autem sermo dicit q; non est necessarium quod alteratur in ipso alterari locum ex loco mutare:similiter neq; quod generatur, & corrumpitur ex necessitate murarur in loco:cerusa.n. ex plumbo facta non mutat locum,neq; lac ex sanguine genitum,neq; alia multa huiusmodi.quod autem augetur,& minuitur necessario mutat locum, non quia totũ locum deserat,ut id quod fertur,sed quia alterum occupat,in quo detinebatur prius in augmentatione maiorẽ; in diminutione minorem,assimilarum secundum hoc ei, quod extenditur. Etiam habes augmentationem distinctam à mutatione secundum locum.sicut enim quod extenditur locum,quem à principio habebat continens alterum assumit,ita uidetur & quod augetur secundum locum mutari:attamen & ab hoc differt.nam quod extenditur in una dimensione locum augmentans,in alteram necessitate

neceſsitate diminuit,& econtra,ſi in una,aut duabus dimenſionibus maiorem locum occupat,in reliqua aut reliquis duabus dimenſionibus neceſſe eſt priorem locum dimittere.ſed quod augetur,aut minuitur ſecundum tres dimenſiones,eodem modo ſe habet,aut occupans alterū aut priorem minuens. Sed nunquid inquit aſsimilatur quod augetur ſphæræ circulo motæ in locali mutatione:nam ut id quod augetur in priori loco manens mutatur ſecundum partes,ſic uidetur & ſphæra ſe habere. An & ab hac differt,nā ſphæra in æquali loco tota manens partes habet,quæ ſecundum locum mouentur: ſed partes eius,quod augetur,in ampliorem locum extēduntur, in minorem uero corripiuntur eius,quod minuitur. planum autem q̄ ex his quoque poteſt à generatione & alteratione diſtingui.nam quod generatur non neceſſario mutat locum:quod autē augetur dicto modo diuerſum locum aſſumit.id etiam quod generatur,fit aliud,alteratum uero alterum:quod autem augetur uel corrumpitur neque aliud neque alterum,ſed addit ſoli quanto ut Ariſto.in prædicamentis oſtendit. nam quadratum circumpoſito gnomone totum quidem eſt augmentatum,ſed alteratum non eſt,cum maneat quadratum rurſus.Cum uero dixiſſet de tribus mutationibus,generatione ſcilicet alteratione augmentatione,intulit{ Vtraq; }aut idem ſignificans quod omnia,aut utraq; dixit & ſecundum ſubſtātiam mutatum per quod id,quod fit,ſignificatur,& ſecūdum accidens,quod commune eſt eius,quod augetur,& alteratur.commune igitur inquit in unaquaque mutatione ex potentia tali in id,quod eſt actu mutari, ex potentia enim ſubſtantia in actu ſubſtantiam generatio eſt, & in reliquis eodem modo.Illud autem{ Sed & ſic } hoc ē in modo mutationis.

Tex.c.27 *Circa quod autem eſt mutatio augmenti, & diminutionis (circa magnitudinem autem uidetur eſſe) augeri, & diminui, utro modo ratiocinandum.*

Com.78. Cum locutus fuiſſet de differentia,qua differt augmētatio à generatione,& alteratione,tranſit ad alia,quæ propoſita ſunt.erant autem tria numero,quæ ſit augmentationis materia,& quæ effectiua cauſa,& quid quod fit, hoc eſt quid augens,& quid quod augetur, & quis eſt modus,& ipſe actus,quo fit augmentatio.Et primo quęrit quid nam ſit hoc quantum,quod materia augmentationis ſit,utrum potentia corpus,& magnitudo,actu uero incorporeū,& carens magnitudine:aut actu corpus, quod prætermiſit ut neceſſario ſubintellectum. & oſtendit ſecundum omnem modum impoſsibile eſſe ipſam eſſe potentia corpus,actu uero incorpoream,ut neceſſario relinquatur alterū actu ſcilicet eſſe corpus materiā augmentationis. Si enim inquit potentia corpus, actu uero incorporeū diceremus eſſe id,ex quo fit mutatio in quātitate,neceſſe eſſet hoc aut ipſum per ſe ſubſiſtere,ſeparabilem habens naturam,aut in alio quodam eſſe corpore. ſi ergo actu ſeparabile ſit,non exiſtens corpus,aut punctum,aut uacuum,erit nullum occupans locum,aut corpus non ſenſibile,hoc eſt nullam habens differentiā ſenſibilem.punctum igitur,aut uacuum ſupponere eſt apertiſsimum impoſsibile.neq; enim ipſum per ſe ſubſiſtens punctum aut uacuum.oſtenſum eſt enim omnino non eſſe uacuum:& punctum in corpore & magnitudine ſemper habet eſſe. Præterea abſurdum eſt ex puncto dicere magnitudinem augeri:nam etiam hoc pacto rurſus uacuum inducemus.ſi enim quod augetur maiorem occupat locum,proculdubio locus,quem occupabat auctū, erat uacuus ante hoc,& ſic rurſus actu uacuum erit,aut erit corpus non exiſtens in loco:quorum utrūq; eſt impoſsibile.ſed quomodo omnino punctum additū ei, qđ augetur,maius totum fecit?dictum eſt enim ſæpe quod infinita impartibilia ſibi inuicem appoſita non facient magnitudinem.omnino autem punctum potētia corpus non eſt,ſed eſt aliquid corporis.igitur nec uacuum, nec punctum contingit illud,ex quo fit augmentatio, quod potentia corpus eſſe ſupponitur.ſi autem non ſenſibile, ſed inaffectum ſit corpus,quale eſt trifariam dimenſum, neceſſe eſt hoc eſſe in loco:omne enim corpus in loco ē. Præterea,quia illud,cui apponitur,locum aliquem occupat,igitur & quod appoſitum fuit locum aliquem occupabat,& erat inaffectum,& propter hoc inſenſibile,neq; enim quatenus affecta ſunt corpora,& ſenſibilia in loco ſunt:ſunt enim incorporeæ qualitates ipſę,& magnitudine carentes:ſed quatenus trifariam ſunt dimenſa.quare & ſi non ſit ſenſibile corpus,nec participet qualitate, neceſſe eſt ipſum eſſe in loco:nam eſſe in loco ab ipſis dimenſionibus corpori attribuitur:nam ab ipſis qualitatibus locorum differentia corporibus ineſt:nā ob has alia quidem ſurſum ſunt,alia uero deorſum, ſed omnino eſſe in loco eſt ab ipſa dimenſione:oportet enim æquale eſſe corpus locatum ambienti ipſum loco:æquale autem eſt quanti proprium neceſſe eſt,igitur & ſi inaffectum,& inſenſibile ſit aliquod corpus,ipſum in loco eſſe.rurſus uero ſi in loco ſit,neceſſe omnino ipſum,aut ſurſum eſſe,aut deorſum,& aut ſecundum naturam in utroq;,aut præter naturam:& hoc pacto eſſe unum aliquod affectorum corporum. dixi enim quod à qualitate habent corpora ſurſum eſſe,aut deorſum,& in utroq; naturaliter,aut prę ter naturam.ſi quidem igitur ſecundum naturam ſurſum eſſet,eſſet ignis,aut aer:præter naturam uero, aut aqua, aut terra.ſimiliter & ſi deorſum, ſi ſecundum naturam terra,aut aqua erit:ſi præter naturam ignis, aut aer.ſi autem hoc,non erit amplius inaffectum corpus,ſed ſenſibile,& unum aliquod ex quatuor, ſed hæc ut manifeſta exiſtentia prætermiſit Ariſto.impoſsibile eſt ergo eſſe inaffectum corpus,ut ſeparabile exiſtens, quod ut materia augmentationi ſubiicitur.Eundum ergo eſt ad alterā partem diuiſionis,quærentes nunquid potentia exiſtēs corpus in aliquo eſt,& non per ſe ſubſiſtens.hoc autē in aliquo non neceſſe eſt diuidere,& in id,quod eſt in eo, qđ augetur,& in id,quod in alio.eſt enim communis confeſſio,id,quod augetur,adueniente aliquo ab extra augeri: quare in alio,& non in eo,quod augetur.ſi igitur in alio ſit materia augmentationis,quæ & potentia corpus ſupponitur,neceſſe eſt rurſus eſſe in eo,in quo eſt, aut ut nihil eius,in quo eſt exiſtentem,neq; partem,neq; paſsionem,neq; aliquid ſibi ad eſſe conferentem, aut exiſtentē illius partem,aut ſimpliciter aliquid. ſi igitur in aliquo actu exiſtente dicat quis ipſam eſſe,nihil exiſtentem ſubſtantiæ illius,in quo eſt,ut in uaſe contentam:accidet,cū egreſſa fuerit hæc ab eo,in quo eſt,fieri quod fit ex ipſa, nullo modo mutato eo,in quo eſt. ut ſi quis dixerit ex aqua aerem fieri non mutata ipſa aqua,ſed materia quadam ex ipſa aqua egreſſa, & ſegregata, quam in ſeipſa aqua continebat ut in uaſe.Secundum autem hunc ſermonem ita dicentem,in aliquo materiam eſſe non exiſtētem actu corpus,neq; complentem illud,in quo eſt,neq; partem aliquam illius exiſtentem, neq; aliquo modo à toto deciſam,nihil prohibet etiam ſecundam in eodē materiam ſic ſupponi,& rurſus aliam & aliam, & ſic in infinitum.Si autem nihil prohibet in eodem infinitas ſupponi materias,erunt in eodem infinita ſecūdum actum,qđ eſt omnino impoſsibile. Vacuum quoq; pariter ex hac ſuppoſitione inducetur.quod enim ex materia eſt appoſitum ei,quod augetur,corpus,locum proculdubio occupauit:omne enim corpus eſt in loco.hic ergo proculdubio uacuus erat prius:niſi quis ſuppoſuerit ut ex potētia corpore in actu corpus mutari materiam, ſic & ex actu corpore corrupto,in corpus potentia mutationem fieri. ſed nulla uidetur mutatio,neq; ex non corpore facta,neque in non corpus.ſed neq; uidentur quæ fiunt, ſic ex ſe inuicem fieri,ut remaneat illud impaſsibile,ex quo illius, quod fit materia ſecernitur,ſed toto illo mutato & in generatione,& in augmentatione.neq; enim aqua remanente aer ex ipſa fit,ſed tota corrupta:neq; panis manet, dū

ex ipso corpora nostra augentur: neq; ex aqua nutriente plantas & eo, quod auget remanente, illæ crescunt. impossibile est igitur sic esse in aliquo, id quod auget, ut nihil sit eius, in quo est, actu. relinquitur igitur id, quod auget, partem esse eius, in quo est, à quo decisa, & apposita aucto sic ipsum auget. si autem hoc erit actu corpus, & magnitudo subiecta mutationi secundum augmentationem, quod erat ostendendum à principio uerum existēs.

Si uero quis dixerit in aliquo ipsam esse, non ut separatam, & nihil eius existentem, neq; ut partem corpoream existentem, sed ut est informis materia corporis actualis, & formati: nam & hæc potentia est corpus & magnitudo, actu uero incorporea in corpore actuali esse habens, ut subiectum, & materia eius. si quis hoc dicat, sciat se non augmentationis, sed generationis, & corruptionis materiam inuenisse. Differt autem generatio ab augmentatione, ut dictum est. nam materia generationis est uere materia informis, & magnitudine carens, sed augmentationis quantificatum corpus. unde in generatione quidē contingit eandem materiam, & maiori, & minori moli subijci: nam aqua unius cyathi corrupta maiorem mole aerem facit: in augmentatione autem quanta fuerit moles eius, quod apponitur ex nutrimento post repletionem resolui ad tantam magnitudinem necesse est, & quod augetur augeri: fit enim & in augmentatione generatio prius, ut cum nutrimentum in uentriculo in chylum redactum hepar recipiens sanguinem fecerit. sed iam generatus sanguis appositus ipsis partibus cum tanta mole, & unitus ei, & assimilatus eius additione facit augmentationem: quare omnino quantificatam oportet esse augmentationis materiam, & si eius præcesserit generatio.

Vtrum ex potentia quidem magnitudine & corpore, actu uero incorporeo, & magnitudine carente fieri corpus & magnitudinem. & cum hoc dupliciter contingat dicere, utro modo augmentatio fit: utrum ex separata ipsa per seipsam materia, aut in alio corpore inexistente. An impossibile utroque modo. separabilis enim cum sit, uel nullum occupabit locum, uel ut punctum quoddam, uel uacuum erit, aut corpus non sensibile. horum autem hoc quidem non contingit, illud uero ne-
a.l aliquo *cessarium in* loco esse: semper enim alicubi erit quod fit ex ip-*
Tex.c. 28 *so, quare & illud aut per se, aut per accidens. At uero si in aliquo inerit, siquidem separatum sit, ut illius non sit aliquid per se, aut per accidens, accident multa, & impossibilia. dico autem ut si fiat aer ex aqua, non ex aqua erit mutata, sed propter esse ipsius materiam, tanquam in uase aqua: infinitas. n. nihil prohibet materias esse, quare & fieri actu.*

Com. 79 Cum dixisset ex potentia magnitudine, non reddidit ex actu magnitudine, quod consequens erat: sed eandem partem subdiuidit, & illud relinquit, tāquam necessario subintellectum. Illud uero { Vel ut punctum } obscurum reddidit apponens illud { Vel. } uidetur enim distinctionem significare, sed oportet pro sed, ipsum accipere, ut totum hoc modo se habeat. aut nullum occupabit locum, sed uel punctum aliquod, uel uacuum erit. quædam uero exemplariorum sic habent. aut nullum occupabit locū, ut enim punctum aliquod, aut uacuū erit, & corpus nō sensibile, illo scilicet { Et } pro uel, disiunctiuo posito. Sciendum autem est quod, cum dixisset ex potentia quidem magnitudine & corpore, actu uero incorporeo & magnitudine carente, hoc membrum subdiuidens, utrū, inquit, ex separata materia hac, uel in alio corpore existē te: separabilis; enim, inquit, cum sit, aut punctum erit, aut uacuum, aut corpus non sensibile, quoniam enim & incorporei & magnitudine carentis hæc erat subdiuisio, ob id huius particulam, non sensibile corpus, prætermisit: quod & magnitudo est. Hæc autem cum dixisset, infert quod eorum, quæ proxime dicta sunt, in quæ separabilē, & per se subsistens diuidebamus, sunt tria. aut enim punctum, inquit, aut uacuum erit, aut corpus non sensibile. horum igitur inquit uacuum quidem, aut punctū supponere augmentationis materiam esse non cōtingit: duo enim in unum comprehendit. quomodo uero non cōtingit, quia neq; ex puncto fieret unquam aliquid, & non esse uacuum in Physicis demonstratum est, non sensibile uero corpus in loco esse dicens. id enim { In aliquo esse } in loco intelligendum est, & quomodo necessarium sit apponit. impossibile enim eorum quæ fiunt, aliquod esse in loco, & ijs, ex quibus fiunt, in loco non existentibus. Videtur autem ratio hæc non determinate demonstrare non sensibile corpus in loco existere, sed uniuersaliter toti accommodari, quodcunq; quis supposuerit subiectum esse motus augmentationis. nam si quod augetur locum apprehendit, & in loco est: omne autem, quod genitum est in loco, ex aliquo subiecto in loco huius existente per se, uel per accidens genitum est subiectum, ex quo auctū est: quod augetur in loco, uel per se, uel per accidens esse necesse est, sed si per se in loco esset corpus actu, & sensibile esset. si uero per accidens potētia corpus, & materia informis: nāq; propter materiam addidit id { Secundum accidens, } quoniam ex hac fit corpus, quod est in loco, ipsa quidem existente in loco, non tamen per se, sed per accidens, eo quod corpus, in quo est, in loco est. At materiam quidem informem augmentationis subiectum nō oportet dicere: ipsa enim generationi, & corruptioni, non autem augmentationi substernitur, ut ostendidimus: reliquum est actu corpus augmentationi subiectum dicere. quare dicta comprobatio communiter totam alteram diuisionis partem destruit, dicentem potētia corpus, & magnitudinem esse augmentationis materiam: & ad corpus non sensibile improprie relata est. Quapropter melior fortasse est altera expositio ab Aphrodisiensi Alexādro tradita. potest enim, inquit, quod dicitur tale esse. horum autem duorum modorum (duo enim inquit dicti sunt modi, & qui separatam ipsam per se supponit materiam, & qui in aliquo existentem) horum quippe duorum modorum, secundum unum separatam materiam supponentē non contingit ipsam in loco esse: neq; enim punctum, neque uacuum in loco erit. sed neq; non sensibile corpus, si quidem non sensibile corpus mathematicū dicimus. hoc enim in intellectu tantummodo est. secundum igitur dictum modum non contingit in loco esse, Id autem { Necessarium in loco esse. } hoc est materiam eius, quod augetur necesse est omnino in loco esse, aut per se, aut per accidens, per dictam probationem dicētem, semper enim alicubi erit quod fit ex ipso. manifestum igitur ꝙ nō erit materia eius, quod augetur quæ uno modo supposita est potentia ipsa esse magnitudinem, & per seipsam separatam diceni, eo quia non possit iuxta hanc suppositionē in loco esse: necessarium autem omnino eius quod augetur materiam in loco esse Postea ad alterā diuisionis partem transiuit, considerans si in aliquo subsistit eius, quod augetur, materia. necesse est autem inquit in aliquo cum sit, uel nihil esse eius, in quo est, neq; pars, neq; simpliciter ad illius, in quo est, constitutionem aliquid conferēs, aut illius partem aliquam esse corpoream: quod interea omisit contra distinguere: & rationi dicēti in aliquo quidem esse, sed nihil esse illius in quo est, ostendit sequentia absurda. { Illud uero accident multa, & impossibilia, } dictum esse potest, non ut impossibilibus quam pluribus suppositioni consequentibus. non enim dixit multa quædam: uno enim solo usus est argumento: sed tāquā quod multæ tales supponi materiæ, & infinitæ possint: quod est impossibile.

Amplius autem neque sic apparet factus aer ex aqua, ut exiens a manente.

Cum comprobasset non posse materiam eius, quod Com. 80
augetur in aliquo esse, eo modo ut nihil sit illius, in quo est, per hoc argumentum ꝙ infinita ex ipso fierent tanquam

quam

quam in exemplo generationis, & mutationis ex aqua in aerem sermonẽ faciens, nunc rursus secundũ exponit argumentum eiusdem constructiuum, euidentiam ipsam in testimonium adducens. nõ enim, inquit, uidetur in mutatione aquæ in aerẽ aer, tãquam ex aqua secretus, aqua immutabili manente, sed totam aquam corrumpi, ex qua aer generatur. Ecce autem ꝙ iterum de materia eius, qđ augetur, quærens, ut in generatione & corruptione loquitur, ostendens geniti materiam non existente in aliquo, eo modo, ut nihil sit eius, in quo est.

Tex.c.19 *Melius igitur facere omnibus inseparabilem materiam esse.*

Com.81. Cum destruxisset materiã in aliquo esse, ut nihil sit illius, in quo est, & ipsam posse ab eo, in quo est, separari, deinde qđ cõsequens est annectit, dicẽs, melius esse oib⁹ supponere materiã nõ potentem separari, pp cõsequẽtia absurda separari ipsam dicentibus, nihil eo mutato, à quo fuerit separata. propter hoc igitur inquit {Melius omnibus} hoc est oĩbus sic dicere melius. uel ꝙ oĩno melius. quare si de eius, quod augetur, materia nunc loquitur, inseparabilẽ dixit, pro eo, qđ est nõ separatã ab eo, in quo est, sed illius aliquid existentẽ, & illud genitã, quod est in quo esse dicitur. quare nõ licet dicere ipsam aquam aeris materiã cõtinere, sed aquã ipsam aeris materiã esse. dictũ est n. ꝙ eius, quod augetur, materia nõ est potentia corpus, sed actu, & in aliquo existens, eo modo est, ut eius pars existens, in quo est. si uero nõ de materia eius, quod augetur, loquitur, sed eius qđ generatur, de prima. s. atq; informi, etiã sic utriq; uerus fuerit sermo. inseparabilis. n. ẽ & ipsa, nõ potẽs ab eo, in quo est separari. Cõsona autẽ sunt, & quæ deinde inferuntur secundũ hunc intellectũ. inquit. n. {Tanquã existentẽ eãdẽ & unã numero, rõne uero nõ unã.} una enim, & eadem numero aquæ est materia incorporea, rõne uero non eadẽ. aliud. n. est ipsi materiæ, & aliud aquæ esse. & ad eius, qđ augeť, mareriã ea dẽ ratio: aliud. n. est aquæ esse, & aliud plãtarũ materiæ.

Tanquam existentem eandem & unam numero, ratione uero non unam.

Com.82. Cum proposuisset à principio destruere esse potentia corpus, & nõ actu eius, quod augetur, materiã, & per diuisionẽ sermonẽ produxisset, ostendit primum impossibile esse hanc, potentia corpus existentẽ, ipsam per se subsistere. deinceps uero proponebat quærere, utrũ esset in aliquo, aut ut nihil existens eius, in quo est, aut ut aliquid existens eius, in quo est. & cũ demonstrauit ꝙ nõ posset esse in aliquo, ut nihil eius in quo existens: accidet. n. separari ipsam posse, nõ mutato eo, in quo est, ad quod multa sequentur impossibilia: prætermisit alterã partẽ incon futatam tanquã uerã, & quæ subintelligi potest. dico inquam in aliquo quidẽ existere, esse autẽ aliquid eius in quo est. si aũt est in aliquo eius, quod augetur materia, conferens ad eius in quo est, consistentiã: aut erit ut pars in toto, aut ut materia informis in cõposito: sed informis quidẽ nõ augmentationis, ut prius diximus, sed est generationis, & corruptionis materia. nunc aũt est ei proposi tũ augmentationis materiã quærere: relinquitur ergo ut partem esse in toto. si aũt hoc, actu corpus, & magnitudo erit augmentationis materia, quod erat à principio demonstrandũ. Si aũt quia dicat, cur partem dicimus esse in toto eius, quod augetur, materiã: cur. n. potius debet dici pars, quã totũ? Sciat ꝙ propositũ erat ostendere esse actu corpus, & magnitudinem eius, quod augetur materiam, & non potentia: perfectam uero, & non defectuosam cum fecerimus eius quod est in aliquo diuisionem, unum tantum inueniemus membrum, quod ut inconfutabile dimisimus. illud. s. ꝙ ut pars sit in aliquo, non quia materia eius quod augetur dicatur esse pars totius (non enim hoc est propositum distinguere, pars ne sit, an totum) sed ut actu corpus institutum, & non potentia eius, quod augetur materia: hoc enim erat ipsum propositũ, cum nihil intersit, siue totũ sit, siue pars. omnis igitur demonstratorum ordo talis est. Sed quærendum est, quid est quod nunc subiungit. cum enim demonstrauisset ꝙ impossibile est supponere materiam eius, quod augetur esse in aliquo: ut quæ possit ab illo separari, in quo est, nihil illo, in quo est, mutato: ut in exemplo generationis ex mutatione aquæ in aerem, infert dicens, melius est omnibus facere inseparabilem materiam. quod quidem, si ut ad à principio propositum dictum sumas, de materia eius, quod augetur, est ei sermo, dicenti oportere eius, qđ augetur, materiam, supponere non posse ab eo, in quo est separari: quia est illud idem, quod dicitur esse id, in quo est ut uerbi gratia non in aqua contentã, sed ipsam aquã existentem aeris materiam, hoc est actu corpus existentem, quod est uerũ. numero enim, inquit, nihil differt eius, quod augetur, materia, hoc est actu existens corpus, ut aqua à materia prima aquæ, quæ ad esse aquæ mutatur. est enim eadem numero, & subiecto, ut in sequentibus latius demonstrabitur. sed ratione inquit non est una: alia enim est ratio materiæ quatenus materia, & alia quatenus aqua facta est. Consonant autem ea, quæ dicuntur nunc illis, quæ paulopost dicentur ab eo: dicente, eius qđ augetur materiam non esse diuersam numero cum materia generati, nisi ratione. Potest quoq; illud {Melius omnibus facere inseparabilem} nõ ut ad prius, sed ut ad proxime dictum referri. cũ enim exposuisset à principio suppositionem dicentem eius quod augetur, materiam in aliquo esse, ut nihil sit illius, in quo est, in exemplo generationis manifestum fecit dicẽs. dico autem, ut si fit aer ex aqua, non erit propter aquam mutatam, sed quia materia ipsius sit, tãquam in uase aqua: deinde destructionem huius suppositionis describens, non posse. s. supponi materiam in aliquo existentem ab eo, in quo est, separari, nihil eo, in quo est, mutato, rursus ut in mutatione ex aqua in aerem sermonem facit, quæ est generatio, & ut ad proxime dictũ, quod gratia exempli positum erat ut diximus) subiunxit illud. {Melius igitur omnibus inseparabilem facere materiam} de prima, & informi generatorum materia loquens: materiã. n. inquit aeris, eam. s. quæ est aquę ex qua fit aer, melius omnibus inseparabilẽ esse ab aqua in qua est. nõ enim altera est ab aqua numero, sed eadem & una, differentia uero sola est secũdum rationem: aliud enim est aquæ, & aliud materiæ esse.

At uero neque puncta ponendum, neque lineas corporis materiam, propter easdem causas.

Com.83. Dixit quidem de punctis eã non esse materiam eius quod augetur, summens hoc, ut sequens ad suppositiones potentia corpus, & separabilem esse per se eius qđ augetur, materiam supponentes. nunc autem uidetur inuehi contra illos, qui ex superficiebus corpora generabant, quæ ut corpora non ex magnitudine carentibus componerent probabili suppositione utebantur in hoc: nam & superficies sunt magnitudines, sed ob hoc non fugiebant impossibile. nam & si sint magnitudines ipsæ superficies, non tamen in loco sunt. ostensum enim est à principio, cum id quod fit, sit alicubi, id quoque, ex quo fit, necessario esse in loco oportere, aut per se, aut per accidens. non erunt autem in loco superficies, neque per se, neque per accidens, eo quod supponantur corporibus præexistere, siue eo quod per compositionem ex superficiebus corpora componantur secundum Platonem, siue eo quod fluentibus ipsis secundum defluxum corpora generentur. Est autem ei propositum inuehi contra facientes ex superficiebus corpora, & apposuit puncta, tanquam sit eis consequens, & ex punctis magnitudinem facere. nam ut in libro Cœli dictum est, eiusdem est intellectus ex superficiebus facere corpora, & ex punctis: nisi quod hoc absurdius esse uidetur ex omnino uacantibus magnitudine facere magnitudinem. Alexander uero dictũ illud. {At uero neq;

puncta ponendum } per hoc, neque enim puncta ponēdū, assumpsit, ut totus sit cōtinuus literæ intellectus. melius igitur oībus est inseparabilē facere materiā: neq;.n. puncta, aut lineæ ponēdæ sunt corporis materia: neq;.n. per se aliquod horū subsistere potest, neq; ex indimensis puncti dimensio fieri. Alexander igitur sic exposuit { Neque lineas ponendū corporis. } ac si contra facientes corpora ex superficiebus esset ratio. ppea qa, ut ipse ait, eiusdē est intellectus ex superficiebus facere corpa, & ex lineis superficies, & ex punctis lineas. Attamē uioleñ est ita literā exponere: de lineis.n. sed nō de superficiebus meminit. Quapropter dicendū est, φ cū superius ostēdisset impossibile esse puncta supponere, eius qđ augeē materiā, nunc docet φ neq; lineas, coassumens de lineis sermonē. Cur aūt impossibile est, neq; lineas supponere, ipse subiunxit. per easdē.n. causas, eo quia nullū horū per se subsistere poterit, neq; ipsas per se locū aliquē occupare. Ut aūt & antea animaduertimus, uidetur Aristo. in sermonē de prima materia transgressum fuisse, & si à principio de materia eius, qđ auget, esset ei propositū docere. in medio.n. gratia exēpli de generatione sermonē suscitans, uidetur & continuari sermonis consequi etiā de prima materia disputare, quæ generationi substernitur: & à principali proposito recedere. & nunc expositor Alexāder corporis materiam primā informem interpretatus est, & sic deinceps totam literam exponens accommodauit.

Tex.c.30 *Illud autem, cuius hæc extrema materia est, quam sine passione nunquam possibile est esse, neque sine forma: fit igitur simpliciter alterum ex altero, quemadmodum & in alijs determinatum est.*

Com.84. Cū dixisset impossibile esse lineas, aut puncta materiā supponere, nunc dicit quodnā est corporis materia, dicens illud esse materiā, cuius extrema, & ultima sunt lineæ, & puncta. dicit aūt proculdubio corpus actu, huius.n. extrema sunt lineæ & puncta. Quoniā aūt ipsa per se existens materia, neq; actu est corpus, neq; à lineis terminatur, subiungit quonāmō ipsius se habētis fines sunt, & ultima lineæ: ut cognoscat quare extrema materiæ lineas dicit. propter hoc.n. extrema ipsius sunt lineæ, quia neq; sine passione aliqua, & forma est, esse.n. ipsi est cū his esse. propter hoc igitur, φ inseparabilis sit à passione & forma, eo actu corpus est materia, & nō informis, & prima. Idē aūt est quod hic dicitur ei, quod à principio in superficiebus dictū est, φ id quod fit, ex aliquo actu ente, & formato fit. Talis igitur est Alexādri expositio, per quā declarat præsentē sermonē esse de materia eorū, quæ generantur, quæ ad existentiā quidē forma indiget, & huius actus subsistens est: sed ut materia considerata, & hoc aliquid, & quæ hoc fieri possit, informis est, & incorporea. si igitur nō de materia eorū quæ generantur sermo est Aristo. sed de illa eius, quod augetur, quæ uere & ut materia eius, qđ augetur, considerata actu est corpus. Quare quādo ipse dicit. { At uero neq; lineas ponēdū, neq; puncta corporis materiā } subintelligere oportet, eius quod augetur, ut de corporis, quod quidē augetur, materia loquatur, quādo dicat, { Quoniā aūt est & substantiæ materia corporeæ. } quod uero hoc consequitur { Illud aūt cuius hæc extrema materia } congrue magis in hāc expositionē trahitur, ipso uolēte actu corpus, & nō potentia esse eius, quod augetur materiā, quā sine passione, & forma nunquā possibile est esse. Ad proxime uero dictā expositionē si accōmodaueris hæc uerba, dicens ab Aristo. dictū esse actu corpus, quod tripliciter dimensionatū cōsideratur, nunquā sine passione & forma cōsistere: diceret utiq; formā quidē naturalē formā, passio uero hic significaret accidentia. Id uero { Simpliciter } aut proprie, aut uniuersaliter intelligendū. Illud uero { Ex altero } pro eo quod ē ex quodā actu ente. quoniā positū est alterius generationē alterius esse corruptionē, queadmodum in alijs determiatū est, dixit enim de his, & in primo Physici auditus. cum enim quæsiuisset quo modo contraria ex seinuicem fiunt, causam dixit cōmune aliquid esse ipsis subiectum, utrorumq; successiue susceptiuum existens.

Et ab aliquo quoque actu ente, aut eiusdem generis, aut eiusdem speciei, ut ignis ab igne, uel homo ab homine, aut ab actu. durum enim non a duro fit.

Quoniā omne, quod fit, ex aliquo fit, & ab aliquo cū dixisset ex quonā augmentatio φ ex actu magnitudine, nunc dicit & à quo, hoc est ab effectiua causa, oino.n. impossibile est, ut inquit Plato, sine causa se habere generationē. propter hoc & Aristo. cum dixerit de materiali causa ipsius augmentationis, nunc dicit & de effectiua, quantū ipsi ad præsens confert. neq;.n. separatim ipsius augmenti nunc effectiuā causam tradit, sed omnis simpliciter generationis, & secundū substantiā, & secundū alterationē. inquit igitur φ omne quod fit, ab effectiua causa fit, actu existēte, eiusdē generis, uel speciei cū eo quod fit: & eiusdē quidē speciei ipse exempla apposuit, ut cum ignis ab igne, uel homo ab homine fit. Illud uero { Ab eo quod eiusdē generis } ipse declarauit ab aliquo inquit, dicens { Aut ab actu. } si enim & eiusdē speciei non esset faciens cū eo quod fit, eiusdē igitur generis oino est secūdū hoc ipsum, per quod actu est, similiter ei, quod fit. durū.n. inquit nō à duro fit. uidelicet nō ab eo qđ eiusdem speciei, sed à frigido, si sic contigerit, eo quod ab ipso cōdēsetur, quod eiusdē generis est cū eo quod fit, eo quod actu sit frigidū, queadmodū illud, quod fit actu durū. ob hoc igitur ab eo quod eiusdē generis fit, quia ex actu ente. effectiua.n. causa, quæcunq; fuerit, oīno actu est & Inter herbas quoq;, quæ sponte nascuntur non ex eiusdē speciei causa effectiua generationē habēt, sed ex actu ente, & ob hoc eiusdē generis. opificiæ.n. rationes, cū actu sint, eorū quæ sponte fiunt, causę sunt, & albū quoq; nō ab albo fit, & in alijs infinitis, sed ex actu ente. Cōferēt autem hæc, quæ nunc dicta sunt, sermoni de augmentatione, ad ostendendum quod est aliqua effectiua augmētationis causa, quæ & propriam, & similem efficit eius quod augetur materiam ipsi materiæ augmentanti. Com.85.

*Quoniam autem est & substantiæ materia corporeæ, corporis autem iam talis, corpus enim commune nullum, eadem & magnitudinis, & passionis erit, ratione quidem separabilis, quanto uero non separabilis, nisi & passiones sint separabiles. Manifestum itaque est ex dubitatis quod non est augmētatio mutatio ex potentia magnitudine, actu uero nullam habente magnitudinem: separabile enim utique esset * ipsum commune. hoc autē quod impossibile est, dictum est in alijs prius. Amplius talis mutatio non augmentationis propria, sed generationis omnino: augmentum enim est existentis magnitudinis incrementum, decretio uero diminutio: quapropter necesse est habere aliquam magnitudinem, id quod * augetur. quare non ex materia magnitudine carente oportet esse augmentationem ad actum magnitudinis, generatio enim est corporis magis, non augmentatio.* Tex.c.31. a 1.cael. a.1.Ge.

Cū quæsiuisset de materia eius quod augetur, & ostēdisset esse actu corpus, ne quis putaret hanc esse primam materiam, nunc docet quod etiam ipsius corporis est materia, quæ prima, & informis est, & incorporea ex necessitate: est enim aliud materia ab eo cuius est materia. erit igitur corporis materia, non corpus, sed incorporea: & si subiecta est omnibus formis, erit igitur informis. & alia est materia corporeæ substantiæ, & alia augmētationis. uidetur etenim, siquidem hæc est informis, & incorporea, quæ prima est, ea uero, quæ augmētationis, actu corpus. inquit igitur φ eadem est materia substātiæ, & augmentationis, & alterationis: nam per magnitudinē augmentationem, Com.86.

mentationem, & per passionem alterationem intellexit. si enim alia fuerit materia corporis, alia uero quanti & qualis, & reliquorũ, erunt accidentia inseparabilia à corpore, quod est impossibile. eadẽ igitur est & generationis, & augmentationis, & alterationis materia: eadem tamẽ nõ oĩno, sed secundũ quid eadẽ. & q̃uo eadẽ apponit dicẽs, rõne quidẽ possibile esse separari alterã ab altera, loco uero minime. corpus. n. actu, quod augmentationi, & alterationi suppositũ est, ratione quidẽ diuersum est à prima, & informi materia: alia. n. est ratio primæ materiæ, & alia corporis. numero uero & subiecto unũ & idẽ ambo sunt, & locũ eundẽ occupant. si. n. dixeris in alio quidẽ loco substantiæ materiã esse, in alio uero eam, quę est augmentationis & passionũ, erunt in alio loco substãtia corporea, & in alio passiones: quod impossibile est passiones extra corpora ipsas per se subsistentes supponere. { Corporea autem iam talis, corpus enim commune nullũ. } Quoniã inquit generatio est particulariũ corporũ, & huiusce cuiusdã. nã cõe cũ de alijs prædicetur, neque generatio simpliciter est, neq; subsistentia, uniuersale etenim in solis opificibus consistit, quare & materia alicuius erit corporis, & non ipsius cõis. si enim cõis corporis esset, nõ amplius actu esset materia, actu non existẽte cõi. quemadmodum igitur est uniuersale in opificijs rationibus, ita & uniuersalẽ materiã opinandũ est esse. nullũ. n. est uniuersale in subsistentia, neq; corpus, neq; corporis materia, Cũ autẽ quæsiuisset de materia augmẽtationis, & ostendisset quod multa sequuntur absurda illis, q dicunt ex potentia magnitudine, actu uero magnitudine carenti augmentationẽ fieri, concludit nunc ea, quæ ostẽsa sunt, ꝙ non ex potẽtia magnitudine augetur quod augetur, sed ex actu naturali magnitudine si enim ex carenti magnitudine magnitudo crescit, & augetur, erit separabile uacuum, aut commune: utrũq; enim & scribitur, & utrũq; rationem habet. si. n. scribatur { Separabile ipsum cõe, } significat quidẽ per cõe, materiã: cõe. n. est oĩum subiectũ. dicetur aũt ꝙ si fiat augmentũ, & magnitudo ex nõ magnitudine, & potentia corpore, erit potentia magnitudo, quæ est materia ipsa per se subsistens, à magnitudine, & actu corpore separata. ꝙ si ita se haberet, { Separabile enim uacuũ foret } diceret utiq; ꝙ si fit augmentũ ex potentia quidẽ magnitudine, actu uero nõ habẽte magnitudinẽ, erit separatũ & ipsum per se subsistens uacuum. si enim quod auctum est ampliorẽ aliquẽ locũ suscipit, nõ contentum ab eo, quod accedit, & augmentũ fecit, illud enim expers erat magnitudinis, fuisset locus hic, quẽ id quod auctum est occupauit, uacuus prius, quẽ esse impossibile ostensum est in quarto Naturalis auditus. ꝙ uero neq; contingat materiã ab omni forma separabilẽ esse, diximus multoties. Scire aũt oportet ꝙ hoc concesso, nullũ eorũ, quæ corrumpuntur, in omnino non ens abire, uera est cõprobatio ad inconueniens deducẽs, & inducens uacuũ. Si quis autẽ dicat & corrumpi in non ens, & ex nõ ente generari, suppositioni huic uacuũ. s. esse actu inconueniens sequetur. quẽ enim id quod corrumpitur, deserit locũ, hunc replet, id quod generatur. ita quoq; & in augmento, si quis dixerit non solum ex potentia magnitudine fieri augmentatũ, sed & quod corrũpitur in potẽtia magnitudine mutari, nõ amplius locus erit uacuo. tanquã igitur concesso, ꝙ id quod corrumpitur, non mutatur in potentia magnitudinẽ, sic probatio procedit. Si quis autem quærat, quid sibi uult, additio { Separabilis: } sufficit enim dicere ꝙ erit uacuum: sciat, ad distinctionẽ pleni dictum esse, docuit enim in Physicis ꝙ plenum à uacuo sola habitudine differt; & plenũ nil aliud est nisi uacuum corpore repletum: & uacuũ rursus plenum corpore priuatum: igitur uacuum separatum nihil aliud quàm uacuum per se subsistens significat. { Amplius talis mutatio non augmentationis propria, sed generationis } ex hoc loco uidetur magis conuenientẽ esse literam quæ dicebat, separatum enim esset quod commune, hoc est materia. ad absurdũ enim hoc, inquit, talis materia generationis magis non augmentationis. inquit igitur ꝙ ex carenti magnitudine magnitudinem fieri, non mutationis in augmentatione proprium est, sed in substantia, hoc est generationis. nam augmentatio nõ est generatio magnitudinis, sed incrementum, decretio uero diminutio. quapropter, inquit, habere aliquam magnitudinẽ oportet, id quod augetur. Scribitur aũt & { Quod fit. } & Alexan. etiam de hac litera mentionẽ fecit, dicẽs oportere extra subaudiri maius, & minus, ut sit uerborũ series: quapropter necesse est aliquam habere magnitudinẽ, id quod fit, nõ simpliciter, sed maius aut min⁹ factũ, quare non ex carenti magnitudine. ꝙ quidẽ ex non præexistenti magnitudine minime fit in augmento magnitudo, sed præexistentis est aut incrementum, aut diminutio cõmunis testatur de augmentatione intelligẽtia. attamẽ non eo, quia augmentatio mutatio est præexistentis magnitudinis in maiorẽ, iam ex necessitate augmentationis materia non potentia magnitudo est, sed actu: hoc enim nondum probauit. quid enim prohibet, quantũ ad præsentẽ attinet probationẽ, esse quidẽ augmentationẽ præexistentis magnitudinis incrementũ, incrementũ tamẽ fieri ex potentia magnitudine, quæ materia sit augmẽtationis. dixi quantũ ad præsentẽ attinet probationẽ, quoniã per alias probauit augmentationẽ non ex potentia magnitudine fieri, quarum principalior fuit nõ posse ex nõ magnitudine magnitudinem fieri, uidelicet ad maius crescere: ad hoc enim uidetur uacuum induci. Scire tamen oportet, ꝙ quemadmodum in his, quæ fiunt, nihil fit ex non entibus, uel ex incorporeis, sed omnia quæ fiunt ex corporibus actu entibus fiunt, potentia uero illud habentibus, quod est id, quod fit, præterquam ꝙ primã materiã corpus actu subsistens nõ dicimus, sed cõmune subiectum circa quod mutatio consideratur. quod quidẽ potentia est omnia, actu uero semper cum unica forma consideratur, sic & in augmentatione. & si quis supponat ꝙ augetur ex corpore augeri, attamen augmentationis materia nihil prohibet corpus esse potentia, quemadmodũ & in generatione & si in superiori diuisione inter alia, hæc confutatum sit membra, quæ potẽtia corpus & nõ actu materiã esse eius, quod augetur, introducebãt, illud tamen, quod dicebatur, potentia magnitudinem esse materiam, eius quod augetur in aliquo existentẽ, nõ ut pars corporea eius, in quo est, non tamen ut nihil omnino existẽtem eius, in quo est, sed ut materiam in composito, ex his, quæ ab Aristotele dicta sunt nullo modo confutari potest: nisi quis extraneæ dicat talem materiam esse generationis, non augmentationis propriam.

Sumendum itaque magis, uelut tangentes quæstionem a principio, quali nam existente ipso augeri, uel diminui caussas quærimus. Apparet itaque eius quod augetur quamlibet partem auctam esse: similiter quoque & in diminui minorem factam esse, amplius autem accedente aliquo augeri, & recedente diminui, necesse itaque uel incorporeo augeri, uel corpore. si igitur incorporeo erit separabile uacuum. impossibile autem a magnitudine materiam esse separabilem, quemadmodum dictum est prius. Tex.c.32

Cum proposuisset quærere quænam est augmentationis materia, induxit rationem per diuisionẽ, ꝙ augmentationis materia, uel potentia corpus est, actu uero incorporea, uel actu corpus est. Quod igitur nõ est actu corpus, neq; ut separabile, & per se subsistens, neq; ut in alio quodã existens per præassumpta ostendidit: nunc igitur uult & reliquam diuisionis partẽ examinare, dico si actu corpus sensibile est augmentationis materia. Reassumit autem totam rationem uniuersaliorem faciens diuisionem, & magis ad utramque partem dubitabilem sermonem deducens. sed antequam hoc faciat, prius exponit, & quæ ex communi hominum conceptu augmentationi Cõm.87.

uidentur inesse.oportet enim,inquit, ueluti proximiores nos facti quæstioni de augmētatione, & ueluti ipsam tangentes,præassumere quonam existente ipso augeri eius causas inquirimus.assumemus autem hoc cum quæsiuerimus ea,quæ ex cōmuni hominū conceptu ei insunt:ad hæc.n.de ipso sermonē dirigere opus est.quæcūq;.n.nō consonant his,quæ ex cōi hominū conceptu de ipso dicuntur, proprie de ipso minime dicta fuerint. Principiū autē omnis demonstrationis sunt cōes cōceptus.Hoc quoq; fecit etiā in Physico auditu, in doctrina de Loco.Pertractaturus.n.de ipso ea,quæ secundum cōem hominū conceptum ei insunt,quæsiuit, ut quæ de ipso tradita,siquidē his consona essent,ea acciperemus: sin autē reiiceremus,& solutiones dubitationū de loco apparentium recte se habentes ostenderet,eo q his,quæ ex cōmuni hominū conceptu insunt,consonarent. Tria itaque sunt,quæ secundū cōem cōceptū insunt ei quod augetur,& quālibet partē eius,quod augetur,augeri: & aliquo extra adueniente fieri augmentationē:& ad hæc tertiū,quod nunc quidē nō infert,sed addet in sequentibus,manere,& seruari quod augetur secundū priorē formā.Hæc cū dixisset,dubitat de materia eorū, quæ augētur,per diuisionē rationē deducens:necesse.n.uel corpore augeri quod augetur,uel incorporeo,incorporeo nunc uniuersaliori existente,continet enim & potētia corpus. sed si incorporeo,inconueniens, uacuū enim separabile per se subsistēs inducemus,quod & superius dictum est. si uero corpore fiat augmentatio,corpus per corpus permeabit,cum augens toti ei,quod augetur,adiiciatur: cui enim particulæ nō adiicitur,hæc proculdubio neque augetur.quare sequetur ex necessitate corpus per corpus permeare:hoc autē esse impossibile ostensum est in Physicis.His igitur sic dictis,opus est tales de augmentatione reddere rationes,quæ consentiant ijs,quæ ex communi conceptu ei quod augetur insunt,& dubitationes, & ipsis sequētia absurda effugiant.Posito igitur hoc,quod accedente aliquo augetur quod augetur,quid nā est hoc accedens quærit,utrum corpus,aut incorporeum: & ad utrasque partes dubitat.Si enim,inquit, incorporeū erit separabile uacuum,quod & antea dictum est: quod.n. augetur locum alterum apprehendit:id uero, quo augetur,minime in loco est,cum sit incorporeum:quem igitur apprehendit locum,id quod augetur hic,antequā ab eo quod augetur,detineretur, proculdubio erat separatus corpore uacuus.Et secundū etiā inconueniens dicētibus incorporeo augmētationē fieri infert.nō.n.opinari oportet uerba à præcedentibus dependere. simile autē est,ac si diceret.Amplius impossibile est materiā à magnitudine esse separabilem.Possunt autē dupliciter uerba intelligi,aut q impossibile sit à magnitudine materiā separabilem esse:ostendit enī superius quod impossibile est magnitudinis materiā,hoc est primā,incorporeā,separabilē esse,& nō actu corpus:nō enim possibile est hanc per se subsistere,idest quod materiam impossibile est separabilem esse à magnitudine,non q materia in propria sui ratione magnitudinē habeat,sed q existens, & subsistens inseparabilis est à magnitudine:indiget.n.ipsa ad existentiam magnitudine,propria ratione expers magnitudinis existens.si igitur,inquit,adueniens,& faciens augmentationē (hoc.n.cōcessum est) incorporeū dices,quoniā hoc materia est augmētationis,incorpoream materiam,per se subsistentē,& separabilē supposueris.Si igitur sic legantur uerba,{ Erit separabile uacuū, }alterā dubitationem excipiemus,impossibile.s.à magnitudine separabilē esse materiam.si uero legantur{ Commune, } hoc est materiam,erit continuus sermo.q enim commune, quod est materia,separabile esse non contingit,addidit dicēdo,impossibile autē à magnitudine separabilem esse materiā.

Si uero corpore duo in eodem loco corpora erunt, & id quod augetur, & id quod auget. est autem & hoc impossibile.

Ad alterum transit membrum, & dubitat contra dicētes corpore augmētationem fieri,erunt enim,inquit,duo corpora in eodem loco,& corpus per corpus pertransibit.Emergit autem inconueniens fatendo quamlibet partem eius,quod augetur augeri.si enim quod augetur secundū oēm partē augetur,ubiq; præexistenti,& ei quod augetur quod aduenit apponetur:quod si hoc est per totum ipsum permeabit,ut ubiq; ipsum adaugeat. q si per totum quod augetur adueniens dixeris pertransire, necesse est uel totum porum & meatum ipsum, quod augetur supponere,uel corpus per corpus permeare:quod idē dictu est duo corpora in eodem loco esse,hoc autem impossibile esse,ostensum est: erit enim maximum in minimo,& mare in cyatho,& terra in grano milii. quare eodem crimine delinquent,& qui corpore augeri dicunt, & corpus per corpus permeare,& qui incorporeo:utriq; enim uacuum introducunt.siue enim corpus per corpus permeet,locus quem aduenientis corpus dereliquit, uacuus erit:siue rursus incorporeo corpus augetur,erit separabile uacuum,ut prædictum est. Com. 85.

At uero neque sic contingit dicere fieri augmentationem & diminutionem,quemadmodum cum ex aqua aer,tunc enim maior moles facta est.hoc enim non augmentatio,sed generatio quidem eius,in quod mutatum erit,corruptio uero contrarij,augmentatio autem neutrius. Tex.c. 33

Cum dubitasset ad utrāq; partem,& ostēdisset q & si corpore dixerimus fieri augmentationē, accident duo in eodē corpora esse,& si incorporeo,erit uacuum separatum,tanquam instantiam quandam contra utrāq; affert dubitationē dicens,nunquid nō ex necessitate hæc sequentur eodē modo augmētationem, quo & generatio, fieri dicentibus.nāq; ex mutatione aquæ in aerem maior aer ex minori aqua genitus est, non tamen licet dicere, neq; q duo in eodem loco corpora erunt,neq; separabile uacuum esse.magis autē accommodatur instātia.hæc ad destruendum alteram diuisionis partem, incorporeo .s.augmentationem fieri supponentē, quemadmodum in mutatione ex aqua in aerem maior ex minori genita est substantia,nullo accedente corpore:& tamen absurdum aliquod minime inducitur & in augmentatione eodem modo supponere.Contra hoc igitur instans Aristo.ostendit impossibile esse hoc modo augmentationem supponere.omnino etenim,ait,mutatio aquæ in aerem augmentatio non est,& hoc per ea quæ ex communi conceptu de augmentatione dicentur,patebit. quale enim & auctum esse dixerimus,neq; enim adauctus est aer, quia neque prius aer erat,& assumens aliquid factus est maior.quapropter neq; in hoc licet dicere,q corpore accedente ad auctum est.sed neq; aqua adaucta est: siquidem corrupta & non amplius subsistens est.si itaq; neq; aquam neque aerem possibile est dicere adauctoa esse, omnino igitur ex aqua in aerem mutatio ab augmentatione differt. Com. 89

Sed dicet aliquis contra hæc rationabiliter,uerum quidem esse differre mutationem ex aqua in aerem ab ipsa augmentatione,sed eandem in augmentatione,atq; generatione dubitationem oriri.quemadmodum enim in augmentatione,si quis dixerit quod augetur ampliorem locum occupare,nullo adueniente actu corpore, uacuum inducit:sic & in generatione maiori aere ex minori aqua facto nullo adueniēte,necesse est eadē ratione aut uacuū supponere locū,quē aer ex aqua genitus assumpsit, aut corpus per corpus permeare. Si quis autē dicat q quēadmodū hic aer ex aqua fit,maiori loco indigens, ita alibi rursus ex aere generata est aqua minorē locū occupās ita,ut nunquā cōtingat uacuū fieri:quē.n.hic deserit locum contractum corpus,hunc occupat alibi extensum, succedentibus sibi inuicem continue aeris partibus, & euacuatum locum à contracto corpore replentibus, & genito corpori proprium locū concedentibus:hæc eadē & de augmentatione intelliget.dixerit enim aliquis, q

quem

quem hic occupauerat locum ipsum adauctum, hunc alibi diminutum aliquo deseruerat, & nõ quod aduenit ad augmẽtationẽ. nã ex potentia corpore, quod augeẽ, augetur, & in hoc diminuibile mutatur. Sed dicet ad hęc aliquis fictitium esse supponere, ꝙ si aliquid hic augmentatur, alibi aliquid omnino diminuatur. sed hoc etiam in generatione consideratu . necesse est enim & in hac, ne uacuum generetur, ex aqua hic in aerem mutata, aerem alibi in aquam mutatum supponere. quare communis erit hæc dubitatio: aut enim uacuũ erit, aut necesse est absq; demonstratione supponere, ꝙ quanta hic aqua, tantus alibi aer mutetur, & non solum hoc, si fiat à natura elemẽtorum mutatio, sed & si ab arte. ut ꝙ si ego hic aquã euaporare faciam, æqualis alibi aer in aquam, aut à natura, aut ab arte muterur: & quantum scilicet ego hic aerẽ euaporare feci, tantum necesse est alibi genitum esse supposuisse. Sed hoc certe ualde ridiculum uisum fuerit, primo quidem ita temere supponere si alicui uisum fuerit uel ex aqua uaporem facere, uel ligna aut aliud quid cõburere, & ignem facere, tantum alibi ex tenuiori substantia in densius corpus mutari, ne aut uacuum fiat, aut corpus permeet per corpus. deinde & quid absurdius accidit. necesse enim omnino est parua facta mutatione, uerbi gratia parua hic aqua euaporata, multum, & quamplurimum alibi in orbe aerem in non tempore moueri, ut repletio locorum fiat, cedentibus sibiinuicem continue aeris partibus. Fiat autem in exemplo sermo manifestus magis hoc modo. si in hyeme, uerbi gratia in parte hac orbis, uel in hac forte ciuitate condensatus aer in aquam mutetur, quem locũ aer aqua factus hic dereliquit, hũc replebit in opposita orbis parte aer ex aqua genitus. oppositam autem dico orbis partem, in qua cum sit apud nos hyems, in illa est æstas. necesse igitur est omnino simulatq; genita est hic aqua, in non tempore, ibi aquam contramutatam esse in aerem hic corruptum æqualem, & omnẽ intermediũ aerem moueri, impulsum ab aere generato in parte opposita orbis, ut partibus intermediis aeris sibiinuicem succedentibus factum hoc in loco uacuum repleatur. idem quoq; accidet ex necessitate, & si aquę peluis euaporata fuerit. Sed hoc cum hoc quod est absurdum, & fictitium, etiã & impossibile est: tantũ. n. aerem in nõ tẽpore moueri impossibile est, & moueri omnino aliquid in nõ tẽpore est impossibile. uidemus enim quandoq; & uehementissimo flante uento in aliqua regione, nõ multũ distantes regiones quietas esse, & non sentire motum ita uehementem aeris in propinquis regionibus, & in breui multoties horæ parte penitus condensatus appatet, & illico rarefactus aer, & idem sæpius permanens. nõ igitur easdem passiones conuersim, & in opposita regione fieri fingemus, aut simpliciter in altero loco. conuersim autem dixi, ut quando hic aer condensatur, alibi rarefiat, & quando hic earefit, alibi condenseẽ, & hoc in eadem hora multoties fieri. quoniam igitur minime hæc uera esse demonstrauimus, uerum autẽ & neq; corpus per corpus permeare, neq; uacuum esse, quo pacto nos dubitationem soluemus? Dicimus igitur quod natus est aer ipse in seipsum considens, & cedens densari, & ex maiori mole minor fieri, & econtra rarefactus maior ex minori fieri. est autẽ natus cõdensari, & in seipsum considere aer, non solum ex frigiditate, sed etiã ex impulsione, & compressione. Sic quippe demonstrauit Aristo. in Aethiopia in æstate pluuias fieri, impulso enim uapore ex partibus septentrionalibus ab etesiis uentis, & occurrente ad montes Arabiæ maximos, & colliso semper ab alio superueniente uapore, accidit ex cõpressione & condensari, & in aquam mutari. uidemus quippe tẽpore uentorũ etesiarũ in Aethiopia maximas torrentis instar deferri pluuias, absq; omni frigiditate. Idẽ quoq; in balneis fit. ascendens enim uapor, perueniensq; ad tectũ, cũ nõ habeat exitum, compingitur in seipsum, & densatus fit aqua, & sui innata grauitate defertur. Vt autẽ cõpressione uidetur, ita & tractu rarefactus. contingit enim ex aliquo uasculo angustum habente os multum adnatum ad os aerem emungi, nullo alio aere loco illius ingrediente: & manifestũ ꝙ nec totus aer euacuatus est, nec pars uacua facta est, hoc enim est impossibile. derelictus ergo aer rarefactus totum occupauit locum. si igitur cõtingit aerem & compactum in seipsum considere, & rursus rarefieri, sciendum est, cum hic ex aqua, aut elixa, aut quouis modo aliter factus fuerit uapor, aer hic genitus propinquum sibi aerem impellit, & ille alium sibi propinquum, quousq; cõdensatus ex compressione aliquis aer tantum deserat locum, quantum occupabat aer genitus: & hoc pacto necesse non est alium aerem æqualem huic in aquam alibi mutatũ esse, neq; fieri motũ uniuersi aeris: figmentũ. n. est hoc & res aliena: sed solũ tantũ aerẽ geniti pulsione constringi, ut æqualẽ genito locũ deserat. idẽ quoq; dicendũ est, & si condensatua aer in aquã muterur, necesse est. n. proximũ condensato uacui necessitate ad cõtractum consequi, & ad illũ qui est cõsequẽter, condensatum aliũ rursus, quousq; aliquis aer rantum rarefiat, ut repleat locum ab aere condensato in aquã derelicto: non omnino tamen quantus hic aer in aquã mutatus est, rantum necesse est ex aqua aerem generari.

Sed uel nullius, uel si quid commune ambobus existit, genito, & corrupto, ut si corpus. aqua autem non est aucta, neque aer: sed hæc quidem deperdita est, ille uero genitus: corpus autem, siquidẽ auctum est. Sed & hoc impossibile. oportet enim saluare ratione in existentia ei, quod augetur, & ei quod diminuitur. Hæc autem tria sunt, quorum unum quidem est, quamlibet partem maiorem fieri eius, quæ augetur magnitudinis, ut carnem carnis: & adueniente aliquo: & tertium saluato eo, quod augetur, & permanente. nam in fieri aliquid simpliciter, aut corrumpi, non permanet: in alterari uero, uel augeri, uel diminui permanet idem quod auctum, uel alteratum est. sed hic quidem passio, ibi uero magnitudo eadem non manet. si autem erit augmentatio, quæ dicta est, continget nullo accedente, neque permanente augeri, & nullo recedente diminui, & nõ permanere quod augetur. sed hoc oportet seruare: nam supponitur augmentatio tale.

Com̃. 90.

Cũ dixisset qđ neutrũ auctũ est, neq; id in qđ mutatio facta est, neq; id ex quo, nunc dicit qđ relinquiẽ aut nihil esse auctũ in tali mutatione ex aqua. s. in aerẽ, aut esse aliquod auctũ, qđ cõe subiectũ est, & geniti, & corrupti: hoc aũe est corpus. Deinde cõsequẽter probat quod neq; hoc possibile est dicere auctũ esse, quia ea quæ cõmuniter ei qđ augetur insunt, in ipso nõ seruantur: quãlibet. s. partẽ maiorẽ fieri eius qđ augetur: & aduenĩẽte aliquo: & ad hæc permanere id qđ augetur. horũ. n. ipsum permanere nõ est in corpore, nõ. n. permanet; sed aliud ex alio fit rarius, densiusq;, & maius ex minori. Dicere uero uniuersale esse qđ permanet, irrõnabile. uniuersale. n. neq; generatur, neq; corrumpitur, neq; oino subsistit propriã habens existentiã, sed est semper particulare, & hoc aliquid corpus, qđ generatur corrumpitur, qđ est & actu subsistens. si igitur hoc quidẽ aliquod corpus corrumpitur, alterũ uero ex altero generatur, manifestũ ꝙ nullum est ipsis subiectũ corpus permanens, præterquam prima materia: circa quã unã, & eandẽ mutatio cõsideraẽ. hoc . n. & differt generatio ab augmẽtatione, alterationeq;, ꝙ . s. in generatione nõ permanet qđ mutatur, in augmentatione uero, & alteratione permanet idẽ secundũ substantiã, in accidẽtibus uero mutatur, in augmẽtatione quidẽ per magnitudinẽ, in alteratione uero per passionẽ. Si qa aũt diceret qđ in mutatione aquæ in aerẽ triplicitet dimẽsũ, qua tale est, permanet, & solũ ex minori maius fitt . sciat quod etiam si hoc ita se haberet, nõ tamẽ est auctũ aliquo extrinsecus aduenĩẽte, quod ad augmẽtationẽ re-

quitur. Praeterea si ipsum tripliciter dimēsum per se existens absq; aliqua forma ex minori maius fieret, forte, & si non rationabiliter, posset tale augmentatio dici. nunc autem cum oporteat id quod augetur, seruare priorē formam, ut in carne, & osse, & similibus, ipsum trifariam dimensum informatum forma aquae, in mutatione ad maiorem molem, ipsius scilicet aeris, si non seruauerit priorē formam ipsius scilicet aquae, proculdubio non erit talis mutatio augmentatio. neq; enim ipsum trifariam dimensum permanere est proprium mutationi aquae in aerem, sed simpliciter cuilibet generationi, & cuilibet mutationi. saepius enim ostensum est, ꝙ oporter in omnibus ijs, quae mutantur, primum subiectū immutabile esse, in augmentatione uero eandem formā permanere oportet, quā auctum, & antequam auctum esset habebat: hoc autem non fit in mutatione aquae in aerem: quare non est augmentatio mutatio talis. propter quod, inquit, si dicimus augmentationem esse eam, quae dicta est, hoc est aquae in aerem mutationem, quia maior moles facta sit, cogemur dicere non permanere quod augetur, neque aliquo adueniente fieri augmentationem, & dicta ex communi conceptu de augmentatione destruemus. ꝙ si haec seruate oportet, quemadmodum oportet, mutatio aquae in aerem minime erit augmentatio.

Tex. c. 34 *Dubitabit autem aliquis & quid est quod augetur, utrum cui apponitur aliquid, ut si crus augetur ipsum fit maius, quo autem augetur, nutrimentum, minime. propter quid igitur non aucta sunt ambo? maius enim & quod, & quo. quemadmodum cum uinū aquae miscueris: similiter enim plus utrūque. An quia huius quidem substantia manet, huius uero minime, ut quae est nutrimenti: quoniam & hic dominans dicitur in mixtione, ut quod uinum. facit enim uini opus. sed nō aquae uniuersa mixtura.*

Com. 91. Quotcunq; aliquis de augmentatione dubitationes, quaestionesq; inquirere posset, antequam conuenientem de ipsa doctrinam tradat, has exponit, & decernit: propositis enim dubitationibus, conuenientemq; solutionē consecutis, facilius de ipsa dirigitur sermo. Nunc igitur dubitationem sermoni de augmentatione propriam mouet, quaerens nunquid utraque sunt, quae augentur: scilicet & quod apponitur, & cui apponitur, an solum id cui apponitur: uidentur enim utraque maiora facta esse, & quod appositum est, & cui appositum est: ut in uino se habet & aqua: cum enim miscueris uino aquam utrumque, & aqua, & uinum uidentur plus facta esse. Inquit igitur dubitationem decernens, quod solum id, cui apponitur, auctum esse dicere opus est. ut si crus sit, cui apponitur, & nutrimentum, quod apponitur, non recte diceretur nutrimentum, sed crus augeri. & causam infert. quoniam enim praeassumptum est oportere id, quod augetur permanere, permanet autem crus, non quod aduenit: hoc enim secundum substantiam mutatur: merito crus solum modo, non adueniens, augeri dicetur. sed oportet & in mistione aquae uinique, cum paucam aquam pluri uino quis miscuerit, uinum solum auctum esse dicere: quia uini uires ostendens permanet. sic & in pluri aqua si paucū miscueris uinum, ita ut ab aqua denominatum sit, nō uinum dicimus adauctum esse, quia propriam potentiam non seruat, sed aquae proprietatem. uniuersaliter enim nō quod corrumpitur, neque quod dominatur auctum esse dicimus, sed dominans, permanensque. quod si aequiualens mistio nō quantitate, sed uiribus: quia similiter utrūque ab utroque patiatur, sic dixeris utrumque auctum esse: uel & uerius corrupta esse, nullius enim uis & operatio sincera seruatur. Patet autem quod & augmentationem in his, quae miscentur, abusiue dixit: neque enim sincere eadem forma permanet, neque quaelibet ipsius pars incrementum suscipit, sed appositione solum totū factum est maius.

Similiter autem & in alteratione, si manet caro existens, & quod quid est, passio autem aliqua inest earum, quae per se, quae prius non inerat, hoc alteratum est.

Com. 92. Cum proposuisset ostendere augmentationem esse illius, cui fit additio, non autem additi, primo quidem demonstrauit ex eo quia permanet id cui additur, quod uero additur mutatur: nunc autem & ipsam alterationem apposuit, ea quae de augmentatione declarans. quemadmodum enim in augmētatione est quod augetur, & quo augetur, & augmentatiua potentia in eo, quod augetur, existens: ita & in alteratione, est subiectū, hoc est id, quod alteratur, est & quo alteratur, est autem & potentia, à qua perficitur alteratio. quemadmodum igitur in augmentatione solum subiectum augeri dicimus, est enim in ipso augmentatiua, & nutritiua potentia: ita & in alteratione subiectum dicimus alterari, ut carnem, cum formā seruās secundum aliquam passionem fuerit mutata. quo uero alteratur interdum quidem nihil patitur, neq; mutatur: ut cum ab appropinquato igne calefiunt corpora nostra, nihil ipso à nobis repatiente, sed manet quod alterat inalteratum proportionabiliter ei, quod appositum iam fuit in augmentatione, quoniam neq; hoc augetur: interdum autem patitur aliquid & ipsum, & alteratur, ut in balneis aer nos calefaciens, à nobisq; repatiens, & in hoc differt alterans ab eo, quod augetur, apponiturq;, eo quia augens nunquam augetur, alterante quidem interdum & ipso alterato, interdum uero minime: & si id quod apponitur, quandoq; fortasse augeri uideatur, cum adueniens nutrimentum in spiritum mutatum maius factum fuerit. Sed ueritas non ita se habet. nō est enim hęc augmentatio, sed corruptio. nec dixerimus in spiritū conuersum nutrimentum esse auctum, quia nō est in eo augmentatiua potentia, sed in eo quod augetur. sed neque id quo alteratum est, & si multoties & ipsum patiatur, alteretur q;, potentiam tamen, à qua perficitur alteratio, in seipso, inquit, nō habet, in subiecto enim, & alteratio ait hanc esse, seruatoq;, & permanenti, ut & in eo, quod auget, augmentatiua potentia. Inquisitione uero dignum est, quo pacto in alterato principium motus alterationis dicit esse, non in alterante: nam in eo quod augetur, manifestum quod in ipso principium motus est: in eo. n. quod augetur, est augmentatiua, nutritiuaq; potentia, nutrimentum mutans, & assimilans, manifestum autē hoc, & quia corrumpitur nutrimentum, quod uero nutritur, & augetur, semper manet, augmentatiuam, nutritiuamq; potentiam habens. si igitur corrumpi oportet nutrimentum, ut sic nutriatur & augeatur, subiectis autem corruptis, corrumpitur & ipsorum potentia, planum in nutrimento non esse nutritiuam, augmentatiuamq; potentiā, nisi ut materia consideratam. effectiua tamen augmentationis, & nutritionis causa est in eo quod augetur, nutriturq;: hoc etenim permanet, & in seipsum nutrimentum recipit. At in alteratione irrationabile esse uidetur, nō in alterante, sed in alterato supponere motus principiū, quod semper apud Aristo. effectiuam causam significat. si igitur in alterato effectiuam causam esse dixerimus, ipsum à seipso alterari faciemus: ꝙ est inconueniens. repugnat autem rationi rerum operatio: ab igne enim calefimus, & à niue frigefimus, & tamen nullus sensu utens, effectiuam caliditatis, frigiditatisue causam in alterato nostro corpore dixerit esse, & nō igne atq; niue. & cera quoq; sphęra, uerbi gratia, ex taxillo facta alteratur: & cuicūq; planum, quod non in cera, sed in formante est alteratiua potentia. quo pacto igitur hoc in loco Aristo. non in alterante alterationis causam dicit esse, sed in alterato? Ad hoc igitur obiciens Alexan. inquit, quod non de effectiua causa loquitur, neq; enim dixit principium, & potentiam in alterato esse aliquid alterare, sed alterari: quę modo quodam causa fit agenti ipsius alterare: non enim alterant agentia, nisi sola ipsius alterari potentiam habentia. sic

tia.sic igitur Alexan.principium motus de effectiua causa non uult intelligere. Est autem in quibusdam alterationibus principium motus inuenire,tanquam effectiuū, in alterato existens:ut in alterationibus, quæ fiunt circa corpora animalium à medicamentis , neq; caliditatem, neq; frigiditatem manifestam actu possidentibus,sed potentia calefacientibus,aut infrigidantibus . nam si talia omnia,ut piper,pyrethrum,cicuta,& quæcunq; huiusmodi inanimatis quidem corporibus approximata nullam potentiam demonstrant,neq; ipsa alterant,animaliū uero corporibus applicita hæc alterant,eo quod à natura,uitaq;,quæ est in corpore contramoueantur , moraq; sui ipsorum potentiam ostendant.in omnibus igitur huiuscemodi motus principium in alterato corpore esse merito dici poterit.Quæ igitur excogitari potest consolatio ad ea,quæ in præsenti loco dubitata sunt talis quædam est,semper dubitanti,& ab expositoribus ad certitudinem non directo. Forte uero quis & hanc soluet. neq; enim uerum est in dictis alterationibus in alterato esse motus principium,sed medicamētorum uirtus à corporibus nostris in actum deducitur:quæ ad actum deducta sic postea in corpora nostra reagit , & ipsa alterat. quare ut deducatur quidem ad actum medicamentorū potentia,causa est in nostris corporibus : ut uero nostra corpora à medicamentis alterarentur , effectiua causa in medicamentis postea actu est,calidis uerbi gratia factis ex frigidis.quod enim non factum est actu calidum,nō aliud quid calefacere,& calidū actu facere poterit.quēadmodum enim ipse paulo ante dixit, oportet faciēs omnino actu esse,aut speciei,aut generis eiusdem.simile igitur est quod in his medicamentis fit,sicut si in domuncula pluribus existentibus hominibus,in ea aer ab ipsis calefactus ipsos recalefaceret:in his enim aerem calefieri causa est corporum attactus,calefactus autem semel aer & ipse rursum calefacta recalefacit:quare & in his proxima alterationis causa in alterante est,& non in alterato. Et quæsitu dignum,cur nam quatuor genere existētibus omnibus mutationibus,ut sępius dictum est in substantia,in quanto,in quali,in loco,in mutatione : in substantia dico generatione,corruptioneq;,& in ea , quæ in qualitate,alteratione scilicet mutationis causa in efficiēte est,non in genito,aut patiente,in reliquis uero duabus in ea scilicet quæ est in quanto,& in ea quæ est in loco, in patiente est effectiua causa : quod enim fit non ipsum sumpsius effectiuam causam habet,sed opifex,ut ædificator,uel pater,uel quodcunq; aliud agens fuerit:& quod corrumpitur rursus aliunde habet corruptionis causam. nihil enim sumpsius corruptiuum est:omnia enim naturaliter esse appetunt:ostendimus autem quod non in alteratis,sed in alterantibus causa est alterationis.Quod uero in his,quæ augentur,effectiua augmentationis causa sit,& hoc confessum est:naturalis enim in unaquaq; particula potentia adiectum sibi nutrimētum cum subiecto uniuerit,ipsum assimilat.Et mota quoq; in loco mutationis in hoc ipsa sibipsis sunt causæ.si enim motus causa est mutationis in loco:motus uero corporū natura,quæ est in ipsis est causa,motus enim atq; quietis causa ē natura,mutationis:igitur in loco ipsa sibipsis sunt mutantes causæ.His ostensis causam inquirere dignum est,cur nam eius,quæ in substantia , & in qualitate mutationis, non in ijs quæ mutantur, sed extrinsecus causa est : eius uero,quæ in quanto,& in loco ipsa sibipsis sunt ea,quę mutantur causæ. Dico igitur,ꝙ si id quod fit, nondum est,quomodo quod nondū est ipsum sibipsi essendi causa esse potest.causam enim alicuius,ut sępius dictum est, actu esse oportet:quod uero nondum est , non est actu: quod uero neq; corruptionis nullum est sibipsi naturaliter causa,dictum est:omnia enim naturaliter esse appetunt.Atqui & alteratio passio subiecti existens , quādo intenditur,corpus corrumpit:intensa enim caliditas , uel frigiditas,siccitasque,atque humiditas corrumpunt corpora:diximus autem quod nullum est sumpsius corruptiuum:albificatio autem nigrificatioque , & quæcunque alterationes,neque nocent,neque prosunt subiecto:propter hoc ipsum merito extrinsecus causam habuerunt. quæ enim à naturalibus uniuscuiusque potentijs generātur,omnino ad esse subiecto conferunt:nihil enim neque ad malum,neque frustra,neque ex superabundanti natura operatur,nisi ut consequens naturali temperamēto factum fuerit:ut si calido,siccoque temperamento crispos habere capillos consequatur:sed si à constitutione,quæ à principio,hoc fiat,quod nec tale alteratio, sed generatio est,manifestum est.si tamen ex temperamento , uerbi gratia,sicco in humidum mutatum fuerit,& ob hoc, uel color,uel cincinnus,& annulus capillorum alteratus fuerit,directique facti fuerint,planum quod mutationis tēperamenti,& alterationis coloris , aut capillorum causa non naturale temperamentum fuit: sed uel continēs , uel ea quæ ipsis apponuntur,uel aliud quodcunque:& hoc est alteratio.de generatione igitur & alteratione tanta.

Propter quid autem id,quod augetur,in seipso augmentationis effectiuam causam habet ex dictis manifestum est.si enim nutriens,& augens nutrito,& aucto uult assimilari potentia esse,quale quod augetur manifestum ē: quod uero potentia est,non utique sibipsi mutationis in illud causa fuerit.dictum est autem efficiens cū eo quod fit speciei,aut generis eiusdem esse:merito igitur quod augetur,nutriturque,nutrientis,augentisque ad ipsum assimilationis causa est.Si uero localis mutationis causa motus est:motus autem,qui in singulo natura,quæ in seipso causa est,siquidem natura principium est motus , atque quietis,in quo est primo per se,& nō secundum accidēs. merito igitur mutationis in loco ea,quæ mutantur , ipsa sibipsis causæ sunt.Dicente autem , quod cum hoc aliquid est idem formam seruans,& caro manens,in aliqua passionum ipsi per se inexistentium mutata fuerit,tunc alterari dicitur,passiones per se inexistentes intelligendū, non secundum significatum ipsius per se,quod in demōstratiua traditum est,primum scilicet, & soli , & semper alicui inexistēs,ut triangulo habere tres angulos duobus rectis pares,ꝙ & eo quod habet ablato simul aufertur. sed per se hic intelligit,quod fit in ipso corpore:ut albedinem,caliditatem,& non extrinsecus, nec per habitudinem ad aliud sibi aduenientem,ut si quid ex sinistro dextrum fiat,uel ex illis quæ inferius,ea quæ superius,& in consimilibus.Quoniam uero dixit quod effectiua causa non in augmentante est,sed in eo quod augetur , alteraturque,& quod id quo alteratum est,quandoque quidē nihil,neque passum,neque alteratum est, quandoque uero & illud:uidetur autem & nutrimentum , quandoque augeri,cum in spiritum fuerit mutatum,sicut & alterans quandoque alterari: & hinc uideretur utique in ipso esse augmentatiua potentia,quæ ut dictum est in eo quod augetur,consideratur:propter hoc nunc ponit erroris causam,& increpat,quod neque augetur nutrimentum , neque propter hoc in seipso augmentatiuam potentiam habet.corrumpitur enim nutrimentum,& spiritus,qui in ipso est,minime manet.patet igitur quod neque augetur:siquidem oportet quod augetur priorem formam seruās, crementum in magnitudine fecisse.quod si non augetur nutrimentum,neque augmentatiuam potentiam in seipso habebit.

Quo autem alteratum est aliquando quidem nihil passum est,aliquando uero & illud.sed alterans,& principium motus in eo,quod augetur,& quod alteratur,est. in his enim mouens. quoniam & quod ingreditur fieri poterit aliquando malus,& quod fruitur ipso corpus,ut si quod ingreditur fiat spiritus,sed corruptum est hoc patiens,& mouens non in hoc.

Tribus his secundum consequentiam se habentibus, Côm 93.
eo quod augetur,quo augetur, augmentatiua potentia, cum quæsiuisset de hoc quo pacto augeantur quæ au-

gentur, utrum corpore aut incorporeo, quærit nūc, & de eo quo augetur, quoniam enim mutatum nutrimentū in eo quod nutritur, maius factum esse uidetur, & propter hoc uidebitur & ipsum augeri. propter hoc & de isto sermonem corrigit, quod & si maior factum fuerit non augetur. neq; enim in seipso seruat ea quæ ex communi cōceptu augmētationi insunt: præcipueque oportere quod augetur manere, corrumpitur enim ingrediens & nō permanet. exempla autem de alteratione ad augmentationē trahit, quoniam nec sine alteratiua potentia augmentatiuam operari possibile est: propter quod de effectiua augmentationis causa loquitur, tanquam in exemplo alteratiuæ potentiæ sermonem faciēs. nāque quæ huic insunt, hæc utique etiam in augmentatiua potentia insunt, quēadmodum igitur in alteratiua potentia, si commensuratum fuerit quod alteratur alteranti, agit in ipsum alterās ipsum, impassibile manens, ut si commensuratum fuerit ingrediens nutrimentum concoctrici ipsius naturæ potētiæ, patitur ab ipsa nutrimentum, impassibili manente potentia: si tamen incommensurata fuerint multitudine, aut qualitate ingredientia, magis ab ipsis patitur alteratiua potentia, & imbecillior fit, quàm ut agere in ipsa possit. eadem & in augmentatiua potentia dicenda sunt, quod quousque commensurate se habuerit augmentatiua, potentia augmentationis materiæ agit in ipsam, & quod augetur adauget: quousque uero incommensurate se habuerit, patitur ab ipsa magis. incommēsuratum uero per multa fit, aut per quantum, aut per quale, aut per tēpus. quoniam enim determinata sunt naturæ opera, cum in commensuratam magnitudinem corpora deuenerint, tunc deinceps inepto existēte subiecto per siccitatem, uerbi gratia, & frigiditatem, aut temperiei simpliciter incommensurationem, imbecillis fit augmentatiua potentia, & magis à subiecto patitur, quàm in ipsum agat. Sciendum autem quod & si dicat aliquando quidem nihil pati alterans, aliquando uero pati, non aduersatur dictis ab ipso alibi, quod ea, quæ similis sunt materię, agentia omnino & repatiuntur: secundum prædominans enim, aut pati, aut non pati ipsa nunc dicit, interdum enim plus agunt quàm patiuntur, interdum autem econtrario.

Tex. 35 *Quoniam autem dubitatum est de ipsis satis, oportet & dubitationis solutionem tentare inuenire, saluantes, permanente eo, quod augetur, & accedente aliquo augeri, abeunte uero diminui.*

Com. 94. Cum dixit quæcunq; ex communi conceptu augmentationi insunt, & omnes ad ipsius sermonem conferētes dubitationes examinasset: nunc reliquum propriam de augmentatione opinionem uult edere, debitam reddi talem, quæ ijs, quæ ex communi conceptu augmentationi insunt, conueniat, & solitas de ipsa augmentatione fieri dubitationes effugiat. Erant autem, quæ ex cōmuni conceptu augmentationi inerant, tria quædam, & permanere, & aliquo adueniente augmentationem fieri, & quamcunque partem eius, quod augetur, fieri maiorem, ut & in eo, quod diminuitur, minorem. Dubitationes autē solitæ contra ea, quæ de augmentatione dicuntur fieri, erant hæ, uacui subsistentiam inducere, & corpus per corpus dicere permeare. sermoni enim dicenti incorporeo augmentationem fieri, sequebatur materiam à magnitudine esse separabilem, & subsistens uacuum: supponenti uero per corpus augmentationem fieri, hoc præassumpto particulam omnem ex aduenientis additione maiorem fieri, sequitur, aut meatum, & uacuum esse totum, quod augetur: siquidem oporteret quod aduenit per totum pertransiens unicuique eius quod augetur particulę appositum fuisse: aut corpus per corpus permeare, & duo in eodem corpora esse. talia igitur sunt quæ prius edocta fuerunt, quibus cōsonam de augmentatione doctrinam tradere opus est, ut ea, quæ ex communi conceptu augmentationi insunt, seruentur: & quæ de ipsa dubitationes feruntur, euitentur. Incipiens autem de augmentatione sermonem, duo quædam ad futura sibi utilia assumit. unum quidem, non esse ea, quæ dissimilium sunt partium primum adaucta, sed ea, quæ similarium, quia uero hæc augentur, & quę sunt ex his composita dissimiliarium partium augeri dicuntur, non enim facies, aut manus genitū nutrimentum ei quod generatur, apponitur, sed uel caro, uel os, uel aliorum aliquod similium partium. quare quę primo augentur hæc sunt. alterum autem, q; unaquæq; materialium rerum dupliciter dicitur, quandoq; quidem secundum formam, quandoq; uero secūdum materiam: carnem enim dicimus quandoq; formam carnis, quādoque materiam, quandoq; ex utroq; compositum, quod ut notum prætermisit, & nihil sibi in præsentia utile. cū enim fluxibilem dicimus carnem, & in defluxu, & refluxu habere esse, aut compositam esse ex quatuor elementis carnem, dicimus carnis materiam: cum uero pubescere carnem, aut intemperiem habere, aut mollem esse, uel duram carnem, dicimus formam: cum uero diuisibilem esse, aut trifariam dimensam, aut multam, aut paucam, secundum compositum. Quærendum est ergo secundum quod horum significatum augeri dicuntur ea, quæ sunt similium partium, utrum secundum materiam, uel secundum formam. si enim materiam dixerit aliquis augeri, neque quæ ex communi conceptu augmentationi insunt seruabit, neq; incidēres dubitationes dissoluet. neq; enim ipsum permanere in hac seruabit. materia enim non permanet eadem, sed hæc quidem defluit, illa uero affluit, neque quamcunq; partem maiorem fieri in materia possibile est dicere, primo quidem, quia nō permanet. quo pacto enim refluens, aliaq; & alia semper facta secundum omnem partem maior fieret? deinde & in dicta inconuenientia incidemus. si enim accidens nutrimentum cuicūque parti materiæ apponitur, oportebit per totam pertrāsire, quoniam quomodo cuilibet eius parti apponetur? cui enim parti non apponitur hæc, neq; augetur. oportet enim aliquo adueniēte, totum quod augetur, augeri: per totam igitur materiam eius, quod augetur, appositū pertransibit: id uero, per quod procedit, uacuum aut meatū necesse est esse. per totum igitur procedente uacuum totum, aut meatum necesse est esse corpus, quod augetur: uel si non hoc, corpus per corpus pertransibit, & duo in eodem loco corpora erunt. patet igitur nullo modo possibile esse dicere materiam eam esse, quæ augetur. quod si hoc, neq; compositū igitur erit, quod augetur: si enim compositum augeretur, omnino materia augeretur. relinquitur igitur formam esse eam, quæ augetur: hæc enim est, quæ sola permanet, ut ostendimus, nō absq; materia, hoc enim impossibile: sed semper eadem in materia seruata ampliore, aut minore facta, & alias alia, cum hæc quidem defluat, illa uero refluat. Cum uero dicimus formā esse id quod augetur, non putes nos dicere formam secūdum essentialem, & æternam rationem mutationem suscipere: est enim incorporea propria ratione ipsa forma, & magnitudine uacans, sed secundum quantitatem, hoc enim est augmentationis significatum. secundum quantitatem autem forma mutari dicitur, cum in ampliori, aut minori subiecto fit. sic enim manus, & facies uidetur augeri, non quia forma faciei, aut manus mutetur, sed quia maior fit pars, eo q; forma eadem manens, quandoq; in minori, quandoq; in ampliori fit subiecto. Quo pacto autem hoc dicentes esse quod augetur, seruabimus quæ de augmentatione dicuntur, & quæ inducuntur absurda soluemus, considerandum deinceps. Primum quidem permanere id, quod augetur, de forma dictum, uerū est: ut prius dictum est. nam si materia aperte non permanet eadem: & supponeret aliquis etiam formam eandem numero non manere: igitur neq; quod est ex utrisq; constitutum, idem numero erit: quare Socrates non erit semper idem numero. si igitur quousque fuerint composita eadē sunt numero: horum autem materia non eadem semper

Permanet:

permanet:igitur formam eandem permanere relinquitur,
secundum quam unumquodq; & habet esse, & dicitur.
unde & eadem esse numero dicuntur, cũ forma per quã
esse habent,eadem permaneat.Quamlibet etiam partem
ex aduenieníte augeri in hoc solum dictum procedit . nã
in materia,si dicamus cuicunq; parti nutrimenti apponi,
sequuntur prædicta absurda.aut enim totum meatus,aut
uacuum erit,aut corpus per corpus permeabit . præterea
nec permanet materia una & eadem numero,sed alia &
alia fit,habens esse in defluxu , & refluxu : forma tamen
una & eadem semper manet,& quæ substantialis est,&
quæ secundum figuram,& formam:etenim Socratis for
ma,& carnis,& ossis,& in maiori & in minori subiecto
semper eadem manet.similiter autem & quæ est secun-
dum figuram,& formam.quemadmodum enim si arcu-
la quædam sit,& in hanc alia,& alia imponantur , hæc
quidem terminatiua existens impositorum,& uelutí for-
ma ipsorum existens,eadem semper manet , sed quæ ab
ipsa circuncluduntur,sunt interdum alia. Et ut magis ac
cedens ad propositum exemplum fiat. si per canalem ex
corio factum,pertranseat aqua,quandoq; minor, quan-
doq; amplior,figura quidem canalis quandoq; quidem
contracta,quandoq; uero extensa,tamen semper est una
& eadem:aqua tamen,super quam ut materiam extensa;
& explicata est figura canalis,non est una & eadẽ. sem-
per enim alia quidem defluit,alia uero subingreditur . sic
oportet intelligere & in his quæ augentur , quod mate-
ria nunquam est eadem,forma tamen, quæ inest ei , una
& eadem existens,crescit ad maiorem molem:non aucta
inquantum est forma,sed quatenus quãtitate participat.
si enim definitiua ratio assumeret aliquam differentiam,
aut genus,esset usq; aucta forma,quatenus forma.nunc
autem hoc non accidit,quare non quatenus forma est
augmentationem continet,sed quatenus quãta facta est.
prȩterea,si quatenus forma est augeretur,multo magis se
parabilis forma augeretur:nam si illa non augeretur,nec
materialis:quare non quatenus animal;aut circulus, ne-
que quatenus caro,sed quatenus pedalis caro,aut peda-
le os,& omnino quantificata aliqua forma: nã eo quod
super maius subiectum explicata sunt hæc,ictirco auge-
ri dicuntur. Sed dubitauerit forte quis, non tantum ma
teriam eorum quæ augentur,non esse semper eandẽ pro-
pter fluxum eius & refluxum,uerum etiam nec formam.
si enim in materia,ut in subiecto,habet esse forma:impos
sibile est autem corrupto subiecto, id , quod in eo habet
esse,seruari:sic enim separabile esset,& non inseparabile
à materia:necesse est igitur,neq; formam eius quod auge
tur eandem seruari. Soluentes autem dubitationem dici
mus,quod si quidem congregatim uniuersa corrumpere
tur materia,uera esset dicta ratio:nunc autem per partes
effluit:& altera loco eius illico ingreditur : unde una &
eadem numero permanet forma . Fiat autem nobis per
exemplum sermo manifestus.sicut enim , si quis in secus
fluente flumine,umbram à corpore aliquo demissam in-
tellexerit,umbra quidem in subiecta aqua existens , una
est & eadem numero:aqua tamen non permanet una &
eadem:sed secundum partem hæc quidem effluit, illa ue
ro subingreditur.sic intelligere oportet & in forma ipsa,
materia quidem secundum partem mutata: ipsa uero ma
nente semper eadem secundum numerum:quoniã & co-
lores ipsi sæpe permanent,materia non permanente. neq;
enim ita secundum partem materia permutatur,ut simul
auferatur aliquid & formȩ.ut si statuæ nunc quidem pu
ta pes auferatur,quãdoq; uero manus, alias uero caput,
accidet enim hoc pacto in tempore statuã ipsam ex alia
aliam numero factam iri,non solum secundum materiã
& æs,sed etiam secundum indiuidualem figuram,& for
mam.non ita in augmentatione fit euacuatio materiȩ.nã
hoc modo totum debuisset mutilum fieri,quod factum
non uidemus.sed ut in dicto exemplo fluuii,quandoque
est amplior subingrediens aqua abeunte , quandoq; mi-
nor subingreditur ampliore defluente:fluuius tamen to-
tus,ut totus ipse sibiipsi continuus est,succedentibus sibi
continue aquæ partibus,& replentibus incessanter de-
fluentẽ locum,& interuallum intermedium nullum dere
linquentibus:sic quippe & in nostro accidit corpore,cũ
fiat tenuis undecunq; transpiratio ipsius materiæ, & re-
solutio:& si alicunde maior fiat,æquata statim per cõti
nuitatẽ ex circũcoeuntibus.siquidem secundum Hippo.
confluxus unus,conspiratio una,omnia cõpatientia sunt.
quare forma nihil patitur materia affluente,defluenteq;.
si enim materia non manente,etiam forma non maneret,
neq; etiã ipsum quod augetur permaneret , & alias aliud
secũdum numerum Socrates utiq; fieret.si ergo quousq;
fuerit hic homo,uerbi gratia Socrates, est idẽ secundum
numerum:materia autẽ non eadẽ:necesse est igitur & for
mam eandẽ esse. Verum nec materiam totam secundum
se totam tẽpore permutari possibile est , cum secundum
partẽ fluit:ita ut nullum corpus in nobis senio confectis
eius,quod erat in nobis ex prima compactione subiecti
permaneat.si enim hoc esset , possent utiq; & animalia
immortalia esse,materia semper pubescente nunc enim,
quia laborat ob tẽpus,non potest per uniuersum formã
seruare compositorum materia:laborat autẽ,quia patitur
ex potentijs contrarijs,quæ concordiam & tẽperiẽ per
uniuersum seruare non possunt:igitur non totam transpi
rare putandum est:sed huius solidiora magis eadẽ sem-
per numero permanere.unde & in carnibus, & ossibus ci
catrices,quæ ex uulneribus in iuuentute factæ sunt,uide
mus usq; ad mortẽ permanere.unde etiam ob hoc neces
se est & formam eandẽ numero permanere. Quod igi-
tur permanere ipsum auctum in materia quidẽ ueritatem
non seruatur,sed in forma manifestum est ex hoc,& unã
quamq; etiam partem eius,quod augetur,augeri in ma-
teria quidem impossibile est seruatum iri : sed in forma
possibile.materiæ enim cuicunq; parti additionem fieri
est impossibile:quoniam & corpus per corpus permea-
re est impossibile . formæ tamen quæcunq; pars maior
fit:æqualiter enim tota per totam quæcunq; pars maior
fit.etenim facies tota per totam æqualiter augetur,& hu
ius partes,scilicet oculus & nares,& aliæ : etenim quæ-
cunq; oculi particula,& reliquarum partium æqualiter
in magnitudinem crescit.Absurda quoq; omnia effugit.
quod non fiat augmentatio per incorporeum est manife
stum.sed etiã si per corpus fiat,nec uacuum erit,nec cor-
pus per corpus permeabit:non enim totum aduenĩẽs per
totum permeat,sed apponitur solum priori materia super
ueniens.& quemadmodũ in canali ex corio facto,aquæ
quidem appositio fit, & quæ subingreditur , apponitur
sola præexistenti,& propellente hac priorem se:sic ȩqua
liter ubiq; fit aquæ multiplicatio,& sic quæcunq; pars
canalis æqualiter extenditur,ita etiam in augmentatio-
ne accidit.nam sanguificato nutrimento per uenas quo
cunq; tracto,& circunfuso in unaquaq; cõsimilium par
tium,& natura cuiusq; partium condigerẽte hoc, & mu
tante in subiecti substantiam:sic augmentationem acci-
dit fieri.est enim & in ossium substantia,& carnis,& re
liquorum humiditas quædam ubique sparsa,& maxime
in substantia eorum,quæ augentur: hæc enim sunt humi
diora.sanguis igitur ab extra circũfusus cuicunque par-
tium apponitur humiditati huic,& propellens ipsam,uel
potius undecunque à partibus tractus secundum omnẽ
dimensionem,ampliorem facit,quæ condigesta à poten
tia nutritiua,mutatur in subiecti substantiam.quoniã igi
tur habet curam natura etiam de figura partium,amplio
re facta subiecta materia, superextendit huic æqualiter
unamquãque formarum:& ita quamcunque partem di
cimus augeri.sicut ergo circũferentia canalis multiplica
ta intus aqua secundum omnem sui partem æqualiter ex
tensionem recipit:sic & in his,quæ augentur,accidit ma
teria ampliore facta formas æqualiter super ipsam ex-
pandi.& quia appositio sanguinis secundum tres dimẽ-

siones fit, ob hoc etiam augmentatio fit secundum omnem dimensionem, quid igitur sit quod augetur. & quo modo fit augmentatio secundum Aristo. dictũ est. Sed dubitauerit forte quis aduersus dicta. primum quidem quomodo seruatur, oportere quod augetur adueniente aliquo augeri. si enim non per totum id quod augetur, procedit id quo augetur, scilicet sanguis, sed solum præexistenti apponitur: augetur autem quæcunque pars: nõ igitur uniuerso, quod augetur, aduenit: quia non cuilibet parti est appositus sanguis. Præterea, si non est materia, quæ augetur, sed forma, non igitur ei, quod augetur, accessus fit nutrimenti: sed aduenit alteri, alterum autẽ est quod augetur. Ad hæc autem dico non esse contrariã hæc his, quæ ab Aristo. dicta sunt. simpliciter enim sic dixit ꝙ oportet quod augetur adueniente aliquo augeri, et non dixit oportet formæ aduenire. quare aduenit quidẽ materiæ, quod aduenit, sed forma augetur. facta igitur appositione ipsi materiæ, & propulsione facta, accidit sub quacunq; parte formæ multiplicationem materiæ factã iri. Sed hoc ipsum rursus dubitatione dignum est, quo pacto propulsio aut tractio fit, & quid est omnino qđ propellitur, aut trahitur. ipsam enim carnẽ trahi, seu propelli impossibile est: dico scilicet compositum, sic enim accideret calcanei carnem, manus carnem factam iri, aut coxæ, aut alterius cuiusdam. si autem sparsam in ossibus, aut carne humiditatem, eandẽ ab apposito sanguine propelli dicunt, interrogabo quænam sit hæc humiditas: siquidem substantialis carnis humiditas, elementum ipsius est. quo pacto igitur possibile est non substinente tota carne propulsionem, elementare ipsius humidum, & cõpletiuum substantiæ propelli, ipsa prius non corrupta? si autem non substantiale est humidum eius hoc, sed ut id quo nutritur, & quod ex nutrimento aduenit, impossibile est hoc per totam esse carnem: quoniam enim est corpus hoc, & non qualitas, impossibile est hoc per totam carnem procedere: sic enim corpus per corpus permeabit. hinc quoq; accidet non quãuis partem auctam iri. si enim apponitur secundum quasdam partes sanguis, deinde ipsi sic mutato superexpanditur forma, totum quidẽ, ut totum maius fit, sed non quodlibet eius sensibile punctum, ut ipse dicit. sicut enim porta, aut mẽsa, si ab extrinseco ei apposita fuerint ligna: totum quidem maius factum est, non tamen quæcunq; pars mensæ augmentationem suscepit, & quemadmodum quadrato gnomon circumpositus totum quidem quadratum, ut totum auxit: non tamen quãcunq; præexistentis partium maiorẽ fecit, sed mansit spacium immutabile: sic proculdubio, et in his quæ augentur, si appositio materiæ facta est secundum quasdam partes, eodẽ modo quo dicta, accidet augeri quæ augentur. hoc autem est præter euidentiam. uidemus enim uere quãcũq; partẽ eius quod augetur, maiorem fieri. & forte augmentationem quidem in aliĵs dimensionibus possibile est seruare. eam uero quæ est secũdum longitudinem minime. sit autem sermo exempli causa in una parte, ut osse. hoc igitur sanguine non solum exterius circũfuso, sed etiam in profundum sparsim procedente, natura materiam ampliorem accipiẽs super expandit, extenditq; figuram ossis, & seruat eandem in maiori mole. quemadmodum si fistularem ceram intellexeris, deinde huic exterius ceram circunfusam: aut etiam in profundum ubicunq;, deinde ipsam aerem, aut flatu, aut aliquo alio modo tumefacientem fistulam, & latiorem facientem. manifestum est igitur quod in hac appositio nõ secundum omnem partẽ facta est: figuræ tamen auctio, non ut in quadrato, cui est gnomon circũpositus, perfecta est, sed tota in uniuersum secundum omnem partem fistula in maiorem molem aucta est. tale igitur etiã in natura oportet intelligere, quod ampliore materia ossi circunfusa, expandit natura totam per totam figurã, & nõ exterius ei appositionem fecit. augmentatio igitur in latitudine hoc utiq; modo potueris intelligi. Eam uero quæ est in longitudine, non est eodem modo possibile. quoniam enim fistularia ossa solidas habent delinentias, ubi & colligationes partium fiunt, quomodo crescit in longitudinem pars fistularis in osse. Si enim secundum finẽ longitudinis appositio fiat sanguinis, proculdubio in id quod est similis speciei cum subiecto, mutatio facta fuerit. quare solidæ ossium partes augebuntur, non tamẽ fistulares. si autem appositione facta in profundum ossis, sic crescit in longitudinem, aut secundum uniuersam circunferentiam ossis procedet sanguis ad profundum, aut non secundum uniuersam. si igitur secundum uniuersam, totaliter diuidetur os, & rursus augmentatio non erit cuiuslibet partis secundum longitudinem, sed quemadmodum si quadrato quadratum aliud apponat aliquis, facit totum altera parte longius, non aucto subiecto secundum longitudinem, sed uelut facta ei coniunctione, seu copulatione alterius similis in specie, hoc quippe & in ossibus accidet. quo pacto etiam & externa ossium solida augmentationem recipient. Si autem nõ uniuersæ circũferentiæ in profundum facta fuerit ossi appositio, sed secundum quasdam partes, non augebitur per totũ in longitudine, sed in quibusdam partibus. hoc autem est impossibile: diuelletur enim totum quibusdam quidẽ partibus ossis in longitudine auctis, quibusdam uero non. neq; enim possibile est naturam secundum longitudinem æqualiter extendere fistulares partes ossis, nõ præsubiecta materia extensibili. Præterea quo pacto omnino possibile est quãcũq; partem ossis in longitudine augeri dicere? nam eo quod ex magis conuexa minus conuexa fit pars fistularis ossis, augebitur utiq; omnis pars in latitudine æqualiter, sed in longitudine quo pacto seruabitur quãcunque partem augeri? sit enim quod per totum in longitudine circũponatur sanguis, & transformetur in ossis naturam: manifestum est itaq;, quod hic mutatus, appositus est, connatus ei, qui à principio fuit, & fecit totum maius secundum longitudinem, non tamen cuilibet parti est facta augmentatio secundum longitudinem. Eadẽ & de profundo utiq; dixerim. si enim nõ per totum profundum appositio sanguinis fit, sed secundum quasdam partes apponitur, quomodo quæcunque pars in profundum augebitur? sit enim aliqua caro digiti profundum, seu altitudinem habens, & adueniat huic aliquis sanguis & circunfundatur & spargatur in ea, manifestum est ꝙ non cuilibet eius parti, sed quibusdam est appositus. mutato igitur sanguine in carnis substantiam, quod quidem totum est factum maius, manifestum est. sed nunquid si sumpsero quasdam partes carnis secundum profunditatem, quibus non est appositus sanguis, maius ne dicam, & hoc factum esse? non certe. neque enim est circũposita ei materia aliqua, super quam forma sit expansa, sed eadem manet, quæ erat etiam à principio eodem modo etiam si secundum longitudinem aliquæ partes sumptæ fuerint, quibus non est appositus sanguis, idem certe accidet: neque enim auctum aliquid fuerit, cum nulla est appositio facta: sed quotumcunque quidem figuræ in maiorem tumorem eleuantur sphæricæ existentes, aut simpliciter rotundæ, hæc, eo quod magis minusue conuexa fiant, dicentur utique secundum omnem partem augeri, aut minui, ut iam dictum est: eo quod nulla sit pars, quæ non sit facta magis, minusue conuexa in quibus aũt non est figura rotunda, nescio quo pacto possibile sit dicere quamcunque partem horum augeri, cum non fiat cuicũque parti appositio.

Amplius autem quodcunque punctum sensibile, aut maius, aut minus factum esse, & neque uacuum esse corpus, neque duas in eodem loco magnitudines, neque incorporeo augeri. Assumenda autem causa, cum determinauerimus primum: unum quidem, quod ea, quæ sunt dissimilium partium, augentur, quia ea, quæ sunt similium partium augentur: com-

ponitur

ponitur enim ex his unumquodque : deinde quod caro, & os, & quæcunque talium partium duplex eſt, quemadmodum et aliarum in materia formam habentium: etenim materia dicitur & forma, caro, uel os. quácunque igitur partem augeri, & aliquo adueniente, ſecundum formam quidem contingit, ſecundum materiam uero minime.

Com. 95 Quoniam dixit punctum, recte addidit, ſenſibile, pro eo, quod eſt, non eſt adeo parua particula, ut puncti ad corpus rationem ſubeat, quod non eſt factum maius: fit autem maius quidem quod augetur, minus uero quod minuitur: poſtea dubitationum de augmentatione cauſam ait aſſumendam eſſe. cum enim dixerit & quid eſt quod augetur, & quomodo augetur, ſolutas habebit de augmentatione dubitationes. cauſa igitur, inquit, augmẽtationis de ipſa dubitationes ſoluet. ſed antequã hoc dicatur, prius inquit quædam, quæ ad ſermonem de augmentatione nobis erunt utilia determinauiſſe opus eſt. Primum igitur antea determinat, ad eorum, quæ ſimiliũ ſunt partium augmentationem, & quæ ſunt diſſimilium augeri. non enim faciei addicione facies augetur, neq; manus, manus: ſed eo ꝙ caro, & os, & neruus, & omnia ſimpliciter ſimilium partium augentur. ita accidit his augmentatis, & quæ diſſimilium partium augeri. quemadmodum enim quæ ſimilarium materia, diſſimilariũ ſunt: talis enim ſimilarium compoſitio diſſimilaria facit: merito igitur contingit ſimilaribus adauctis, & quæ ex his compoſita ſunt aucta eſſe. Recte autem hoc antea determinauit. quoniam enim oportet quod augetur permanere, oportet primo ſcire quæ nam proprie augentur, ut de ijs quæramus ſi uere permanent, & quo pacto permanent. etenim ſi ſimile factum quod auget ei quod augetur, adiicitur, ut ipſe dicet, quod uero augetur fuerit facies, & nutrimẽtum utiq; facies factum adduceretur. hoc autem eſt inconueniẽs: os uero, & carnem, fieri dicere nutrimentum nullum inconueniens. hoc igitur primum. Secundum autem eſt eorum, quæ antea determinat, ſingulum materialium dupliciter dici, quandoq; quidem ſecũdum materiam, quandoq; uero ſecundum formam. carnem enim quandoq; ſecundũ ſubiectum uocamus, quandoq; uero ſecundum formam. uocamus autem quãdoq; & ex utroq; compoſitum carnem, & os : ut eum dixerimus paſſam eſſe carnem, aut factum eſſe os : planum ꝙ ex materia, & forma compoſitum dicimus. ſed hoc ut notum, & nihil ipſi in præſentia conferens prætermiſit. attamen quod determinatum eſt ab ipſo omnem ſoluet dubitationem. ſi enim quando carnem auctam eẽ dicimus, didicerimus qualem dicimus, ꝙ eam, quæ ſecundum formam & non eam, quæ ſecundum materiam, dubitationes omnes ſolutas inueniemus. ſi enim materiam, inquit, dixerimus augeri, neq; dubitationes effugiemus, neq; inexiſtentia augmentationi ſaluabimus. neq; enim manet eadem materia, neq; ipſius quodcunq; maius fit. ſi uero formã dixerimus augeri, omnia ſeruabimus: manet enim eadem forma: non enim eſt carni ſecundum formam eſſe, in eo ꝙ tãta, ſed in eo ꝙ talis ſit. dicimus autem & de reliquis. non autem formam ſeorſum à materia ſeruari dicit: hoc enim impoſſibile: ſed quoniam forma ipſa ſeruatur, ſiue amplior, ſiue minor materia fuerit : materia uero non amplius eadem manet, ſi quandoq; quidem maior, quandoq; uero minor.

Tex.c.36 *Oportet enim intelligere, quemadmodum ſi quis menſurauerit eandem menſura aquam, ſemper enim alia, & alia eſt, quæ fit, ſic etiam augetur carnis materia : & non omne cuicunque adijcitur, ſed hæc quidem defluit, illa uero aduenit :* Tex.c.37 *figuræ autem & formæ cuicunque parti. In his autem, quæ diſſimilium ſunt partium, hoc magis patet, ut in manu, quoniam proportionaliter aucta eſt: materia enim altera exiſtẽs hoc in loco manifeſta magis eſt ipſa forma, quàm in carne, & his quæ ſimilium partium: quare & mortui magis uidebitur adhuc eſſe caro & os, quam manus, & brachium. quare partim quidem quælibet carnis pars aucta eſt, partim uero non: ſecundum formam enim cuicunque acceſſit, ſecundum materiam uero, minime.*

Com. 96. Mẽſuram quidem formæ aſſimilat, materiam uero ei, quod menſuratur. exemplum autẽ non aſſumpſit ad augmentationem, ſed ut oſtenderet, quid eſt quod manet, & quid quod fluit. quemadmodum igitur in ijs quæ menſurantur, ſecundum menſuram eadem ſunt, quæ menſurantur, ſecundum ſubiectum uero & materiam non eadẽ: ita ſe habet & in ijs quæ nutriuntur, augenturq;. ſecundum menſurans quidem, & terminans, (hoc autem eſt forma) eadem ſunt: ſecundum materiam uero interdum diuerſa. ꝙ ſi intellexeris extenſam menſuram, & quandoq; quidem quod menſuratur maiorem, quandoq; uero minorẽ ſuſcipere, accommodabitur & in augmentatione exemplum. ita enim & augetur carnis materia, & non cuilibet omnia aduenit, ſed hoc quidem defluit, illud uero accedit, & non permanet eadem. quemadmodum neq; aqua, quæ in menſura eadem eſt. ſed hæc quidem defluit, illa uero ſubingreditur, & non toti præexiſtenti apponitur adueniens: neq; enim permanet, ſed ſecundum aliquam partem apponitur. cum igitur pluris fuerit, quæ ſubingreſſa eſt, quàm quæ defluxerit, tunc ait, carnis materia augmentata eſſe dicitur, manifeſtum autem ꝙ nomine augmentationis abuſus eſt. additio enim talis res eſt, nõ augmentatio. neq; enim augmentationis proprietates ſeruantur. nõ cuicunq; igitur inquit parti materiæ fit appoſitio, per totum enim caro tumeret. Figuræ uero dixit, id eſt per menſuram. hoc enim exemplo, & ſimilitudine mẽſuræ in augmentatione uſus eſt. figuratur autem menſura ab eo, quod menſuratur, ut in pluris materiæ tranſitu ſimiliter ſuperextendatur uel figuræ dixit, quoniam unumquodq; eorum, quæ augentur, cum ſint ſimilarium partium, natura figuram aliquam propriam habent. ita enim & cum his ipſis eſt eſſe: alia enim eſt tali, alia uero cruris figura. ut igitur à principio cum propria figura generaſ, ita & quando augetur eam figuram conſeruando augetur. non poſſet autem alio modo in augmentatione eadẽ eius figura ſeruari, niſi omniquaq; ſimiliter augeretur. Quod autem eorum, quæ augẽtur, quælibet formę pars augetur, manifeſtius ex his, quæ diſſimilium ſunt partiũ perſuadet. uidentur enim ea, quæ ſunt diſſimilium partiũ, manifeſtiorem oſtendere ſecundum materiam, formamq; differentiam. & magis ea, quæ diſſimilium partium ſecũdum formam figurantur, manifeſtiores enim formarum habent operationes: uerum ea quæ ſimilium partium, nõ adeo manifeſtam materiæ à forma diſtinctionem habẽt. & hoc ex defunctis perſuadet: defuncti enim manũ nullus unquam dixerit proprie manum eſſe, niſi ut lapideã, uel depictam: non enim facit manus opus. carnem tamẽ, & os etiam uidemus eandem eſſe, qualis erat & uiuẽtis, quia non manifeſtæ ſunt horum operationes. quoniam ergo manifeſtiores ſunt diſſimilariũ formæ, manifeſtius in ipſis licet inſpicere, & formam eſſe, quæ augetur, & quãcunq; eius partem æqualiter augeri. cum enim dixerimus manum, aut faciem auctam eſſe, non manus materiam, ſed formam dicimus. manus enim, & reliqua formã magis quam materiam repreſentant, & faciem augmentatam eſſe dicentes, non magis naſum, quam oculum dicimus, ſed æqualiter unaquæq; faciei particularum augetur. ſed & uniuſcuiuſque particulæ æqualiter particulæ augentur: æqualiter enim totus naſus augetur, ſimiliter & manus unuſquiſq; digitus, & cuiuſcunque digiti unuſquiſque nodus. quoniam igitur caro dupliciter dicitur, & ſecundum materiam, & ſecundum formam, ſecundũ materiam quidem non quodcunque carnis auctum eſt, ſecũdum uero formam quodcunque auctum eſt.

Maius tamen totum factum eſt, adueniente quidem ali- Tex.c.38

quo, quod uocatur nutrimentum, & contrarium, mutato autem in eandem formam: ut si sicco adueniret humidum, adueniens autem mutaretur, & fieret siccum, est quidem ut simile
Tex.c.39 *simili augetur, est uero ut dissimili. Dubitabit autē aliquis quale nam oportet esse quo augetur, manifestum utique quod potentia illud. ut si caro potētia carnem actu: alterum igitur, corruptum autem hoc caro factum est. igitur non ipsum per se: generatio enim esset, non augmentatio, sed quod augetur in hoc.*

Com. 97. Cum dixisset de eo, quod augetur quod nam est, q. s. non materia, sed forma, nunc uult & de augmentante dicere quod nam est. necesse autem hoc uel corpus esse, uel incorporeum. quod igitur non incorporeum, sed corpus iam demonstrauit, nunc uero quale corpus sit, quærit, utrum simile ei quod augetur, aut dissimile & contrarium. & inquit partim quidem ei, quod augetur esse simile, quod augetur, partim uero dissimile, contrariumq;: potētia enim simile, actu uero contrarium. quoniā enim quod alicuius similis additione augeт: carnē enim carne oportet auctam iri, & os osse: ob hoc necesse est simile esse q augеt ei, quod augetur. sed quoniam rursus nutrimētum ab eo quod nutritur, & augetur, pati necesse est: patitur autem non simile à simili, sed contrarium à contrario: ob hoc rursus oportet nutriens, & augens contrarium esse ei quod augetur & nutritur. quare si oportet augens pati ab eo quod augetur, & sic mutari in illius substantiā, necesse est potentia quidem esse simile, actu uero contrarium. nutrimentum igitur cum sit potentia ei, quod nutritur, & augetur, simile ipsi appositum, & ab ipso passum, quod erat potentia (erat autem simile) hoc actu genitū, & assimilatum, nutrit, augetq; carnem, & os, & aliorum singulum: mutatur autem nutrimentum non ipsum per se, neq; seorsum ab eo quod nutritur, & augetur existēs: non enim caro cum carni accesserit, sic ipsam nutrit, & auget: si enim antequam nutrimentum ei quod augetur apponeretur, in illius substantiam mutaretur, generatio magis tale non augmentatio esset: sed oportet nutrimentum prius cum eo quod nutritur mixtum esse: deinde ab illo, cum passum fuerit in illius substantiam mutari. quēadmodum enim si ardenti igni ligna imponeremus, passa deinde flammam augerent, tunc dicimus ignis augmentationem esse genitam. quod si ad extra accenderetur lignum, deinde apponeremus alteram flammam cum tetigerit, generationem, & additionem, non augmentationē genitam esse ignis diceremus. itaq; quoq; & in his quæ augentur se habet: siquidem mutatum nutrimentum in carnem ita carni appositum fuerit, generatio, & additio, non augmentatio carnis erit. nunc uero hoc non fit: sed prius apponitur subiecto nutrimentum: deinde in illius substantiam ab eius natura mutatur. In eo uero { Dubitabit autē aliquis } illud { Autē } pro eo quod est { Enim } intelligendum est. tanquam enim, cum iam soluisset dubitationem, ita hoc induxit. Cum enim dixisset, quod id q auget, partim quidem ei quod augetur est simile, partim uero dissimile, potentia quidem simile, actu uero dissimile: & cum soluisset quæsitum, sic dubitationem induxit, quasi diceret. etenim dubitare aliquis posset, quale nam oportet esse quod auget, utrum ei quod augetur, simile, an dissimile. deinde tanquam quod ex dictis iam dubitationem solueret, intulit, manifestum itaq; quod potētia, hoc est manifestum ex iam dictis. si uero potentia illud est, planum quod actu aliud quid erit, sed non quoduis: non enim quoduis à quouis patitur, sed contrarium a cōtrario, quatenus enim subiecti contrario participat nutrimentum, eatenus ab ipso patitur, deinde inquit quod potentia alicui simile, ut actu fiat simile, oportet corruptum iri, & quod quidē prius actu erat abiicere, hoc uero actu fieri, quod tunc erat potentia. si igitur oportet quod auget corruptum ei quod augetur, simile factum esse, non oportet ipsum per se corruptum esse: generatio enim tale, non augmentatio. & simul per hæc differentiam generationis, & augmentationis nobis tradidit, quod generatio quidem mutatio est ipsius materiæ per se, augmentatio uero mutatio materiæ eius, quod augetur, non ipsius per se, sed in eo quod augetur mutatæ. ipsum igitur, inquit, quod augetur, hoc mutatur: in generatione enim ipsa per se materia ex non ente in ens mutatur, in augmentatione uero quod augetur, apposita materia mutatur: cum scilicet à naturali ipsius potentia passa fuerit: & hoc facta, quod illud est. simul igitur materia, cū ab ipso passa fuerit, in ipsum fuit mutata: & illud ob hoc in maiorem magnitudinem mutatum est. non igitur sine generatione neque augmentatio: sed quoniam non per se materia mutatur, sed in eo facta et assimilatur, incrementum magis ipsius formæ, & augmentatio, non generatio dicitur: non enim non ens fit, sed ens ad maiorē crescat magnitudinē.

Quid igitur patiens ab hoc auctum est. An mistum. quemadmodum uino si quis infunderet aquam, hic autem posset facere uinum quod mistum est. & quemadmodum ignis, cum tetigerit combustibile: ita in eo quod augetur, & existente actu carne, quod inest augmentatiuum adueniente potentia carne, fecit actu carnem. igitur simul existente, namque si seorsum, generatio. est enim sic facere ignem ad existens apponentem ligna. sed sic quidem augmentatio: cum uero ipsa ligna accensa fuerint, generatio.

Cum dixisset de eo quod augetur quidnam est, similiter autem & quod auget, dicit modum, quo fit augmentatio. oportet enim, inquit, misceri augens & auctum. mistum enim augens aucto: & mutatum à naturali potentia eius quod augetur, in substantiam eius quod augetur, sic facit augmentationem. sicut si quis in dolium uinum habens, quod uim habeat mutandi, & assimilandi omne infusum sibipsi, infundat aquam. mista enim aqua, & mutata à potentia uini in eius substātiam, auxit uini quātitatem: & in maiorem molem mutauit. & quemadmodū ignis tangens ustibile, mutauit ipsum in suipsius substantiam, & ita maius ab illo factum est: sic quippe & in his quæ augentur se habet. simul quoq; per hæc & causam augmentationis effectiuam assignauit: nutritiuam; scilicet & augmentatiuam animæ potentiam. manifestū autem est q non, quia quælibet pars argumentabilis augetur, oportet & augens toti mistum pertransire. aut enim uacuum erit totum, aut corpus per corpus permeabit: sed sufficit secundum aliquam partem facta appositione, secundum totum augmentationem factam iri. sicut & euacuatum undecunq; corrugatum uidemus. & si euacuatis propinquis partibus, non simul omnibus. ut & in his, in quibus inciditur uena, se habet, eo q trahitur ad euacuatam partem totius corporis sanguis. sic profecto & in ijs quæ augentur, appositione secundum aliquas partes facta, fit appositio omniquaq;, eo quod aduenit propellente id quod est ante ipsum, non permeante per ipsum. ut in canali se habet, qui coextēditur ampliori aqua. nā in uniuerso corpore coosperſa est humiditas quædam nutritiua subiecti, & nata mutari in substantiam illius. nutrimēto igitur humido existente, & misto præexistenti in corpore humiditati, accidit per proportionem omniquaq; ipsam crescere non penetrante illa omniquaq;, sed propellente priorem se, & illa rursus priorem se. & sic materia ampliore facta, ubiq; ad maiorem tumorem crescit forma: unaquæq; enim pars cum propria figura habet esse, quæ ubiq; materia multiplicante, crescit ad maiorem tumorem. ut enim à principio cum propria figura unāquāque partium natura fecit subsistere, sic cum hac prouidētiam, & custodiam habet ipsarum, q igitur forma secundum figuram, secundum quālibet partem æqualiter nutritur, & augetur, nutritione quidem existente formæ permansione, extensione autem ad maius quantum augmentatione

Com. 98.

tatione

tatione ipsa, ita procedens sermo recte declarauerit. Sed de forma substantiali, ut carnis, quatenus carnis, & ossis: quo pacto seruatum fuerit nutriri formas has, uel augeri? si enim quæcunq; carnis pars est formata, quod autem nutritur, & augetur, corpore nutritur, & augetur, quo pacto seruabitur totam per se totam nutriri carnem? si enim oportet ei quod nutritur, apponi nutriens: partes igitur quibus non est appositum, non nutrientur: impossibile est autem cuilibet esse appositum: non igitur quæcunq; pars nutrietur, & augebitur. Quo pacto etiã quæcunq; pars formæ carnis augebitur? tota enim ut tota minime. neq; enim cuicunq; parti carnis appositio maior facta est: unaquæq; tamen pars materię facta est: in quo autẽ nõ est facta appositio materiæ, neq; utiq; mutatio in simile facta est: quare neq; in maiorem molẽ extensio. Ni forte autẽ oĩno non est dicere nutriri, & augeri tale formã, sed solũ ampliorem fieri. s. n. nutritur, & augetur corpore, cũ illud mutatue in illius substantiã: corpus autem per corpus impossibile est procedere: aliud itaq; erit quod fit simile ei, & connatum. nõ tamen quod præexistebat accepit aliquid ab adueniente, neq; formã aliquã, neq; magnitudinẽ. & si unaquæq; partium carnis ex materia, & forma est, forma in materia habẽte esse, manifestũ profecto q materia fluente ipsius carnis, commeat & forma in illa esse habens. nõ. n. separata materia remanet indiuisibilis forma, quæ in illa subsisteterat. si autẽ cõmeat forma cũ materia, & unaquæq; partium carnis, & reliquorũ huiuscemodi est, quod nõ permanet sub nutrimento nõ nutrietur, neq; augebitur: manerit autẽ appositũ est q fit. Nisi quis secundũ qualitatẽ nutriri dicat carnẽ & reliqua, nutrimento ipso appositione roris secundũ qualitates, & humefaciente & calefaciẽte iuxta posita corpora. Sed hoc pacto nutritio quidẽ carnis, & reliquorũ seruata fuerit, augmentatio uero minime. nã id q qualitate sola humefacit, aut calefacit, nõ facit maius secundũ magnitudinẽ patiens ab eo, sed solũ secundum qualitatẽ alterat ipsum. quare in forma substantiali quãcunq; partẽ augeri nõ possumus dicere: tota enim maior facta est, sed nõ unaquæq; pars: non. n. cuilibet est facta appositio, & mutatio: magis autẽ in nulla, sed appositio solũ & unio: sicut si aqua aquæ unita fuerit. nequaquam igitur oẽm partẽ maiorẽ fieri, & nutriri uerũ est, ita dictũ, ut ipsa secundũ se quælibet minima pars nutriatur, & augeatur: sed queadmodũ cuicũq; parti fit additio nutrimenti, sed propter totius continuitatẽ toti apponi dicitur. & ita cũ totũ factũ est maius, quia totum constat ex omnibus partibus, merito & partiũ unaquæq; simul cũ totalitate extendi dicitur: cũ sic & totũ nutriatur, & sui seruet speciem & ideam: & sic pars carnis, & reliquorũ nutriri dicitur, cum totum ipsum conseruetur.

Tex. c. 40 *Quantum autem uniuersale quidem non fit: sicut neq; animal, quod neq; homo, neq; singularium, sed quemadmodũ hic uniuersale, & ibi quantum. caro igitur, & os, uel manus, uel nerui, & horum ea, quæ sunt similium partium, aduenięte quidem aliquo quanto, sed non carne quanta.*

Com. 99. Quoniã augmentatio est generatio quanti, dixit autẽ augmentationẽ corpore fieri, & nõ incorporeo: ne quis dicat q si omne quod fit, ex nõ tali fit, oportebat & quãtũ ex nõ quanto fieri: nunc autẽ accidit quantũ ex quãto fieri: materia enim eius quod augetur, est actu quãta. dicit ergo ad hoc q si quidẽ esset uniuersaliũ generatio, oportuisset uere quod fit quantũ aliquod ex non quanto factum fuisse: quoniã uero neq; quanti uniuersalis est generatio, neq; alius alicuius uniuersalis, nullũ est inconueniens quod fit quantũ ex quanto factum esse. nam aliquod quantum ex aliquo quanto fit, ut & aliquod animal ex aliquo animali. nullũ. n. uniuersale habet esse per se, sed in singularibus habent esse. quantũ ergo quod fit, est aliquod quantum, ut quanta caro, aut os quantũ. nõ est ergo mirandum, quantam carnem ex sanguine quãto fieri, & alio aliã: & q quidẽ uniuersaliũ nullũ generatur quia neq; subsistit aliquod uniuersaliũ per se, manifestũ est. Nunc autẽ nõ ob hoc ex non quanto quantum fit, etenim cum nec uniuersalis homo generetur, nec uniuersale animal, tamen ex non homine fit homo & ex nõ animali animal: semẽ enim non est animal, nec homo, nec ẽt ex aliquo non homine, aliquo autẽ homine, sed simpliciter ex non homine, & simpliciter ex non animali. non sic autẽ & in quanto se habet. non enim ex simpliciter non quanto quantum fit, sed ex aliquo quanto quantum aliquod. quare habet differentiã ad reliqua. nã semẽ cũ nõ sit animal, fit animal: & cũ nõ sit homo, fit homo. nõ tamen cũ non sit quantũ aliquod, fit quantũ: sed cũ sit omnino aliquod quantũ, fit aliud quantũ. huius autẽ causa est q animal, ut animal, nõ est immutabile, neq; aliquod aliorũ huiuscemodi: sed quantum ut quantũ immutabile est: qm̃ & corpus ut corpus immutabile est. neq; enim ut corpus mutatur, sed ut aer, aut ignis, aut aliquid taliũ. huius autem rursus causa est, q ut materia propinqua substrata est formis ipsis omnibus, corpus trifariam dimensum. propter quod dixit caro quanta fit, & os quãtum. non simpliciter autem quantum, sed fit quanta caro, quãto aliquo adueniente, quod est potentia caro. non tamen quanta carne: non enim ab extrinseco caro fit, deinde apponitur, sed prius appositum ita fit caro.

Quatenus igitur potentia compositum ex utroq;, ut quanta caro, sic quidem auget: etenim quantam oportet genitam esse, & carnem: quatenus autem solum caro, nutrit. hac enim differunt nutrimentum, & augmentatio ratione: quapropter nutritur quidem, quousq; saluum fuerit & si diminuetur, augetur autem non semper. Et nutrimentum augmentationi idẽ quidem, esse autem aliud. quatenus enim est adueniens potentia quanta caro, eatenus quidem augmentatiuum est carnis: quatenus autem solum potentia caro, nutrimentum. hæc autem forma sine materia, ut materialis potentia quædam in materia est. si uero aliqua aduenerit materia, existens potentia immaterialis, habens & quantum potentia, hæ erunt immateriales maiores. Tex. c. 41

Cum dixisset quõ fit augmentatio, & quid est quod augetur, & quo augetur: nunc uult tradere differentiã nutritionis, & augmẽtationis: & cur nutrimur semper quoad uixerimus, & minuimur: augemur autẽ non semper. dicit igitur quod adueniens nutrimentum, siue panis sit, siue caro, siue aliud quodlibet, est quidẽ potentia id cui aduenit: ut uerbi gratia caro, habet aũt & quantũ quoddã. est igitur & potentia caro, & potentia quanta caro. cum igitur si ambo potẽtia, cum quidem permutata fuerit ad actum: si quatenus caro operabitur, tunc nutriet solũ, nõ autem augmentabit. est enim nutrimentum formæ custodia: augmentatio autẽ huius extensio ad maiorem magnitudinem. quare nutritio, & auctio subiecto quidem sunt idem, cum sint unum subiecto nutriens, & augens, sed est ratione diuersum: aliud est enim ei esse potentia carnẽ, aut os, & aliud tantum esse. nutritionem autem, & augmentationem dicit & nutritiuum & augmentatiuum. hoc igitur cum sit subiecto unũ utrasq; habet facultates, & cũ secundum utrasq; operatus fuerit, & nutrit, & auget: cũ uero secundum alteram, nutrit solum, non autem auget. quapropter nutritur quidem quoad fuerit, & quando diminuatur: augetur autem non semper, quia tunc ut potẽtia caro operatur nutrimentum, ut uero quanta minime. cum enim plus fuerit quod deffluit, quàm quod ingreditur, non amplius secundum quantum operatur. non dicit autem quod non addat semper secundum quantum aliquid nutrimentum ei, quod nutritur secundum formam: sed hoc inquit non operari secundum quantum fit, eo quod non possit eon magnitudini additionem aliquam fecisse, pluri existente defluxu, uel etiam æquali. cum Com. 100.

enim æquale fuerit quod defluit cum eo quod ingreditur nutrimentum quidem fit, auctio uero & minutio non fiunt: cū autē plus ingreditur quam exeat, nutrimentum & auctio: cum uero minus nutrimentum, & diminutio. etenim minori facto quanto seruatur forma: quoniā carnis forma non est in tanto, sed in tali esse. una igitur cum sit subiecto caro, habet & aliquam formam habet etiam quantum: est enim potentia caro. quatenus igitur potentia caro est, tatenus nutrit, quatenus uero quāta, tatenus auget. non dicit hoc quod potentia sit quantitatem habens, sed quod est totum hoc, potentia quanta caro: hęc autē forma sine materia. quare ueluti uis quædam immaterialis in materia est: qm̄ nutrimentū cum nutrit solum, non autē auget, secundū solam formam operari dicebat: non autem secundum quantitatem in qua habet & esse: magnitudo enim substernitur ut materia formis. Ne autē suspiceris quod uere separatū à materia ita operetur: qd' quidem est impossibile, hoc ipsum distinguit, quod propria ratione immaterialis existens potentia in materia habet esse. cum materia igitur existens non operatur secundum materiam, cum nutrit, & non auget. Aut ut Alexander dicit, dictum hoc { Hæc autem forma sine materia } æquale est illi, nutrimentum cum nutrit & non auget, seruat formam absq; appositione materiali { Si autē aliqua adueniat materia. } hic suppunctuandum est. uult autem & per hæc declarare quo pacto adueniens auget. dicit ergo quod si materia aliqua adueniat, hoc est nutrimentū aliquod potentia immateriale existens, hoc est potentia habens carnis formam, aut ossis, aut simpliciter eius qd' nutritur. habens autem & quantum potentia, hoc est potentiā apponendi aliquid secundū quantū ei quod nutritur, tunc quibus aduenit talis materia maiores immateriales erunt, hoc est augebuntur secundū formam, & ad maiorem crescent magnitudinem, quod est & nutriuntur simul & augentur. nam ut diceret ꝙ erunt maiores secundum formā: hoc enim est quod augetur, dixit quod erūt maiores immateriales. potentia autem quātum dixit hoc est tantum, & augmentatiuum potentia: omnino enim adueniens nutrimentum quantum est actu, ut demonstratur, sed non est omnino tantum, ut uim augendi habeat.

Tex. c. 42 *Si uero non amplius facere posit, sed ueluti aqua uino semper pluris mista, tandem aquosum facit, & aquam, tunc diminutionem facit quanti, forma uero manet.*

Com. 111. Cum dixisset quid sit augmentatio, dicit etiam quid est diminutio. dicit ergo quod cum ingrediens nutrimentum superauerit, & circūuenerit augmentatiuam potentiam: hæc uero fuerit ei minuta, deuicta ab adueniēte materia, ut in non digerentibus: tunc erit diminutio quanti: eo quod materia quidem natura fluit: adueniens autē nutrimentum non apponitur æquale defluenti ob imbecillitatem potentiæ, cum nutrimentum sit factū fortius quā ut posit pati, quantum est opus à potentia alteratiua & assimilatiua subiectis. ideo nutritio quidem fit, permanet enim forma, sed eo quod sit plus quod defluit eo quod apponitur, accidit & minutionē factā esse. Manifesto aūt exēplo usus est ipsius aquæ infusæ in uinum, & à principio quidē patientis magis à uino quā agentis in ipsum. tandē uero cū multiplicata est aqua debilitatis ipsa uini potentia, & potius ab aqua patiente quàm agente in ipsam. non est autem in omnibus conueniens exemplū: nā per potentiæ diminutionem erit conueniens diminutioni: diminuta enim & ibi nutritiua potentia, & minus apponente eo, quod defluit, fit diminutio: quatenus uero infusa aqua uino fit amplius quantum, secundum hoc non est conueniens exemplum de diminutione: nam ibi cū potentia etiam quantum diminuitur. solius ergo debilitatis potentiæ est exemplum. laborat autē continua operatione: est enim cū corpore operatio potentiæ in quo & esse habet. laborans autem non potest amplius appositiones facere ei quod nutritur secundum quantitatem, cum parua fiat alteratio, sed nutrit solum: ampliori ergo facto defluxu fit minutio eius: & maxime eius, in quo primo est potentia: hæc. s. calidi, humidi. quod enim est primo particeps augmentationis in extensione, quia habet in seipso nutriens, etiā particeps est debilitatis eius primo, & uincitur diminutū propter minorē nutrimēti appositionē à cōtrarijs potētijs, frigida, & sicca: quatū uictoria fit seniū.

Quoniam autem primum oportet de materia, & uocatis elementis dicere, & si sunt, & si non, & utrum sempiternum unumquodq; aut fit aliquo modo, & si fit, utrum ex se inuicem fiant omnia eodem modo, aut primum unum ipsorum est, necesse utiq; prius dicere, de qbus indeterminate dicitur nūc. omnes enim & qui elementa generant, et qui ea, quæ ex elemētis, disgregatione utuntur, et congregatione, et ipso agere, et pati. est autem congregatio mistio. Tex. c. 43

Cum confutauisset falsas antiquorum de generatione opiniones, & dixisset uniuersaliter de generatione, & distinxisset ipsam ab alteratione, & mutatione secundū locū, & dixisset quid est augmentatio, & quid quod augetur, & quo augetur, & quis modus, quo augentur quæ augentur: deinceps ab hoc loco consequens erat dicere de generatione eorū, quæ singulariter generantur, ut de his, quæ in sublimi fiunt, de plātis, animalibus, metallis. sed quia disputaturū de generatione singularium oportet prius de proxima cuiq; generationi materia pertractare; ut quæ nā sit sublimibus subiecta materia, quæ nā metallis, & reliquis similiter: nā quemadmodū sermonē de naturalibus omnibus, præcedit sermo de materia simpliciter, quæ omnibus cōmuniter naturalibus subijcitur, de qua in libro Physicorum edocuit: ita & particulariū generationē, & subiectam singulis ipsorum materiam præcedere oportet sermonē de materia uniuersali eorū, quæ simpliciter generantur: hæc uero sunt ipsa elementa: erat igitur necessarium præassumere sermonē de elemētis. nisi enim quis cognouerit quæ nam, & quot & qualia sint ipsa elementa, nunquam poterit propriā cuiusq; materiā inuenisse. communiter enim hæc post primam materiam omnibus subijciuntur, & sunt materia corporea communiter omnium, quæ generantur. propter hoc primum de ipsis proponit sermonem, an sint elementa eorū, quæ generantur, quatuor hæc uulgatissima, necne: & an sint generabilia hæc, aut ingenerabilia, & immutabilia, ut uisum est Empedocli: & si generabilia, an ex se mutuo aut ex altero quodā: & si ex se mutuo, an similiter omnia in omnia mutantur, aut est aliquod ipsorū primū, ex quo cætera mutantur, ut materia cæteris subiectū: ut uidetur Thaleti quidem aqua, aer uero Anaximeni, Heraclito autem ignis. quæret etiā an quatuor sint numero, uel plura. & ostendet ꝙ sint quatuor tantū. & omnis in his terminabitur propositus tractatus. & ita deinceps in sequētibus tractatibus de his, quæ particulariter fiunt, faciet sermones: in opere quidē Meteororū de his, q̄ in sublimibus, in opere uero de Animalibus de generatione animaliū, & de reliquis similiter. iā ēt in negocio de Cœlo inquisiuit de elemētis, & demonstrauit ꝙ ordine primus est de elemētis sermo, & præterea ꝙ nec ingenerabilia sunt, nec incorruptibilia, & ꝙ nō ex alio quodā subiecto fiunt, nec sunt infinita, sed finita. quot tamē sint, aut quo pacto ex se mutuo fiunt hæc, in illis supersedit, distulitq; in hoc loco dicere de his. Est igitur propositū ostēdere de elemētis qualia & quot numero. & ꝙ ex se mutuo est eis generatio, & quis ē modus generationis eorū ex se, mutuo. Cū uero quædā sint q̄ sermonē de elemētis præcedunt, quibus nō dearticulatis impossibile est facile procedere sermonem de elementis, de illis proponit primum dicere. Sunt autem tria hæc, quid est mistio, quid agere & pati. quid tactus. Quod uero necessarius sit de his sermo disputaturo de elementis, & ex ipsis antiquis astruit. omnes enim qui & unum, & plura elementa dicunt, utuntur agere ipso & pati, & congregatione, & disgregatione.

difgregatione.nam & qui dicunt unum elementũ,& hu-
ius congregatione,fegregationeq́ȝ cætera dicunt fieri,ip-
fo agere,& pati utuntur:nam fegregari,& congregari pa
ti quoddam eft.fi autem eft patiens, neceffe eft omnino
& agens effe.fimiliter & plura,& qui mutabilia, & qui
immutabilia ipfa dicunt,& eos quidem,qui mutabilia di
cunt,manifeftisfimum uti ipfo agere & pati.agẽtia enim
inter fe,& à fe mutuo patientia,fic mutationem mutuam
faciunt. Empedocles quoq; immutabilia dicens, utitur
agere ipfo & pati.nam & fi fecundũ mutationẽ fubftan
tiæ nõ patiantur,faltem congregationẽ difgregationẽq́ȝ
fuftinent,faciente hæc ipfa lite,& amicitia.quare neceffa
rius eft de elementis difputaturo de agere, & pati fermo.
qũo enim oĩno fciemus an impasfibilia fint necne,hoc ip
fum ignorantes quid fit agere, & pati? Sed fi de agere &
pati neceffe eft dicere,manifeftum, inquit, eft ꝙ neceffe
eft de miftione difputaffe.nam agentia,& patientia necef
fe prius eft inter fe mifceri:neq́ȝ enim cũ corpora fint, &
abinuicem diftent,unquã inter fe egerint, aut paffa fue-
rint.& ꝙ neceffe eft his,qui dicunt congregatione,& fe-
gregatione generationẽ fieri miftionẽ affumere:nã cõgre
gatio eft miftio.Si ergo de miftione oportet pertractare,
proculdubio & de tactu tractandũ eft.quæ enim mutuo
mifcentur,oportet fe prius mutuo tangere.quo pacto.n.
mifta fuerint,quæ nõ fe tetigerint? quapropter ad fermõ
nẽ de elementis neceffarius eft fermo de agere,& pati,&
ad hunc fermo de miftione.oportet enim agentia, & pa-
tientia inter fe mifta iri.& ad hunc fermo de tactu. qũo
enim mifta fuerint,quæ non fe tetigerint? quare neceffa-
rius eft de tactu,de miftione,de agere, & pati,fermo.præ
terea quoq́ȝ inquit neceffario determinaturus fermonem
de his,qm̃ ufi his naturales Philofophi qui nos præcef-
fere,nullũ fermonẽ de eis fecerunt,quidnam fingulũ ipfo
rũ fignificet:fed ipfa ita indeterminate permifcent.de his
ergo primũ fermonẽ facit,& primo de tactu.Quoniã au
tem dixit de materia,ne putemus de prima materia incor
porea ipfum dicere,de qua iam difputauit in Phyficis,
ob hoc addidit:& his quæ uocantur elementa ac fi dice
ret de materia,quæ eft ipfa quæ uocantur elementa: di-
xit autẽ forte ob hoc,quæ uocantur,quoniã nondũ de-
monftrauit ꝙ hæc funt elementa.hoc autem fiue fint di-
xit,pro eo quod eft,fi funt elementa eorũ quæ fiunt: nõ
enim fimpliciter fi funt:nã hoc eft manifeftũ: fed fi funt
elementa eorũ quæ generantur.uerbum aũt illud,aliquo
modo,in dicto{ Fit aliquo modo. }addidit pro eo quod
eft fecundũ aliquẽ modũ.nõ.n.fecundũ fe tota generan-
tur,fed fecundũ partes.In illo uero neceffe utiq́ȝ prius di
cere de quibus indeterminate,eft redditio illius coniun-
ctionis{ Quoniã }qm̃ enim oportet primũ de materia &
his quæ uocantur elementa dicere,neceffe eft prius dice-
re de his,quæ nunc indeterminate dicuntur.dicit autẽ de
tactu,& miftione,& agere,& pati ueluti conferentibus
ipfi ad doctrinã de elementis,quæ tamen nondum affe-
cuta funt determinationẽ,nec dearticulationẽ à progeni
tis.per hæc autẽ ftatuit,firmatq́ȝ ꝙ neceffarius fit de præ
dictis fermo:fi qdẽ oẽs, quicũq́ȝ de generatione ptracta
rũt,cõgregatiõe & fegregatiõe, ipfo agere & pati,res ip-
fas fieri dicũt. Sed eft dignũ dubitatiõe quo pacto dixit
omnes congregatione & fegregatione uti,& agere & pa
ti.ꝙ enim cõgregatione,& fegregatione oẽs ufi fint, ma
nifeftũ eft:nõ oẽs tamẽ agere & pati utuntur:fed illi foli,
qui per cõuerfionẽ fubiecti res generant. qm̃ qui immu-
tabilia putant elementa,nõ utuntur agere & pati,fed fo-
lũ cõgregatione,& fegregatione.aut igitur hos quidẽ uti
cõgregatione & fegregatione,illos uero agere & pati,&
ita per fynecdochen figurã oẽs utrifq; uti dicit,fed diftin
cte:aliqui enim,qui ea fola,quæ funt ex elementis gene-
rant,congregatione & fegregatione utebantur: hi uero
erant Empedoclei,Democritici, & Anaxagorici:impasfi
bilia enim eorũ unufquifq; principia fupponit.aliqui ue-
ro etiã elementa generant,ipfo agere & pati.hi uero erãt
qui unũ fupponebant,ex quo cætera generabant.hoc ue
ro unũ putabant quatuor aliquod effe,aut aliquid præ-
ter hæc.aut igitur fic dicit,aut omnes & congregatione,
& fegregatione uti dicit.ꝙ enim hoc dixit,declarauit ex
his quæ fubiunxit.etenim qui plura,inquit elementa fa-
ciunt,ipfo agere & pati abinuicẽ generant,& his ex uno
neceffe eft dicere actionem. hic igitur agere & pati non
per conuerfionem & mutationem fubiecti accipiemus,
fed fimpliciter fecundum agere: hoc eft operati ipfam
actiuam, aut motiuam caufam: oportet enim in uno-
quoque caufam aliquam effe congregationis, & fe-
gregationis.& Empedocli quidẽ litem & amicitiã, hãc
quidẽ congregationis,illam uero fegregationis caufam:
congregare autem,& fegregare facere aliquid eft: quare
pati ipfum congregari,fegregariq́ȝ. Anaxagoræ uero effe
ctiua caufa congregationis, & fegregationis eft intelle-
ctus.fecundũ Democritũ quoq́ȝ effectiuæ caufæ fuerint
rhyfmus,conuerfio,tactus:remouotes uero & fortuna,
& cafus.

*Quomodo autem mifceri dicimus, non determinatum eft
manifefte. At uero neq; alterari posfibile, neq; difgregari &
congregari,nullo agente,neq; patiente.etenim qui plura ele-
menta faciunt,generant ipfo agere, & pati ab inuicem, & ijs
ex uno neceffe eft dicere actionem. Et hoc recte dicit Diogenes,
quod nifi effent ex uno omnia,non utiq; effet agere, & pati ab
inuicem:ut calidum infrigidari, & hoc calefieri rurfus.non
enim caliditas mutatur & frigiditas ad fe inuicem:fed mani-
feftum quod ipfum fubiectum. quare in quibus eft & agere,
& pati neceffe horum unam effe fubiectam naturam. omnia
igitur talia effe dicere non uerum,fed in quibufcunq; id, quod
abinuicem eft.*

Vtrum,inquit,diuifis elementis ad minima,& ad inui- Com 103
cem appofitis,& paruitate fenfum latentibus, ficut fi ex
triticis,& hordeis tenues farinas mifcuerimus, uidebitur
enim una aliqua fpẽs totũ effe ex paruitate decepto fen-
fu,aut in fingula particula omnibus exiftẽtibus, & pro-
gredientibus totis,per tota,his quæ mifcentur adinuicẽ,
& utrũ in mixtione corrumpuntur elementorũ formæ,
aut feruantur,et fi feruantur,utrũ omnes,aut aliquæ. At
uero nec alterari inquit posfibile eft, neq; difgregari, et
congregari nullo agente,aut patiente.nam non exiftente
alterante,neq́ȝ ipfum alteratum fuerit. alterari autẽ quo
pacto posfibile eft,non patiente aliquid alterato ab alte
rante? fed et his qui ex uno generant, inquit,neceffe eft
uti ipfo agere et pati.fi enim per alterationem unius,gene
rationem aliorum faciebant ipfo denfato, et rarefacto,
proculdubio ipfo agere et pati ufi funt:nam in alteratio-
ne agit quidem ipfum alterans,patitur uero quod altera-
tur.Quod autem neceffarium fit fupponentibus unũ ele-
mentum dicere agere,et pati,tefte utitur Diogene Apol
loniate recte dicente,quod fi nullum effet fubiectũ om-
nibus,non effet agere,et pati à feinuicem: ueluti hoc ne-
ceffario fequente,ad ea quæ agunt adinuicem et patiun-
tur,unum habere fubiectum.quod enim non exiftente ali
quo uno fubiecto,impoffibile fit abinuicem pati,et age-
re demonftrat:qm̃ Diogenes dicebat nõ caliditatẽ effe,
quę in frigiditatẽ mutetur,aut econtra.impoffibile eft.n.
contrariũ fieri,id quod contrarium ipfo:fed fubiectũ cõ
mune exiftens cõtrarijs,et patiens,ab aliquo agente mu
tantur in utrũq́ȝ,quatenus ipfum agens agit. Hæc etiam
Plato inquit in Phædone.cũ.n.dixit prius ꝙ ex feinui-
cem fiunt contraria,album ex nigro,et nigrum ex albo,
et uiuum ex mortuo et ecõuerfo,poftea dixit ꝙ nunquã
posfibile eft contrariũ in contrariũ mutari:nam nec al-
bedo unquam potuerit fieri nigredo,nec frigus calor. in
his igitur dubitante aliquo,quomodo non contraria fibi
ipfi Socrates enunciauit,dixit,quia fuperius quidem ex
fe mutuo fieri contraria dixit,non ipfa participata ipfas,

scilicet contrarietates,sed his participantia : nam album
corpus ex nigro corpore fit:nunc autem,inquit, dixi par
ticipata non fieri ex se mutuo.sed magis congruũ & pro
prium fuerit post seinuicem ipsa uocare.nam post albedi
nem fit nigredo:ipsa quidẽ qualitate corrupta , subiecto
uero manente.Aristo.tamen inquit ꝙ dicere omnia en-
tia eiusmodi esse,ut unam & eandem habeant materiam
subiectam,nõ uerũ est. Aut sic dicere ꝙ in omnibus agẽ
tibus,& patientibus una est materia,nõ est uerũ. nã cir-
culo uersatile corpus agit quidẽ ipsum, & aliquid patiũ
tur omnia,quæ sub luna sunt ab ipso : non tamen ex una
& eadem materia sunt agens & patiens: sed oportet,in-
quit,sic dicere,ꝙ eadem sunt, quæ communem materiã
habent,quæ repatiuntur abinuicem, quia una substrata
est illis materia,quæ contrariorum est receptiua.propter
hoc igitur cœlestia agentia,in hæc inferiora nõ repatiun
tur ab eis,quia non una est illis subiecta materia.

*At uero,si de ipso agere & pati,& de mistione consideran
dum,necesse & de tactu.neq; enim agere hæc,& pati proprie
poßunt,quæ seinuicem tangere non possunt:neq; non tangen-
tia aliquo modo contingit mista esse primo. quare de tribus his
determinandum, quid Tactus, & quid Mistio & quid Actio.
Principium autem hoc assumamus . Necesse enim eorum quæ
sunt,in quibuscunq; est mistio,esse hæc ad inuicem tactiua,&
si etiam aliquid egerit,hoc uero passum fuerit proprie , & in*
Tex.c.44 *ijs similiter.quapropter primo dicendum de tactu. Ferè igi-
tur,quemadmodum & aliorum nominum unumquodq; dici-
tur multipliciter, & hæc quidem æquiuoce,illa uero altera ab
alteris,& prioribus,sic se habet & de tactu.*

Com.104 Cum demonstrauisset necessarium esse de agere, pati
sermonem,& de mistione,ex his ostendit & eum qui de
tactu,necessariũ esse.impossibile est igitur,inquit proprie
agentia,& patientia nõ se mutuo tangere: tangens enim
actiuum ipsum passiuum,aut sine medio, ut ignis ligna:
aut cũ medio,ut ignis aquam per lebetem medium,sic al
terat ipsum.addidit autem proprie,quia dicimur pati ex
conuitijs,sed non proprie dicitur agere conuitium, quo-
niã neq; tangit.siquidẽ agere est secundũ qualitatẽ mu-
tare naturalia corpora.si autẽ dicatur tangere conuitia-
tum ipsum conuitium,nõ tamẽ proprie . siquidẽ tangere
dicuntur se,quorũ ultima sunt simul. ut igitur tangere di
cetur nos conuitium,ita & nos pati ab eo, & agere illud
in nos,sed nõ proprie neutrum,ut in sequentibus cogno-
scemus. Transitiua uero est uerborũ constructio:consecu
tio uero huiuscemodi est.neq; non tangentia aliquo mo-
do primum contingit mista iri. Addidit autẽ,aliquo mo-
do,ut significaret quæ se proprie tangunt:quoniã & cõ-
uitium tangere dicitur,sed non proprie.Ad inuentionem
autẽ huius,ꝙ quatuor elemẽta sunt materia eorũ quę ge
nerantur,& corrumpuntur,demonstrauit quidẽ & prius
necessariũ esse sermonẽ de tactu & mistione,& agere,&
pati:de quibus primo uult differere.& iam quidẽ demõ
strauit eum qui de tactu,sermonẽ,alios duos præcedere,
nunc quoq; rursum idẽ resumit ante sermonẽ de tactu.
entium siquidẽ inquit quæcunq; misceri nata sunt, neces
se est,hæc prius se mutuo tangere:nõ.n.mista unquã fue
rint,quæ nullo modo se tetigerint , sed fuerint separata.
præcedit igitur mixtionis sermonẽ,sermo de tactu.sed &
de agere & pati:nã si aliquod entium natum est,hoc qui
dẽ agere,alterum uero pati proprie,hæc necesse est prius
se mutuo tangere.& hoc abunde in præcedentibus osten
sum est.dixit autẽ proprie propter conuitium. hoc.n.age
re quidem dicitur in ipsam animã,sed animã non tangit:
neq; enim proprie agit,quoniam & tangere dicitur non
proprie.ut igitur dicitur agere,ita & tangere. eadẽ dixe-
ris, & in imagine,& tripudio , & simpliciter appetibili:
neq; enim hæc proprie agunt,ut autẽ agunt , ita & tan-
gunt prius:prius enim tangit imaginatiuam, & in ipsam
imprimit,deinde & mutat alteratam . & impossibile est
pati ab appetibili eum,qui non prius tactus fuerit , en ꝙ
prius impressa fuerit eius imaginatiua.necessario igiť pri-
mum de tactu proponit sermonẽ. Sicut aũt inquit multa
& aliorũ nominũ multipliciter dicuntur:& eorum,quæ
multipliciter dicuntur,alia quidẽ æquiuoce dicuntur,ut
Aiax Thelamonius,& Oileus Aiax , & canis terrestris,
& marinus,quæ & æqualiter participãt nomine: alia ue
ro ab uno & ad unum,quorum & unum dicitur princi-
palius,alia uero minus principaliter:ut in ente,prius qui
dem & principalius substantia est ens,secundario uero &
tertio alia prædicamenta similiter proprie quidẽ animal
homo est,qui uerus est,pictum uero à uero animal uoca
tum non proprie animal uocatur.similiter & musica sciẽ
tia,& ab ipsa musica mulier,aut musica cithara , primo,
& principalissime de sciẽtia musicæ nomen prædicatur,
sic & tactus est eorũ,quæ multipliciter dicuntur , ut ea
quæ ab uno,& ad unũ:& quidã dicitur tactus principa
lissime,quidam uero minus principaliter ab illo.Quis sit
igitur proprie tactus,& quæ se proprie tangentia dicit.
ꝙ hæc sunt quæ & positionẽ habent,hoc est quæ alicu-
bi sita sunt.Sed & mathematica de numero positionem
habentium sunt:quare & hęc se mutuo tangent.dicimus
enim lineam tangere lineam,aut superficiem,aut circulũ,
aut aliquid aliud:sed & mathematicum corpus terminos
habens tanget mathematicum corpus,aut lineam.sed &
si dicantur se tangere mathematica corpora, non tamen
proprie,sed eo modo,quo & habent esse:habent autẽ in
intellectu:sic ergo & positionẽ habent, & tãgunt se mu
tuo.& hoc inest eis propter ea,quæ proprie habent posi
tionẽ,& se tangunt,dico.s.naturalia corpora,ex quorum
abstractione habent esse mathematica , Quomodo autẽ
quæ habent positionẽ,hæc & tangant se mutuo,probat,
& astruit ex definitione eorũ quæ se tangunt,quã tradi-
dit in Quinto Physicæ auscultationis.ibi enim dixit ꝙd
sit tangere:ꝙ hæc uriq; se tangere dicantur,quæ cũ sepa
ratas habeant magnitudines,hoc est nõ unitas,sed à pro
pria superficie circũscriptas,& positionẽ propriã haben-
tes,simul habent ipsa ultima: neq; enim omnino ultima
habent,illa quæ separata non sunt,sed connata: hæc aũt
& positionẽ habent.idẽ autẽ hoc est quod & in loco es-
se.loci autẽ duæ sunt propriæ differentię,sursum & deor
sum:sursum autẽ & deorsum sunt, quæcũq; grauitatem,
aut leuitatem habent:hæc uero agere & pati à se mutuo
nata sunt:colligitur igitur ex his ꝙ hæc se mutuo tan-
gunt,quæcũq; & adinuicem agunt,& patiuntur.hęc igi
tur sunt quæ se propriæ tangunt,quæcũq; adinuicem na
ta sunt agere & pati.quæ uero contra sermonẽ dubitan-
da sunt literam percurrentes dicemus.Notandũ autẽ ꝙ
non putat æquiuoca esse quæ ab uno & ad unũ , sed de
his quæ multipliciter dicuntur:nõ aũt æquiuoca. nã in
plus sunt quæ multipliciter dicuntur,ipsis æquiuocis . si
autẽ in prædicamentis in diuisione æquiuocorum etiam
de his,quæ ab uno & ad unum dicuntur, non meminit,
dicimus ꝙ ibi non adamussim loquẽs & certe,quę mul
tipliciter dicũtur,æquiuoca uocauit.eorũ igitur quę mul
tipliciter dicũtur diuisionẽ ibi fecit.sunt igiť media ęqui
uocorũ & uniuocorũ quæ ab uno & ad unum dicũtur.

*Attamẽ quod proprię dicitur est in ijs,quæ positionem ha
bent:positio autem in quibus & locus : etenim mathematicis
similiter assignandus est tactus, & locus , siue separatum est
unumquodq; ab ipsis,siue alio modo.Si igitur est, quemadmo
dum determinatum est prius,ipsum tangere, extrema scilicet
habere simul,ea utique adinuicem tangentur, quæcunque de-
terminatas magnitudines,& positionem habentia simul ha-
bent extrema.*

Dicit quæ sunt proprie tangentia,ꝙ ea quæ positionẽ Com.105.
habent.hæc uero sunt quæ in loco sunt:hoc.n.est habe-
re positionem scilicet in loco esse & nunc quidem tan-
tũ dicit de tangentibus,deinceps uero colliget ꝙ & acti
ua,passiuaq; esse necesse est.Quoniã autẽ dixit quæ se tã

gunt

gunt & positionem habere,& esse in loco : obstabat uero ei,quid igitur nonne etiam mathematicæ magnitudines sunt,& tangunt se mutuo (ut linea,circulum,liquidẽ & positionẽ habent,& in loco sunt:propter hoc inquit, ꝙ & hæc proportionale tactui,scilicet positionem & locum habent.hoc enim differunt naturalia à mathematicis:quia naturalia passionibus capiuntur, scilicet grauitate,leuitate,& aliĳs:mathematica uero per intellectum sine passione secundum solas dimensiones habent esse.in loco uero esse corporibus,non quatenus passiones habent,inest,sed quatenus dimensa sunt:habet autem dimẽsionem & mathematicum:igitur & hoc est in loco. sed siquidem separabilia essent mathematica à naturalibus, & per se subsistentia:per se utiq; locum haberent,& proprie tangere dicerentur.si autem non sunt à naturalibua separabilia,sed in his habent esse,quod & uerum est,procuIdubio sicut esse habebunt,sic & in loco esse habebũt, & se mutuo tangent. si igitur in illis habent esse, habebunt & se mutuo tangere.Id autem{ Vt determinatũ est prius }propter dicta in Quinto Physicæ auscul. de ipso tangere dictum est.sic enim ibi ipsum definiuit , tangere est habere ultima simul.Recte autem ibi uerbum id{ Distincta magnitudine }addidit, propter partes continui. nam partes continui non sunt distinctę magnitudine,sed potentia existentes in toto,neq; se tangere dicuntur , sed hoc ipsum continue esse,& unum.

Quoniam autem positio quidem quibuscunque & locus inest:prima autem differentia loci,sursum & deorsum,& talia oppositorum:omnia,quæ adinuicem tanguntur grauitatem utique habebunt aut leuitatem,aut ambo,aut alterum.talia autem passiua & actiua. quare manifestum quod hæc ad inuicem tangi nata sunt, quorum distinctis magnitudinibus simul sunt extrema,motiuis,et mobilibus mutuo existentibus.

Com. 106. Vult distinguere per hæc quæ sint proprie tangentia. tangentia uero naturaliter(nam de tangentibus naturalibus est sermo)sunt quæcunq; inquit positionem habent, & in loco sunt,& agunt,& patiuntur, adinuicem : quæ enim se tangunt solum mutuo mathematice, non physice tangunt. Dubitauerit uero quis ꝙ male conclusit,ꝙ positionem habentia omnino grauitatem habent,aut leuitatem,& agunt & patiuntur.nam sphæræ,quæ sunt intra firmamentum,& positionem habent,& in loco sunt, & tangunt se mutuo:& tamen non agunt,nec patiuntur à se mutuo,ut ipsi Aristo.uidetur.quomodo igitur,inquit, tangentia oportere omnino & agere,& pati posse à seinuicem? Aut igitur non tangunt se ipsæ sphæræ,sed sunt continuæ,aut distant à seinuicem,si autem tangunt se inuicem,non necesse quæ se tangunt omnia agere , & pati ad inuicem. Aut ut unum quid assumit ipsum cœleste corpus,quod neq; positionem habet nec est in loco: nihil enim extra ipsum continet,& ambit, & sic non est in loco secundum traditam ab Aristo.de loco rationem,ꝙ est locus extremum continentis,quo continet ipsum contentum. Aut non omnino de hoc nunc est sermo, sed de tangentibus,quæ generantur,& corrumpuntur: quæq; & cum in materia communicent,agendo,repatiendoq; etiã sursum omnino aut deorsum sunt.ꝙ si & de tangentibus sermo in Quinto Physici auditus traditus recte se habet tangentia esse dicens,quorum ultima sunt simul, non necesse est omnia tangentia actiua adinuicem,& passiua esse.tangunt.n.quæ sunt intra firmamentũ sphæræ se mutuo,& tamẽ impassibiles sunt.si aũt necesse est tangẽtia repati à seinuicẽ,nõ recte tradita est in Physicà tangentiũ definitio:plura.n.amplectitur. Recte aũt primã esse loci differentiã dixit,sursum deorsumq;.etenim prima,& sola locorũ hæc est differentia,secundũ quã etiã differũt inter se naturalia corpora:alię.n.oppositiones,ante retro, dextrũ sinistrũ nõ sunt proprie oppositiones secundũ locũ,sed in habitudine ad nos habent esse.una igitur est sola secundũ locũ oppositio,sursum,& deorsum,ut in libro de Cœlo ostensum est.oĩs.n.rectus motus,aut à medio ẽ ad circũferentiã,aut à circũferentia ad mediũ:quorũ primus sursum dicitur,secundus deorsum:reliquæ oppositiones(ut dixi)in habitudine habent esse. nã quod uni dextrũ est,alteri sinistrũ est:& quod uni anterius,alteri posterius est.præterea quoq; ipsi motus,nisi circulo circũeant,sed uere secundũ aliã positionẽ in dextrũ in infinitũ eant,tandẽ ipsum cœlũ occupant . quare & his quæ circũ inest motus , hoc uero erat ipsum sursum.similiter aũt & in aliĳs.Id aũt{ Aut ambo,aut alterũ }dixit,quoniã alterũ solũ habent quæ extrema sunt,terra & ignis. nã hic quidẽ solũ leuis est,illa uero solũ grauis:media uero & grauitatẽ,& leuitatẽ habẽt,aer,& aqua,ut in libro de Cœlo demonstrauit : leuibus.n.sunt grauiora , & sic grauitatẽ habent:grauibus aũt leuiora & sic leuitatẽ habent.quare nõ de circulo uersatili corpore est sermo:hoc enim nec grauitatẽ habet,nec leuitatẽ.Si aũt oportet inquit Alexan.etiã de circulo uersatili corpore intelligere quæ dicta sunt,ut sit uniuersalior sermo , uerbum illud, { Aut ambo aut alterum }non de grauitate , aut leuitate accipiendum est,sed de ipsis tangentibus.necesse enim est omnino duo esse tangentia,quæ tangentia ex necessitate,aut ambo,aut alterum ipsorum,aut grauitatem habet, aut leuitatem.& quod ab inuicem dicit in quibus dicit motiuorum & motorum ab inuicem,pro eo quod est alterum ab altero intelligendum est.quemadmodũ in prædicamentis dixit subalterna genera non utrũq; utriusq; genus,sed alterum alterius.huiusmodi autẽ dicẽs actiua, & passiua,non ex syllogismo sumpsit:neq; enim si grauitatem habent,& leuitatem quæ tangunt, iam necesse est actiua esse,passiuaq; abinuicem:sed ex ipsa euidentia hoc cõclusit,ꝙ quæ in his locis sunt diuisa,passiua sunt, & actiua,hoc est motiua,mobiliaq;, hoc enim & statim infert:manifestius enim uidentur locali motu mutuo mota:impellitur enim grauium & leuium aliud ab alio festinans in proprium locũ,aut potentia ostendit.ꝙ sunt hęc actiua, & passiua:dicens contrarios esse eorum locos, in quibus sunt.quæ enim sunt in contrariĳs locis cõtrarias uirtutes habẽtia passiua,& actiua abinuicem necesse est esse.& si sic accipiamus locum,manifestum est ꝙ nõ de circulo uersatili corpore est sermo,sed de communicantibus in materia.Possibile quoq; est,ut iam dixi, etiam de circulo uersatili corpore extendere sermonem, uerbum illud abinuicem,pro eo quod est alterum ab altero accipientes.sed si quidem ut unum quoddam accipiamus cœleste corpus,nullum erit subiectum : si autem interiores sphæras inuicem se tangentes considerabimus, quomodo ulterius seruabitur,actiuas ipsas,& passiuas abinuicem esse,aut omnino grauitatem,aut leuitatem habere? est igitur tangere communius quidem,ut ipse in Physica dixit,habere ultima simul:& sic cœlestia hæc inferiora & seinuicem tangunt:specialius uero & naturalius habere simul ultima,cum hoc ꝙ habeant actiuam, & passiuam uirtutem inter se,ut hic dicit.

Quoniam autem mouens non similiter mouet quod mouetur,sed necesse hoc quidem quod mouetur , & ipsum mouere, hoc uero existens immobile,manifestum quod in agente dicemus eodẽ modo. etenim mouens agere aliquid aiunt, & agens mouere:differunt tamen. & oportet determinare : non enim possibile est omne mouens agere,si agens contraponemus patienti. hoc autem in quibus motus passio:passio uero inquantum alterantur solum,ut album , & calidum , sed mouere in plus ipso agere est. illud igitur manifestum quod mouentia partim quidem mota tangunt,partim uero minime. Tex. c 41

Cum tradidisset quænam sint proprie se tangentia, ꝙ quæcũq; magnitudine diuisa sunt,& in loco sunt,& habent ultima simul,motiua & mobilia existentia à seinuicem:nunc transit ad alia,quæ & ipsa tangere se dicũtur. non tamen proprie eodem modo ut illa.quoniam autem Com. 107

ostensum est in Physica quod oon omne mouens motũ mouet: hoc nuoc accipiens ex ipso ostendit quod neque omnia quæ tangunt, tangentia tangunt: in quibus nec proprie tactus dici potest, sed communius. Cum autem sumpsisset non omne mouens motum mouere, ut consequens ad hoc, sumit id, neq; omne agens pati: & hoc probat etiam ex opinione quorundam de agere & pati, quã & redarguit. aliqui enim putabant idem esse mouere, & agere, & cõuerti hæc: & si quid agit hoc omnino & mouet: & econtra si quid mouet, hoc omnino & agit. quare si non omne mouens ipsum motum mouet, mouere autẽ agere est: igitur neq; omne agens necesse est omnino pati: igitur falsum est putare idem esse mouere & agere. differunt enim hæc abinuicem ipso uniuersaliori, & particulariori: est enim in plus mouere ipso agere: quare si quid quidem agit hoc omnino mouet, non tamen si quid mouet, necesse est hoc & agere. & hoc probat ex opposito scilicet ipso pati. si enim cognouerimus quid sit ipsum pati, cognoscemus & quid ipsum agere sit. pati igitur est secuodum qualitatem mutari, ut dealbari, calefieri, & simpliciter alterati secundum qualitatem. si igitur hoc est pati, igitur & agere, hoc est secundum qualitatem mutare.
al. legit affirmatiue. *quæcunq; igitur mouentium non ad aliquam passionẽ ducunt ea, quæ mouentur, hæc mouent quidem, sed non agunt, quæ quidem secundum locum mouent, non ad aliquam passionem ducunt ea, quæ mouentur: ipsum quippe cœleste corpus mouetur quidem secundum locũ, sed nõ alteratur: igitur in plus est mouere ipso agere. Et hinc habes causam, propter quam non uidetur Aristo. effectiuam causam dicere Deum, ipsius mundi. si enim agere est secundum qualitatem mutare, Deus uero substantiæ ipsius uniuersi opifex est, manifestum est ꝙ nõ proprie agere mundum dictus fuerit, sed potius procreare, & custodire. Cum autem ostendisset ꝙ in plus est mouere ipso agere, redit ad sermonem de tangentibus: propter quem & de mouentibus, & motis meminit. inquit igitur, quoniam mouentium quædam mota mouent, quædam uero non mota, manifestum ex his, ꝙ aliqua quidem mouentium etiam tangunt, & quę mouentur, quædam uero nõ. in quibus enim mota etiam contramouentur, proprie in his tangere dicitur: in mouentibus autem, quæ non contramouentur, non proprie tactus dicitur. neq; enim imago, neq; conuitium tangunt proprie animam, quoniam neq; repatiuntur ab ea, oeque etiam in his dixerit aliquis extrema simul esse, quod oportet omnioo inesse his, quę se proprie tangunt.

Sed determinatio ipsius tangere uniuersaliter quidem positionem habentium est: & huius quidem motiui, huius uero mobilis, adinuicem uero motiui, mobilisque, in quibus est ipsum agere, & ipsum pati. Vt plurimum igitur tangens tangit, id quod tangit: etenim mouẽt mota omnia fere, quæ coram sunt, quibuscunque necesse est, & apparet tangens tangere quod tangit. Est autem ut aliquando dicimus mouens tangere solum quod mouetur, tangens uero non tangere quod tangit: sed quia mouent mota, quæ eiusdem sunt generis, necesse uidetur esse tangere quod tangit. quare si quid mouet, cum sit immobile, illud quidem tangeret utique mobile, illud uero nullum: dicimus enim interdum tristantem tangere nos, nos uero illum minime. de tactu igitur, qui in naturalibus determinatum sit hoc modo.

Coñ. 203 Cum dixisset, ꝙ noo omnia mouentia tanguot ea quę mouentur, distinguit nunc, & dicit quæ sunt in mouentibus tangentia, & enumerat tria significata ipsius tangere, duo quidem communiora, unũ uero specialius, & magis proprium. Vniuersaliter igitur tangere dicit quæ positionem habent, hoc est quę secundũ ultima se tangunt: sic autem & mathematica tangunt se mutuo, & cœlestia, & seipsa, & quæ hic sunt: oam & lioeam, & superficiem, ipse positionem habere dicit. & si quibus inest positio, his inest & locus, erunt utiq; & linea in loco, & ipsa cœlestia. atqui quis est lineæ locus? Sed ut Alexan. inquit, positio sit ab ipso communiter dicta ordo mutuus eorum, quæ moueri possunt, & congregari simul subsistentia, & permanentia: ut in prædicamentis dicit. uidentur autem hæc quemadmodum esse habent, ita & locũ, ut ipse dicit. etenim mathematicis similiter tactus & locus assignãdus. Primum ergo & communissimum hoc significatum eorum, quæ se tangunt, quemadmodum & in Quinto Physicæ auscultationis determinauit, ꝙ tangentia sunt quorum simul ultima. Secundum autẽ quãdo hoc quidem mouet, illud uero mouetur: & huius quidem inquit mobilis, illius uero motiui. & io hoc significato mathematica non tangunt se, nec ea, quorum non est, hoc quidem actiuum, illud uero passiuum: cœlestia uero tangunt ea, quæ hic sunt: nam illa agunt, hæc uero patiuntur. Tertium uero, quod proprissimum est, & secundum ipsum principali. ut in naturalibus tangentibus hæc tangere dicit mouẽtium & motorum, in quibus est à se mutuo contramoueri, & repati. hoc enim significat illud{ Adinuicem mobilis, & motiui, io quibus est agere & pati } illud uero adinuicem pro eo quod est à seinuicem. in his uero cœlestia nõ numerabuntur. aut igitur ut tria significata hæc numerantur, aut etiam ut unum. sed cum principium indeterminate dixit, quando tangentia hæc sunt, quæ positionem habent, quorum hoc quidem agit, illud uero patitur, deinceps certius determinans subiunxit, quod oportet & hæc contramoueri à seinuicem & repati. Cum autem dixisset de his, quæ se proprie tangunt, dicit & de his quæ communiter tangere dicuntur. dicit igitur quòd ut in pluribus omne tangens tangit ipsum econtra tangens, in quibus est & proprie tangere. nã si tangentia motiua sunt sui inuicem, necesse est quæcũq; ut contramoueantur potentiam habent, tangentia tangere, sed quare ut plurimum tangens, tangens tangit: quoniam quæ coram sunt omnia, hoc est generabilia & corruptibilia, omnia fere mouentia contramouentur. Recte autem addidit ferè, quoniam neq; imago, neq; amatus, neq; appetibile mouentia contramouentur, quæ uero sic mouentia, & cõtramouentur, tangunt ipsa tangentia. nõ omne autem quod tangit ipsum tangens tangit: quoniã neq; omne motum contramotum mouet. in quibus igitur mouentia noo contramouentur à motis, ipsa quidẽ tangunt quæ mouentur, mota uero mouentia oon tangunt: ita ut cœlestia tangant ea, quæ hic sunt, hæc uero cœlestia oon tangant: & conuitium tangat conuitiatum, conuitiatum uero non tangat conuitium: & in appetibilibus & appetitiua potentia similiter, in quibus communiter & non proprie dicitur tangere. quare quæcunque proprie tangunt tangentia tangunt, quoniam & mouentia contramouentur: quæ uero non proprie tangunt, non tangunt tangentia: quoniam etiam mouent oon contramota. Cum uero dixit{ Quibus necesse } addendum est, uerbum illud quemadmodum: ut sit sensus, quibus necesse est tangens tangere tangens, quemadmodum & uidetur. Cum autem dixit quod est ut quãdoq; dicimus mouens tangere solum motum, intulit: tangens uero nõ tangere tangens, ut æquiualens huic, quod est motum non tangere mouens. Quoniam autem uidentur eorum, quæ ad aliquid esse tangentia, nam tangens tangens tangit: ipse autem dixit quod non omnino tangens tangens tangit: propter hoc causam addit, propter quam putamus omne tangens tangere ipsum tangens: quoniam enim, ut dixit supra, omnia ferè, quæ coram nobis, hoc est quæ apud nos sunt, scilicet generabilia & corruptibilia, huiusmodi sunt, propter hoc & omnia huiusmodi putamus esse. Dixit autem eiusdem generis, hoc est tandem in materia. nam multis in locis genus subiectum etiam ipsam materiam dicit, quæ & mouentia repatiuntur aut simpliciter eiusdem generis dicit ipsa corpora. nam etsi non omne corpus

ne corpus mouens repatitur à moto ab eo, saltem omnino & ipsum motum sic mouet: propter hoc igitur uidetur & tangens tangens tangere. sed & si mouetur, non tamẽ cõtramouetur: propter hoc neq; tangens tanget tangẽs. quare & si quid sit mouẽs, cum ipsum sit immobile, multo magis ipsum quidem tanget motum, ipsum uero quod mouetur illud minime tanget. diximus autem ꝙ quę sic tangunt, ut tangant non tangentia, nõ proprie tangunt: nam omnia, quæ ad aliquid, ad conuertentia dicuntur: quare si quid proprie tangit, tangens tangit. Illud uero { In naturalibus } addidit. dixit enim ipse ꝙ tactus est de numero eorũ, quæ multipliciter dicuntur, sed tactus proprie dictus in naturalibus est. meminit tamen & de non naturali tactu, qui est in mathematicis, & eius, qui est in tangentibus, non autem tanguntur, quæ quidem non naturaliter tangunt, immo uero nec proprie.

Tex.c.46 *De agere uero & pati dicendum consequenter. Aßumpsimus autem a prioribus subcontrarios sibiinuicem sermones. plurimi enim hoc concorditer dicunt, quod simile quidem a simili omne est impaßibile, eo quod nullum magis actiuum, quã paßiuum alterum altero est: omnia enim similiter inesse eadẽ similibus dissimilia uero, & differentia agere, & pati adinuicem nata sunt: etenim cum minor ignis a maiori corrumpitur, propter contrarietatem hoc aiunt pati: contrarium enim esse multum pauco.*

Tex.c.47 *Democritus autem præter alios dixit solus proprie. ait enim idem, & simile esse agens & patiens: nõ enim concedit altera & differentia pati a seinuicem: sed & si diuersa cum sint agant aliquid in seinuicem, non quatenus diuersa, sed quatenus idem aliquid sunt, hoc ipsis accidere. quæ*

Tex.c.48 *igitur dicuntur huiusmodi sunt. Videntur autem hoc modo dicentes subcontraria apparere dicere. causa uero contrarij sermonis, quod cum oporteret totum aliquod considerare, partem aliquam dicunt utrique. simile enim, & omniquaque indistinctum rationabile nihil a simili pati. quid enim alterum erit magis actiuum quàm alterum, sique a simili pati aliquod potest, & ipsum a seipso. proinde his ita se habentibus, nullum utique neque incorruptibile, neque immobile fuerit: siquidem simile quatenus simile est actiuũ est: ipsum enim seipsum mo-*

Tex.c.49 *uebit omne. Omninoq; alterum, & nullo modo idem eodem pacto. nihil enim pateretur albedo a linea, aut linea ab albedine, nisi aliquo modo secundum accidens, ut si accideret albam, aut nigram esse lineam. non enim seinuicem a natura immutant, quæcunque neque contraria, neque ex contrarijs sunt.*

Com. 109 Cum disputauisset de tactu, nunc disputat de agere & pati: propositum autem est non distinguere ipsum agere, & pati. ex more autẽ suo antiquorum opiniones de agere, & pati nunc prius exponit, & cum has confutauerit, sic propriam inducit. Eorum igitur, qui de agere & pati dixerunt, inquit, plures contrarium in contrarium agere dixerunt, simile enim à simili impassibile esse. si enim patiatur simile à simili, idem utiq; à seipso posset pati: si autem hoc, nullum esset entium incorruptibile, neq; æternum: impossibile enim est simile agere. quid enim magis aget quàm patietur, cum eadem sit in agente & patiente potentia? nunc autem uidemus hæc quidem effectiuã, & actiuam, illa uero passiuam magis habentia potentiã. contrarium igitur à contrario patietur, & non simile à simili nã & si uideatur simile à simili pati, ut magnus ignis a paruo: si enim in rogum afferat aliquis lucernam, extinguitur: non quatenus simile, sed quatenus contrarium patitur: contrarium est enim multum pauco, consumpta materia parui ignis a maiori. plures igitur, ut prius dixi, contrarium a contrario pati dicunt. Separate etiam præter alios Democritus simile a simili pati inquit. quæ. n. sunt omnino dissimilia & altera, nihil in seinuicem agere nata sunt nec pati a seinuicem. propter hoc igitur dulcedo nihil faciet in nigredinẽ, nec grauitas in dulcedinẽ: quoniam horum nulla est communicatio. oportet igitur agẽtia, & patientia nõ esse dissimilia, sed eadem: color enim in colorem agit, & sapor in saporem, & alia similiter. similia igitur sunt quæ agunt, & patiuntur abinuicem, & non contraria. Ego uero inquit dico ꝙ neq; similia sunt agentia, & patientia, neq; omnino dissimilia, & cõtraria. similia quidem non sunt, quia simile nihil patitur à simili: si enim patitur aliquod simile à simili, & a seipso patietur: etenim idem sibi ipsi omnino simile est. si autem hoc, nihil erit incorruptibile, & æternum: propter hæc quidẽ non erunt agentia & patientia similia. uerum nec omnino diuersã & contraria: neq; enim linea ab albedine patietur, neq; dulcedo a nigredine. Sic ergo cum destruxit antiquorum opiniones, descendit deinceps in opinionem sibi apparentem. quæ igitur ab antiquioribus de agere & pati dicta sunt, hæc sunt. Videntur autem, inquit, hi cõtraria dicentes in idẽ duci. huius uero causa est ꝙ ad partem eorum uterq; respexit, cum oportuisset totum inspicere: nam re uera agentia & patientia nec omnino altera sunt, nec omnino eadem, sed partim similia, partim dissimilia, & contraria. Si enim non quodcunq; in quodcunque agit: non enim agit caliditas in dulcedinem, aut in lineam, sed contrarium in contrarium: album enim in nigrum, & dulce in amarum: contraria uero & genus commune habent, & subiectum: manifestum ꝙ agẽtia, & patientia partim eadem sunt secundum genus & subiectũ, partim uero contraria secundum formam. Antiquorum igitur quicunq; quidem ad genus respexerunt agentium & patientium, similia agere adinuicem & pati dixerunt: quicunq; uero ad formã contraria: quia nihil magis actiuum, aut passiuum est alterum altero. oportet enim agens actiuam habere potentiam, patiens uero passiuam: quæ uero sunt æqualem habentia, & eandem potentiam quid magis utrumq; istorum actiuum, quàm passiuum erit? quare nec agent, nec patientur abinuicem, similem habentia, & eandem actiuam, & passiuam potentiam. Si quis uero dixerit quod non est absurdum ipsum agens & repati: eiusmodi enim sunt quæ communicant in materia; dico; quod repati quidem non est absurdum. illud uero non magis absurdum est. nam agens etiam si repatiatur, magis tamen agit, quam patiatur: & patiens, & si agat, magis tamen patitur quàm agat. in his autem, quæ similia sunt, non magis est in utroq; effectiua quàm passiua potentia. quapropter nõ patietur simile a simili, & ipsum agens in seipsum uult patiens mutare: simile uero nunquam in simile conuersum fuerit: iam enim est & ante cõuersionem illud in quod & mutatur: manifestum igitur est quòd simile a simili nõ patietur. At uero nihil, inquit, erit neq; incorruptibile, neq; immobile etenim mouere ẽe est aliquid agere quare si idem aliquid a seipso patitur, idem omnino a seipso omne mouebitur, & ipsum a seipso omne corrumpetur: quare nihil erit incorruptibile, neque immobile, quod est impossibile: ostensum est enim in Physica, quod omne quod mouetur ab aliquo mouetur, & quod ipsum seipsum nihil mouet, nisi secundum aliam & aliam partem, ut animal: alio enim mouet, scilicet anima, & alio mouetur, scilicet corpore: & ꝙ nõ omnia mouentur, sed sunt ante ea, quæ mouentur immobiles causæ: nam prima mouentia immobilia sunt. Non recte autem uidetur concludere, ꝙ si simile a simili passiuum est, & propter hoc, & idem in seipsum aget, iam nihil esse immobile, neq; incorruptibile. quid enim si dicat quis ꝙ motiuum quidem erit aliquid ipsum suipsius, & passiuum ipsum a seipso, ꝙ scilicet natum est moueri, & pati, quod uero non omnino natum est, non patietur a seipso, quod scilicet non natum est pati passionem, neq; mouebit idem seipsum, cum immobile sit. sed accurate addidit illud { Siquidem simile, quatenus simile actiuum. } & omne a seipso patietur, & nihil erit immobile, neq; incor

ruptibile. Quod autem nihil agit, quod est omnino diuersum in alterum, ut linea in albedinem, nisi per accidens, signum facit hoc, quod est non immutare seipsa a natura. quod enim agit in aliquid immutare ipsum uult a sua natura. quando autem dicatur nigrum in lineam, quae est in albo agere, per accidens dicitur, etenim postquam nigrum est factum album mansit linea, & linea non exiuit a natura sua, manifestum q per accidens egit nigrum in lineam, quia accidit lineam albam esse. propter id igitur quod in album, quod est in linea, egit nigrum, dicitur per accidens etiam in lineam egisse. dixit autem lineam esse nigram, gratia exempli: tu uero dic pro linea superficiẽ. dicendo igitur quaecunq; neq; contraria, significauit extrema album, & nigrum. per id autem uerbum { Neq; ex contrarijs } significauit intermedia, ut fuscum.

Tex.c.50. *Sed quoniam non quodcunque natum est agere & pati, sed quaecunque uel contraria sunt, uel contrarietatem habent, necesse & agens, & patiens genere quidem simile esse, & idem, specie uero dissimile, & contrarium: natum est enim corpus a corpore, sapor autem a sapore, color quoque a colore pati: omnino autem quod eiusdem generis ab eo, quod eiusdem ge-*

Tex.c.51. *neris. Huius uero causa: quoniam contraria in eodem genere omnia: agunt autem & patiuntur contraria a seinuicem: quare necesse est quodam quidem modo esse eadem agens & patiens, quodam uero modo altera, dissimiliaq; a seinuicem. Quoniam autem & agens, & patiens genere quidem eadem & similia, specie uero dissimilia: huiusmodi autem sunt contraria, manifestum quod actiua & passiua adinuicem sunt & contraria, & intermedia: etenim omnino generatio atque corruptio in his est. quapropter & rationabile iam & ignem calefacere, & frigidum infrigidare, & omnino actiuum assimilare sibiipsi patiens: agens enim & patiens contraria sunt, & generatio in contrarium est. quare necesse est patiens in agens mutari: ita enim erit in contrarium generatio.*

Com.10. Hactenus antiquorum sermones exposuit, hoc autem loco deinceps proprium opinionem exponit. uolens autem ostendere q agens, & patiens, partim similia sunt, partim dissimilia, utitur syllogismo huiusmodi, sumens ex euidentia confessum, q agentia, & patientia, aut contrarietatem habent, aut sunt contraria, aut contrarietatẽ quidem habere dicens ipsum intermedium, ut fuscum cũ in album agit, aut aliquem alterum colorem; contraria uero ut album, & nigrum. Est autem syllogismus huiusmodi. agentia & patientia contraria sunt: contraria quodammodo eadem sunt, quodammodo uero diuersa (genere enim eadem, specie uero diuersa) igitur agentia, & patientia quodammodo eadem sunt, quodammodo uero diuersa. exempla autem ponit huius, q agentia & patientia, sunt similia, corpus a corpore pati, & saporem a sapore. corpus uero a corpore inquit pati non simpliciter, sed qualitate affectum. rursum uero a colore dicens pati dicit proculdubio id quod est in subiecto. Causa autem inquit q simile a simili patiatur, est, quia agentia, & patientia contraria sunt: contraria uero sub eodem genere sunt: agentia igitur & patientia eiusdem generis sunt. Cũ autem demonstrauisset agentia, & patientia eiusdem generis esse, cum sumpsisset confessum q agentia, & patientia contraria sunt, nunc uult demonstrare id, quod confessum sumpserat, scilicet q agentia, & patientia contraria sunt. ostendit uero rursum hoc, sumens q agentia, & patientia, quodammodo similia, quodammodo uero dissimilia: eiusmodi uero sunt contraria: igitur agentia, & patientia contraria sunt, est uero demonstratio reciproca. In plus autem est generatio, & corruptio, quam agere, & pati. est enim agere, & pati generatio quaedam, & corruptio quaedam: & corruptio, & generatio non sine agere & pati in contrarijs. Probat autem primo hoc ex ipso magis, quod facere & pati est in contrarijs, etenim si generatio, & corruptio in his est, inquit, scilicet contrarijs: est enim generatio, & corruptio de contrario in contrarium, ut ostensum est in Physica: & facere, & pati in contrarija erit. Secundum autem quod concludi potest, est, q si generatio, & corruptio est in contrarijs: in quibus igitur non est contrarietas, in his nõ est generatio, & corruptio: huiusmodi uero est quintum elemẽtum. Deinceps autem inducit, q rationabiliter calidum, & frigidũ, actiua existentia, & passiua calefaciunt & infrigidant, & patientia sibiipsis reddunt similia. Probat autem q agens assimilat sibi passum, habens ostensum q generatio est mutatio in contrarium, & q agens, & patiens sunt contraria. est igitur constructio syllogismi talis generatio; uel q generatur, & simpliciter mutatur in contrarium sibi mutatur: est autem contrarium ei q generatur, & mutatur ipsum agens: ergo q generatur simpliciter, & patitur, & mutatur, in ipsum agens mutatur; ergo ipsum agẽs sibi simile facit ipsum patiens.

Et secundum rationem quoque non eadem dicentes, utrosque tamen tangere naturam. dicimus enim pati interdum quidem subiectum, ut sanari hominem, & calefieri, & infrigidari, & alia eodem modo: interdum autem calefieri quidem frigidum, sanari uero laborans: utraque autem uera sunt. Eodem autem modo & in agente: quandoque quidem hominem dicimus calefacere, quandoque uero calidum, est enim ut materia patitur, est autem ut contrarium. in illud igitur respicientes, idem aliquid, oportere putarunt agens habere, & patiẽs: qui uero in diuersa, contrarium. Tex.c.52

Rationabile, inquit, est dicere, q etsi non eadẽ dicunt, qui similia dicunt agentia, & patientia & qui dissimilia, nihilominus utriq; naturam ipsorum tãgunt: quomodo autem uterq; naturam ipsorum tangat subiunxit. etenim communis usus, inquit, ipsorum hominum, quãdoq; quidem sic, quandoq; uero illo modo consueuit dicere. dicimus enim inquit, q homo quãdoq; quidem sanatus est, ex ipso subiecto uocantes id quod sanatur, quandoq; uero, q aegrotans sanatus est ex ipsa passione uocantes, & calefieri quandoq; quidem calidum, quandoq; uero frigidum. similiter autem & in agentibus, quandoq; quidẽ calefacere dicimus hominem, quando uidelicet tactu calefecerit, quandoq; uero calidum calefacere. quoniam igitur agentia & patientia, quandoq; quidem ex subiecto uocantur, quandoq; uero ex passione, quicunq; quidem ad subiectum ipsorum respexerunt, simile à simili pati dixerunt: communicant enim in materia, ut dictũ est, agentia, & patientia: quicunq; uero ad passionem, contrariũ à contrario. Manifestum est autem q quando dico cõmunicare in materia agentia, & patientia, non secundum proximam dico, & ultimam materiam: manifestum est enim q altero modo oportet tẽperari corpus, quod subijcitur albo colori, alio uero quod nigro: eodem quoq; modo & in alijs: sed secundum q materia, quę eadem est & calidi, & frigidi, & albi, & nigri receptiua. Sed si hoc & propter primam materiam dicimus in materia communicare agentia, & patientia, cur non omne ab omni patitur, & omne in omne agit? & albedo ĩ dulcedinẽ, & in redolentiam, aut foetorem? & in alijs similiter: omniũ enim una & communis est materia prima. Dico igitur q non sufficit solum ut agant aliqua, & patiantur inter se materiam ipsorum esse communem: sic enim quodcunque ageret in quodcunq;: omnia enim communicant in materia. sed oportet cum hoc q communis est materia, etiam formas esse contrarias agentium, & patientium. Dubitare autem posset quis super his, si contraria sunt quae & communem habent materiam primam, agentia, & patientia, quare non agit album quod est in equo, in nigrum quod est in ebeno, & simpliciter omne nigrum in omne album. Dico igitur q non sunt haec proprie in

materia

materia communicantia.neq; enim maxime proximam eorum,quæ mutantur,materiã oportet accipere,nec maxime primam.nam in simplicibus elementis dimẽsum tripliciter est communis horum materia,in compositis uero non oportet hanc accipere communem materiã, neq; ultimam sed mediam.uerbi gratia est quædam temperamenti latitudo,secundum quam fit hominis caro,in latitudine hac accidit,quandoq; quidem dealbari carnem, quandoq; uero denigrari,intensis,aut remissis quibusdã qualitatibus.hanc igitur latitudinem temperamenti carnis communem dico materiam contrariorum, quæ adinuicem mutantur in hominis carne,idem & in omnibus.ic circo nec omne contrarium in omne mutatur, quoniã neque communis materia secundum dictum modum,albo uerbi gratia quod est in lacte,& nigro quod est in ebeno. Rursus igitur dico ex superioribus distinguens uniuersum theorema,q; & agentia,& patientia quidem immediate cõmunicantia in materia omnino cõtraria sunt, non omnino autem quæ sunt contraria,agunt,& patiuntur:neq; enim durũ in molle agit,nec sursum in deorsum, neq; simpliciter album in nigrum,nec omne contrarium in omne contrarium:sed hæc contrariorum agunt,& patiuntur adinuicem,quæcũq; actiuam habent uim: eiusmodi uero sunt maxime calidum,& frigidum. quæcũq; tamen agunt & patiuntur immediate communicantia in materia omnino contraria sunt.addidi autem immediate, quoniam agit frigiditas in mollitiem:molle enim à frigido durum fieri potest,ut cera,aut à calido,ut lutum:non tamen propter hoc,aut frigidum contrarium fuerit molli,quod est in cera,aut calidum ei, quod est in luto, aut omnino calidum,aut frigidum cõtraria sunt molli.agunt uero in molle non immediate:immediate enim in contraria agunt:frigidum enim in calidũ quod est in cera agẽs, & ipsum faciens trãspirare,trãspirante simul cum calido quadam humida substantia,in qua etiam esse habebat: sic accidit ceram coagulaream,& duram factam iri. quapropter immediate frigiditas egit in caliditatem, & per ipsam in humiditatem:& sic deinceps per accidẽs in mollitiem.sic quoq; & in aqua frigiditas agens,facit glaciẽt immediate innatum calidum,quod est in ea faciens transpirare,aut etiam omnino aliquando extinguens,& transpirare faciens quandam humiditatem substãtialẽ aquę aut intensione frigiditatis,quod & uerius est, conferriẽs, partes aquæ,& condensans, sic facit aquam duram,& resistẽtem loco eius,quod cedebat,& erat molle.eodem autem modo & caliditas luti,frigiditatem in luto extinguens,aut in caliditatem mutans,& transpirare faciens, simul transpirare facit cum caliditate humidam substantiam,in qua & esse habebat frigiditas,& ita quod derelinquitur,durum pro molli factum est, caliditate primũ in frigiditatẽ,quæ est in luto agente. hæc uero accurate dicta sunt in Quarto Meteororum. Potius aũt sic oportet dicere q; calida,& sicca ignis substantia,in frigidum luti agens,& murans hanc,aut transpirare faciens, sic facit durum lutum.quapropter immediate contrarium in contrarium egit.Addidi igitur uerbum illud { Immediate } propter hoc.Illud uero { Cõmunicantia in materia } propter cœlestia.nam & si prima materia sit communis eorum,quæ sub luna sunt,dico.s. trifariam dimensionatum:non tamen quæ proxima est,ut possit hoc quidem contrariorum abiicere,illud uero recipere.agunt igitur et cœlestia immediate in succensum fomitem : primo enim ipsum mouent,& patitur succensus fomes à cœlestibus immediate,nec tamen sunt hæc contraria:hoc autẽ quia (ut dixi)in materia communicãt.recte igitur dictum est, q; agentia & patientia,immediata communicãtia in materia omnino sunt contraria. Dubitare uero posset quis & hoc merito in sermone de contrariis, quomodo dicimus contraria mutari inter se.si enim non omnia contraria agunt,& patiuntur adinuicem,congruum est nec omnia contraria adinuicem mutari:non enim album, quod est in cerusa,mutabitur in nigrum,quod est in ebeno,aut in id quod est in coruo:non igitur omne contrarium in omne contrarium mutabitur.si igitur uerus est sermo,dicens contraria adinuicem mutari:non mutatur autem album,quod est in cerusa,in nigrum quod est in ebeno: igitur nec contrarium ei fuerit,quod est absurdum.uniuersaliter enim album contrarium est nigro.quare si uniuersale album uniuersali nigro contrarium est,& aliquod igitur alicui uidetur.igitur utrinq; ratio cogere ad aliquod communium confessorum auferendum,aut quod nõ est simpliciter contrarium album nigro,si non omne in omne muratur:aut q; non omnia contraria adinuicem mutantur. Dicimus igitur ad hæc,q; omne album omni nigro contrarium esse uerum est:agit enim utrũq; passiones contrarias:omne enim nigrum congregatiuum uisus est,& album omne disgregatiuum.rursus quoq; contraria adinuicem mutari uerum est,mutantur enim in cõtraria secundum formam,& speciem nihil autem in idem secundum numerum contrarium mutatur:non enim quod est in hac aqua frigidum fit calidum, aut quod nigrum fit album,quod est in hoc corpore.omnino enim mutatio idẽ secundum numerum esse non cõcedit,neq; in una & eadem re.neq; enim eadẽ secundũ numerũ est albedo, quæ est ante solis adustionem,ei quæ est post solis adustionem:neq; sanitas quæ est ante ægritudinem , ei quæ post ægritudinem est.ostensum est autem hoc in aliis . si ergo neq; in eodem indiuiduo unam esse,& eandem albedinem possibile est,quæ est ante mutationem in nigrum, & quæ est ex nigro,quanto magis quod est in cerusa album in idem secundum numerũ nigrũ non mutabitur q; est in ebeno:sed mutabitur contrariũ in contrariũ secundũ speciem,album in nigrum,non in hoc nigrum,sed simpliciter in nigrum.quæcũq; igitur contrariorũ actiuam habent uim,ut calidum,& frigidum,hæc patientia adinuicem,& mutata in idẽ secundũ speciẽ proxime mutantur:ut quando patitur aqua ab igne(patitur autẽ in generatione.s.corruptione)mutatur proxime in ipsam calidã aquam,qualis erat & generans ignis:quando autẽ nondum corrupta fuerit,sed ut alteratur,ad corruptionẽ proficiscens aqua calefacta,tunc in eandem speciem calidi mutatur,non simpliciter proximam, & quale est ipsum agens,sed in speciem calidi,quæ in latitudine considera tur.fortasse autem nec cum corrupta fuerit aqua, proxime in idem secundum speciem agenti mutatur : primum enim & in alteram exarescit,& non in igneam caliditatem est mutatum aer uero,uel quod est in aere frigidum, proxime in caliditatem,quæ est in igne mutatur. eorum uero quæ non actiuam uirtutem habent contrariorum, ut albi,& nigri,siquidem inseparabilia sint, ut albedo cerusæ,& picis nigrum,mutantur hæc in contraria secundum formam,quæ sunt in generatione & corruptione. posset enim album,quod est in cerusa,fieri nigrum , corrupta cerusa:posset enim ebenus fieri,aut pix . aut quid huiusmodi.si autem sint separabilia , mutantur rursus in cõtraria,secundum speciem in latitudine:fieret enim corpus album,nigrum,non tamen hoc nigrum, quod est in ebeno:quoniam nec ab ipso patitur , sed simpliciter nigrum.sic ergo uerum est cõtraria adinuicem mutari.Præterea materiæ densitas impedimentum sæpe fit mutationis.quod enim est in atramento sepiæ nigrum sæpe superabit albedinem lactis:quod autem est in ebeno minime. opus est igitur ad mutationem contrariorum,& materiã aptam esse ad agendum,& patiendum. Sed dicet quis, si eo q; possit corruptum corpus nigrum facere alterum corpus album,sic dicis cõtraria adinuicem mutari,quid potius contraria mutari adinuicem dicentur,quã simpliciter omne in omne mutari:quoniam ex omni corrupto potest omnino aliud quid genitum iri. Dico igitur ad hoc,dictum esse in Physica,q; generatio omnino est ex contrario in contrarium:nam etsi dicamus ex priuatione fieri quæ fiunt,omnino erit in priuatione contraria for-

ma,ei,quæ futura est,ex qua fit mutatio, quãuis innomi
nata sit hæc,& incognita:non enim esset mutatio,nisi es-
set omnino contrarietas eius,ex quo ad id in quod.qua-
re si omnino omnis generatio est ex contrario, impossi-
bile est immediate ex omni omne generari:non enim im-
mediate ex terra posset fieri testa,sed oportet prius tali-
ter temperari,& habere ad formam generandam contra
rietatem aliquam,ut ita effectiuum mutet contrarium in
contrarium.sic igitur quãuis omne in omne mutetur,pro
pter communem & primam receptiuam omnium forma
rum materiam,prius tamen continet temperiem quãdã,
contrarietatem aliquam ad futuram formam habentem,
& sic aptam existentem,ut in contrarium mutetur.

Tex.c.53 *Eandem quoq; rationem suspicandam est esse de ipso agere
& pati,quam & de moueri & mouere. dupliciter enim dici-
tur & mouens. in quo enim principium motus uidetur hoc mo
uere. (principium enim prima causarum:) & rursus extre-
mum,ad id quod mouetur,& generationem. similiter quoque
& de agente. etenim medicum dicimus sanare,& uinum. pri-
mum igitur mouens nihil probibet in motu quidem immobile
esse,in quibusdam uero etiam necessarium: ultimum autẽ sem-
per mouere motum. in actione uero,primum quidem impassi
bile,ultimum autem & ipsum patiens. quæcunq; enim non ha
bent eandem materiam,agunt impassibilia existentia,ut me-
dicatiua:ipsa enim sanitatem agens,nihil patitur ab eo, quod
sanatur. cibus uero agens,& ipse aliquid patitur:aut enim ca
lefit,aut infrigidatur,aut aliud aliquid patitur simul agens.
est autem medicatiua quidem ut principium,cibus uero ulti-*
Tex.c.54 *mum,& quod tangit. Quæcunq; igitur non in materia for-
mam habent,hæc quidem impassibilia actiuorum : quæcunq;
uero in materia,passiua. materiam enim dicimus similiter, ut
sit dicere eandem esse oppositorum cuiuslibet,tanquam genus
ens. quod uero potest calidum esse præsente calefactiuo, & ap
proximante,necesse est calefieri:quapropter sicuti dictum est,
hæc quidem actiuorum impassibilia,illa uero passibilia. &
quemadmodum in motu,eodem modo se habet & in actiuis:ibi
enim quod primo mouet immobile est, & in actiuis primum*
Tex.c.55 *agens impassibile. Est autem effectiua causa,ut unde princi
pium motus,cuius autem gratia non effectiua. quapropter sa
nitas non effectiua,nisi secundum translationem. etenim agen
tis quidem,cum inerit,fit aliquod patiens,habitibus uero præ
sentibus,non amplius generatur,sed iam est:formæ uero, &
fines habitus quidam:materia uero, qua materia, passiuum
est. ignis igitur habet in materia calidum:si uero aliquod esset
separatum calidum,hoc nihil utiq; pateretur. hoc igitur for-
tasse impossibile est esse separabile. si uero sunt aliqua talia,in
illis utiq; fuerit quod dicitur uerum. Quid igitur facere, &
pati est,& quibus inest,& propter quid,& quomodo, deter
minatum sit hoc modo.*

Com.12. Cum dixisset quæ sunt agentia,& patientia, ꝙ scili-
cet quæ sunt quodammodo similia,quodammodo dissi
milia,quærit nunc quomodo se habent hæc adinuicem,
agentia dico & patientia:utrum omne agens etiam repa
tiatur,an non.dicit ergo ut hoc inueniamus, uideamus
quomodo se habent mouentia,& quæ mouentur. nam
quemadmodum hæc se habuerint,necesse est se habere
agentia,& patientia.nam uniuersalius est mouere quam
agere.omne enim,quod agit,etiam mouet, non omne au
tem quod mouet,agit:siquidem agere est formã aliquã,
& passionem agere:dictum est autem in prædicamentis,
ꝙ quæcunq; de aliquo ut de subiecto dicuntur,quæcun
que de prædicato dicuntur,eadem & de subiecto hoc di
centur:quæcunq; igitur insunt ei quod mouet & moue-
tur,hæc etiam agentibus,& patientibus inerunt. est autẽ
eorum quæ mouent,hoc quidem primum mouens, illud
uero ultimum,& proximum.quod igitur mouet primo,
inquit,nihil prohibet in mouendo esse immobile, in qui-
busdam uero etiam necessarium est:sed quod ultimũ est
& proxime mouens,necesse est,cum & ipsum moueatur,
mouere.ut anima primo mouet animal,sed nõ necesse est
hanc esse omnino immobilem: mouetur enim per acci-
dens simul cum corpore mutata,& ipsum,cum mouetur
nõ derelinquens:sed imago,immobilis permanet, primo
mouens appetitiuum.similiter & conuiuium mouens ani
mum,immobile manet:hæc enim nec etiam per accidens
mouentur,dum mouent:sed calidum innatum immedia-
te mouens animal, & lacerti, aut si quæ aliæ sint partes
motiuæ,immediatæ totius animalis,dum & ipsæ mouẽ-
tur,mouent.quoniam igitur hæc insunt mouenti, insunt
autem ei non ut generi,quemadmodum id, quod est de
pluribus,& differentibus specie prædicari, sed simplici-
ter ut rei,& mouenti:inerunt hæc etiam agenti. non igi-
tur omne agens in agendo repatitur,sed quod quidẽ pri
mo agit:quandoq; quidem repatitur,quandoq; uero mi
nime ut ars medicinæ agens in infirmum,& omnino sciẽ
tiæ agentes in ipsos addiscentes primo, hæ immobiles
manent.primum quoq; agit ignis in aquam,sed tamẽ & re
patitur ab ipsa & aer in balneo immediate agẽs in nos,
etiam repatitur à nobis.& ut breuiter dixerim,agentium
hæc sunt,quæ in agendo repatiuntur,quæcunq; in eadẽ
materia subsistunt.ob hoc nec scientia repatitur, ut medi
cinalis ab infirmo,medicamẽ uero repatitur,quoniã sciẽ
tia in anima habet esse,ægritudo uero in corpore: reagit
autem in medicamẽ,quoniam primum subiectum est ma
teria cõis oĩum corporum. Videtur autem comparatio
nem mouentium ad agentia fecisse non recte. inquirens
enim quæ agentium repatiuntur in agendo à patiẽtibus,
& dicens ꝙ ut se habent mouentia,sic se habent & agen
tia,adduxit quædam mouentia,quæ in mouendo nõ cõ
tramouentur,ab his,quæ mouentur,sed simpliciter mo-
uentur,& ipsa in mouendo,& motu indigentia ut cõtra
moueantur,non tamen in mouendo contramouentur.hu
iusmodi enim sunt omnia,quæ immediate mouentur, ut
innatum calidũ,aut lacerti,similiter & baculus. sed hoc
non est quod quæritur,sed si in mouendo contramouen
tur.dico ergo ꝙ & si non in uniuersum exemplum simi-
le sit,saltem in tantum solum sufficit, ꝙ ut mouentium,
sunt aliqua,quæ non sunt immobilia,sic & agentium,cũ
& exemplum animæ etiam seruet proportionem : anima
enim mouens contramouetur,& si per accidens. Omni-
no autem quoniam motus non ut genus in species diui-
ditur,sed ut æquiuoca uox in significata diuersa: non est
enim in uno prædicamento,sed pluribus:non est aũt præ
dicamentorum aliquod genus:propter hoc nec uniuersa
liter expetendum est,ut quemadmodum se habet in mo-
tu,ita se habeat & in actione:sed sufficit si quoddante-
nus seruetur proportio. Vltimum autem dixit agentium,
aut mouentium non in sursum,sed ad id quod mouetur,
aut generatur,hoc est immediatum ei quod mouetur,aut
fit,ut infirmo cibus,aut medicamen:hoc enim ultimũ est
ut ad ipsum patiens. Illud autem { Vt sit dicere, } ad-
didit:quia proxima oppositorum materia, non est immu
tabiliter eadem:aliter enim oportet temperata esse elemẽ
ta,quæ album receptura sunt,aliter ea, quæ nigrum, &
in alijs similiter. Dixit autem materiam oppositorum ue-
luti genus esse:quia ut unum & idem genus est cõtrario
rum,sic & una materia:& ut contraria nihil differunt se
cundum genus,sic neq; secundum subiectum. Quoniam
autem est eadem oppositorum materia, propter hoc qđ
potest calidum esse,hoc est quod nondum est calidum,
hoc autem est frigidum:quoniam est in materia,quæ na-
ta est & calidum suscipere:cum enim appropinquauerit
ei calefactiuum calefit. Recte igitur dictum est,quæcun
que agentium,& patientium in eadem materia nata sunt

esse,

esse, hæc in agendo repati: quoniam eadem utriusq; materia existente nata oppositi formam suscipere, hoc appropinquāte merito ab ipso patitur. Id uero { Cuius gratia non effectiua. } dixit, ideo quia sanitas non est actiuū quid, nisi secundum translationem. dixit autem secundū translationem, hoc est abusiue: aut quia ut effectiua causa corpori præsens fit, ut sanetur, ita & sanitas. Quod uero sanitas, & simpliciter finis, & cuius gratia non sit effectiuum per ea quæ subiunxit, probauit, dicens ꝙ autem cuius gratia non est effectiuum, hinc est manifestum: pręsente enim agente adhuc aliquid fit, quod mutatur & in formam proficiscitur, cum nondum perfecte ipsam assumpserit: nam donec agens agit, nondum assumpsit formam id quod fit: finibus uero, & habitibus pręsentibus, non amplius fit, sed iam est. igitur id cuius gratia non est effectiuum. Propter hoc igitur nullatenus uidetur Deum effectiuam mundi causam dicere. nam quia effectiuā causam illam esse dicit, quæ per uiam quandam, & generationem ducit ad esse, ea quæ fiunt: Deus autem non in tēpore facit, neq; imperfecta: propter hoc neq; effectiuum ipsum dicit: nisi forte productorem oportet ipsum uocare. Dicitur quoq; & finalis causa: quia ad ipsum omnia cōuersa sunt, & ipsum appetunt. Quoniam uero dixit habitibus, exponens quænam dixerit habitus, addidit ꝙ fines & formas, materia uero passiuum: hæc enim est quæ patitur, & efficitur, & mutatur secūdum formas. propter hoc igitur inquit quæcunq; formarum in materia habēt esse, hæc utiq; patientur: quia subiectum habent non immutabile, neq; passione carēs: huiusmodi autē sunt ignis, aqua, & similia. at si aliquæ sint formæ separabiles à materia, hæ etiam sine passione fuerint. deinde concludens, dictum est iam, inquit, quid est facere, quod est ad passionem ducere: pati uero ad passionem duci: & ꝙ agere est assimilare sibi passum, & pati assimilari agēti: & quibus inest, ꝙ contrarijs & propter quid, quia communem habent receptiuam contrariarum passionum materiam: & quomodo, ꝙ adeunte, & propinquante agente patienti.

Tex.c.56 *Quomodo autem hoc contingit rursum dicamus. Quibusdam igitur uidetur pati unumquodq; per quosdam meatus, ingrediente agente ultimo, & propriissimo: & hoc modo & uidere, & audire nos dicunt, & alios sensus omnes sentire. Amplius autem uideri & per aerem, & aquam, & perspicua, eo quia meatus habent, inuisibiles quidem propter paruitatem; densos autem, & secundum ordinem, & magis habere perspicua. Qui igitur in quibusdam ita determinauerunt, quemadmodum & Empedocles, non solum in agentibus & patientibus, sed etiam misceri aiunt quorumcunq; meatus commensurati adinuicem sunt.* Tex.c.57 *Via autem maxime & de omnibus una ratione determinauerunt Leucippus, & Democritus, principium cum fecerint secundum naturam, quod est. quibusdam enim antiquorum uisum est ens ex necessitate unum esse, & immobile. uacuum enim non ens, solum enim plenum ens: moueri uero non posse non existente uacuo separato, neque rursus multa esse, non existente segregante.* Tex.c.58 *Hoc autem nihil differt, si quis putet non continuum esse uniuersum, sed tangere diuisim ab eo: quod est dicere multa, & nō unum esse uacuum. si enim omniquaq; diuisibile, nullum esse unum, quare neque multa, sed uacuum totum. si uero partim quidem, partim uero non, figmento cuidam hoc assimulari: usque ad quantum enim, & propter quid, hoc quidem sic habet totum, & plenum est, illud uero diuisum. Amplius autem similiter dicere necessarium non esse motum. Ex his igitur rationibus, supergredientes sensum, & ipsum despicientes, tanquam ratione consequi oporteat, esse aiunt totum unum, & immobile, & infinitum aliqui: finem enim finire ad uacuum. hi igitur sic, & per has causas de ueritate enunciauerunt.* Tex.c.59 *Amplius autem in rationibus quidem uidentur hæc contingere, in rebus autem insaniæ proximum est ita opinari. nullum enim insanientium tantum est alienari, ut ignem unum esse putet, & glaciem: sed solum bona & apparentia propter consuetudinem, hæc quibusdam propter insaniam nihil uidentur differre.* Tex.c.60 *Leucippus autem habere opinatus fuit rationes, quæ sensui confessa dicentes, non auferent nec generationem, nec corruptionem, nec motum, nec multitudinem entium: confessus autem hæc quidem apparentibus consentientia: ijs autem, qui unum constituunt, ut neq; motus sit sine uacuo, uacuumq; non ens, & entis nullum non ens, ait esse (quod enim proprie est omniplenum existens) sed esse tale non unum, sed infinita multitudine, & propter molium paruitatem inuisibilia hæc autem in uacuo ferri: uacuum enim esse, & congregata quidem generationem facere, dissoluta uero corruptionem: agere uero & pati, quatenus se tangunt, eatenus non unum esse, et composita quoque, & circumplicita generare.* Tex.c.61. *Ex uere autem uno non utique genitam esse multitudinem: ex uere autem pluribus unū: sed esse hoc impossibile. At quemadmodum Empedocles, & aliorum quidam aiunt pati per meatus, sic omnem alterationem, & omne pati hoc fieri modo, per uacuum facta dissolutione, & corruptione similiter quoque & in augmentatione alijs subingredientibus.*

Com.13. Cum dixisset quid est agere, & pati, & quæ sunt agētia, & patientia, nunc uult dicere quo pacto fit agere, & pati. iterum autē prius exponit modos, quibus antiquiores dicebant fieri agere, & pati, & ipsos confutat, & sic uerum modum exponit. hi enim inquit per meatus agere, & pati fieri dicebant, quorum erat & Empedocles. esse enim meatus quosdam in corporibus, quos ingrediens ipsum agens, na agere in patiens. sic autem & ipsum uidere dicebant fieri. esse enim in omnibus corporibus meatus, in perspicuis autem densiores magis, & per ordinē, per quos ingredientes uisus sic occurrere uisibilibus: in non perspicuis uero corporibus, quia non sunt per ordinem meatus, non posse per totum transeuntes uisiones attingere uisibilia. eodem quoq; modo & alijs sensibus sentire, aut audire, aut odorare, per meatus ingrediente qualitate odorata, aut sono. Democritici uero, & Leucippei per uacuum agere, & pati fieri dicebant. in uacuo enim intercipi atomos, in quo factum agens sic alterare transponens motu, aut ordine mutans atomos, aut appositū augere. Differunt autē à uacuo meatus: quoniā qui meatus inducebant, non dicebant esse uacuum, sed corpora esse meatibus plena, plenosq; esse hos meatus altero corpore, ut aere, aut alio huiusmodi. Laudat autē magis Democriticos Empedocle, & alijs, ꝙ talia principia inuenerint, quæ illis sufficerent ad omnium ex natura factorū assignationem: qui enim meatus inducunt, assignant ubi gratia agendi, & patiendi per ipsos causam. forte autē & quorundam aliorum, ut mistionis: dicebant enim per meatus misceri corpora. cū enim dicunt sic se habēt meatus, ut commensurati sint ad recipiendum commistū corpus, tunc fieri mistionem: motus tamen causam minime assignare poterant, quo pacto per meatus fiat ipse motus, aut augmentatio: ingrediens enim ipsum agens, meatus quidem replebit, maius uero non faciet. Democritici uero inquit eiusmodi principia nouerunt, quæ eis accommodabuntur ad assignandas omnium, quæ naturaliter generantur causas: hæ uero sunt atoma & uacuum. Addit autem & eius suppositiones, & suppositionum eas, quibus Parmenidei usi sunt. hi enim inquit principia occulta, & indemonstrabilia sumentes, per ipsa, quæ manifesta sunt, & ab omnibus concessa, auferre conabantur:

Democritici uero principia sensui confessa accipientes, per ipsa, ea quæ manifesta sunt, construxerunt. Parmenides enim uolens ostendere q in rebus non esset multitudo, nec motus, quod erat sensui repugnare, & manifesta tollere, sumit ut dignitatem, non esse uacuum: quod non est sensui confessum, sed multa indigens demonstratione. Hoc igitur accipiens procedit per syllogismum sic. si non est uacuum, non est motus: sed non est uacuum, igitur non est motus. sumpsit igitur ipsam consequentiam, ut manifestam, q uacuo non existente, nõ fuerit motus. per uacuum enim solum posse fieri motum similiter autē & ad assumptum, illud scilicet sed nõ est uacuum. sumēs igitur hæc ut confessa, quæ occulta, & dubia sunt, per ipsa id sustulit, quod est manifestum, scilicet ipsum motũ. Sed potius opus est syllogismum hoc modo dicere, si est motus, est uacuum, sed non est uacuum, nõ igitur est motus. Eodem quoq; modo tollit multitudinem. si enim inquit in entibus est diuisio, est uacuum: solum enim per uacuum ait fieri diuisionem: sed non est uacuum, non igitur est diuisio: continuum enim erit omne, & unum. rursus itaque & consequentiam, & assumptum sumpsit ut confessa. quæ tamen immanifesta sunt, & per ipsa quæ confessa sunt, sustulit. Parmenides itaq; hoc pacto quæ manifesta sunt, ex immanifestis sustulit. Democritus tamen principia, sumens ex sensu confessa, q & diuisiones sunt, & multitudo, & motus, in entibus, ex his inducit uacuum: quod occultum est per immanifesta construens. si enim est diuisio, inquit, & multitudo in rebus, est uacuum: sed est diuisio & multitudo, ergo uacuum: ipsam quidem cõsequentiam eodem modo accipiens, ut Parmenides, sed assumptum minime. nam hic quidem dicebat, sed non est uacuum, quod erat occultum: iste uero quod est multitudo, & diuisio. similiter & de motu. si ē motus, est uacuũ: sed est motus, igitur est uacuum: hic quoque eandem consequentiam cum Parmenide sumens, assumptionem uero, minime. Eodem modo Parmenides etiam infinitum inducebat. si enim est finitum omne, uacuo proculdubio finitur: sed non est uacuum, non igitur est omne finitum. Propter hæc commendauit Democritum, ut & sensui cõcessa principia sumentem, & eiusmodi ex eis suppositiones, & principia naturalium rerum construentē, per quæ omnia assignare poterat, quæ ex natura fiebant. de Empedocle tamen dicens, ingredi inquit dicere ipsum agens in meatus, & sic facere: non primo autem agens, ut medicinam, sed ut immediatum, ut medicamen, aut cibum. & propter hoc inquit dicebat magis uideri uisibilia, per ea quę magis perspicua sunt: nam quę sunt magis perspicua magis habent, & densiores, & per ordinem meatus. hic igitur inquit non sufficientia sumpsit principia ad omnia naturalia, sed ad quædam solum ipsis accommodata, ut ad modum, quo fit agere, & pati. item quo pacto miscentur miscibilia, sed non quo pacto fiat motus, aut diuisio ex his tradere possunt, aut reliquorum singulum. Democritici uero talia determinauerunt principia, quæ eis procedent recte, circa demonstrationes omnium eorum, quę fiunt. propter hoc igitur inquit recte proficiscuntur eis cõsequentia: quoniam tale principium sumpserunt, quod est, & conceditur à natura, scilicet esse multitudinem, & motum in rebus. uisum enim est quibusdam antiquorum, neq; esse multitudinem, neq; motum: quod erat sensui repugnare. non sustulit ergo Democritus quę ex ipsa re fidem sumpserunt, sed talibus principijs usus est. cum autē dicit uacuum non ens, hic quidem pro eo quod est non possibile intellige, scilicet non esse in entibus omnino uacuum: ut sit sensus, si non est possibile motũ fore aliquid sine uacuo: sed non est uacuum, non igitur est motus. in Democriticis autem rationibus, non est consequenter sic possibile accepisse dici uacuum, non ens, ut omnino non sit, sed solum ad differentiam pleni: nam ueluti nõ habēs essentiam aliquam supponit uacuum ipse Democritus. Cum autem dixit non existente uacuo, addidit separato. dictum est enim in Physica, q uacuum locus, & plenum subiecto eadem sunt, sed habitudine diuersa. Vacuũ enim nil aliud est quàm locus priuatus corpore. Plenum autē locus plenus corpore. Locus uero uacuum corporis receptiuum, aut interuallum corporis contentiuum. In eo uero { Hoc autem nihil differt } non ad id quod iam dictum est, sed ad dicendum referre opus est, adhuc autē ad Parmenidem loquitur. supponens enim inquit uacuum esse, & motum, & multitudinem, eo quod non possit dicere, nec diuisionem esse, nec motum sine uacuo: sed uera ratio habet, q etiam non existente uacuo, nihil prohibet, & diuisionem, & motum rerum esse, diuisarum quidem, sed se tangentium, & non per uacuum distinctarum. hoc autē interimens Parmenides dicit, q nihil differt sic supponere ab eo, quod est, atoma & uacuum inferre. utrum enim inquit ipsum ens, omniquaq; diuisibile est, aut non omniquaq;. si enim omniquaq;, non solum multę nõ erunt res, sed nec una: diuisum siquidem omniquaq; nihil erit, sed solum uacuum. si autem non omniquaq; diuisibile, figmento hoc simile est. nam cur secundum quid diuisibile, secundum quid autem indiuisibile? Sic autem & atomorum opinio cauillatio est, ad quam & uacuum esse sequitur. Eadem autem inquit ratione ostendit motum non esse: uacuum quidem non esse supponens: motum autē sine uacuo non esse assumens. Deinde accusat Parmenideos: quoniam putabant ad rerum euidentiam non esse aduertendum omnino, sed ad solam rationum consequentiam, quod credentes, & persuasi unũ esse dicebant uniuersum & immobile, & infinitum. uidebantur enim inquit accidere hęc, scilicet esse uniuersum unum, & infinitum, & immobile, quantum est ex rationum cõsequentia, & probabilis esse argumentatio uidebatur, in ipsis tamē rebus nihil ab insania uidetur hoc ipsum differre, immo potius excedere insaniam: nullus enim insanientium in sensu fallitur, neq; ignem idem putauit glaciei. sed error insanientibus est circa bona & non bona, utilia & non utilia: eligit enim propter insaniam inutile pro utili. hi igitur huiusmodi fuot. Leucippei uero, & Democritici sensui confessa dicentes, non sustulerunt, nec multitudinem, nec motum. Apparentibus igitur inquit concors existens Leucippus in hoc, cum postea recepisset ex his, qui unum inducunt, & cum ipsis consentiens nõ esse motum sine uacuo, & q uacuum est non ens, hoc est non plenum, neq; substantia aliqua, neq; consistentia, sic quę consequuntur construxit, scilicet q atoma sunt & uacuum. nam si multa sunt entia distinctaq;: distinctionem uero sine uacuo factam iri est impossibile: est igitur uacuum. sic igitur uacuum esse construxit. Atoma uero esse rursus sic. unumquodq; entium proprie est ens: in ente uero, nihil est non ens: quare neq; uacuum. si autem nihil est uacuũ in eis: diuisionem uero sine uacuo impossibile est factam iri: impossibile est igitur ipsa diuisa iri. Tangentia uero dixit agere & pati, hoc est per ipsum uacuum: nam per hoc se mutuo tangunt. non enim proprie tactum dicebat Democritus, dicens tangere se inuicem atoma, qui fit superficiebus adinuicem congruentibus ipsorum tangentiũ, sed propinquas esse adinuicem atomos, & non multum distare, hoc tactum uocabat: uacuo enim omnino ipsas ab inuicem distingui, & secerni: sed composita inquit adinuicem atoma, & complicata passiones generant, ut sæpe dictum est. Significat autem per compositionem ipsorũ, & complexionem positionem, & ordinem, sed & eo q̄d secundum ueritatē, & proprie inquit uno multitudo non facta fuerit, cum multitudo per diuisionem fiat: diuisio uero per uacuum. quod igitur proprie unum est, non habens in se uacuum, minime diuisum fuerit: sed neque ex multis secundum ueritatem fieret utiq; unum: neq; enim possunt atomi congregari per uacuum, separatæ, & uniri non potentes.

Fere autem et Empedocli necessarium est dicere, quemad- Tex. 62
modum

modum & Leucippus inquit. esse enim quædam solida, sed indiuisibilia, nisi omniquaq; continui sunt meatus. hoc autẽ impossibile: nullum enim erit alterum solidum præter meatus, sed uniuersum uacuum. necesse igitur tangentia quidem indiuisibilia esse, horum autem intermedia uacua, quos ille meatus uocat. sic autem & Leucippus inquit de agere & pati. modi igitur, per quos hæc quidem agunt, illa uero patiuntur, ferè hi dicuntur.

Com.114. Reducitur inquit Empedoclis opinio ad Democriti opinionẽ. quãtũ.n. ex his, quæ supponit Empedo. necesse est ipsum atoma corpora inducere. si.n. per meatus supponit agere, & pati, necesse oĩno est in meatus ingrediente agente, & patiente, cõtinẽtia meatus corpora impassibilia esse, & indiuisibilia. nã si patiantur, qm agere & pati nõ aliter quã p meatus dicit fieri: necesse est & illa meatus habere, & rursus corpora cõtinẽtia meatus illos: quare aut totũ meatus erit, aut si hoc est impossibile, necesse est esse quædã ultima, impassibilia, & indiuisibilia corpora: & hoc quoq; Democritus dicebat. quare eadẽ etiã Empedocles Democrito, & Leucippo, quãtũ est ex propriis suppositionibus, dicere cogetur. Hoc autẽ increpat dicẽs. {Esse enim quædã solida}. i. necesse est Empedocli dicere esse quædã solida, & indiuisibilia: quia nõ sunt in omni parte corporis meatus continui: hoc.n.ẽ iposssibile: esset enim meatus uniuersum corpus, & uacuũ. quare si hoc absurdum est, necesse est tangentis corporis partes solidas esse, & indiuisibiles, media uero ipsarũ uacua, quæ Empedocles meatus corporis uocabat. hmõi uero & Leucippei supponebant, indiuisibilia quidẽ seinuicem tãgere, sed intercipi uacuo. per quod agere & pati fit, nisi quod ipsum tactum non proprie dixerunt Leucippei, ut superius dicebat.

Et de his quidem, & quo pacto dicunt, manifestum est, & ad ipsorum positiones, quibus utuntur, ferè confesse apparet id, quod accidit, alijs uero minus. ut Empedocli quodammodo erit corruptio, & alteratio non manifestum. illis enim sunt indiuisibilia prima corpora, figura solum differentia, ex quibus primis componuntur, & in quæ ultima dissoluuntur: Empedocli uero alia quidem manifestum quod usque ad elementa generationem, & corruptionem habent: horum autem ipsorum quo pacto fit, & corrumpitur coacervata magnitudo, neque manifestum, neque contingit ipsi dicere, non dicenti & ignis esse elementum. similiter autem & aliorum omnium, quemadmodum in Timæo scripsit Plato. Tex.c.63 *Tantũ enim differt non eodem modo cum Leucippo dicere, quod hic quidem solida, ille uero superficies dicit indiuisibiles: & hic quidem infinitis terminata esse figuris indiuisibilium solidorum unumquodque, ille uero terminatis: quoniã indiuisibilia utrique dicunt, & figuris terminata. ex his itaque generationes, & disgregationes,*

Com.115. Cũ exposuisset modos, quibus & Empedocles, & Democritici agere, & pati supponebant, in his magis cõmẽdat Democriticos, qui eiusmodi principia supponebant, quæ eis sufficiebant ad generationẽ, & corruptionẽ, & alterationẽ, & alias naturales mutationes, cũ Empe. non posset per propria principia omniũ rõnes assignare. primũ.n. impassibilia dicẽs esse elemẽta quatuor, & specificas ipsorũ differẽtias esse ipsas passiones, alterationẽ seruare nõ põt: generationẽ aũt cõpositorũ quidẽ elemẽtorũ congregatione dicit esse: ipsorũ aũt elemẽtorũ generationẽ nõ amplius dicere põt, nõ supponẽs illis simpliciora elemẽta: uidẽtur aũt elemẽta genita, corruptaq;. sed Democritici, & ipsi dicẽtes cõposita oĩa ex quatuor elemẽtis habere generationẽ, ipsorũ etiã elemẽtorũ rationẽ generationis ex propriis principiis assignãt: generari enim ipsa, & corrumpi atomorũ cõgregatione, ac disgregatione. & alterationẽ quoq; seruabant transpositione, & ordinis uariatione ipsorũ atomorũ: nõ.n. supponentes passiones in atomis, sed ipsa dicẽtes impassibilia, ipsorũ positione, & ordine passiones fieri uideri dicebant. Empedocles tamẽ in elemẽtis reponens passiones, & ipsas esse dicẽs immutabiles, alteratione seruare nõ potest. ferè igitur, inquit, qui ab antiquioribus dicti modi sunt isti, qui duo sunt: & qui per meatus, & qui per uacuũ & de his quidẽ inquit Leucippeis. s. & Democriticis. Manifestũ autẽ hoc ex cõsequẽtibus, & qũo. s. & quonã mõ dicũt manifestũ, sed & ad positiones ipsorũ, inquit, quibus utũtur, cõfesse ferè quod accidit apparet: cõsequẽtia. s. inqt, & accidentia principiis eorũ, quæ cõsequuntur, dixerũt & alia, & eũ qui est de facere & pati sermonẽ. Empedocleis uero, inquit, minus cõsequentia & accidentia principiis sunt ea, quæ cõsequuntur, ea. s. quæ de generatione & corruptione & alteratione, & agere & pati. Democriticis enim inquit prima corpora, ex quibus fiunt oĩa primis, & in quæ ultima resoluunt̃, indiuisibilia sunt: in hac enim & quatuor elemẽtorũ resolutio fit. Empedocli uero alia quidẽ. s. cõposita, usq; ad quatuor elemẽta habẽt resolutionẽ. prima.n. elemẽta sunt ei ipsa quatuor: & pp hoc cõpositorũ habent generationis rõnẽ, ipsorũ elemẽtorum congregationem quo autem modo & ipsa elementa generantur, & corrumpuntur nõ habet dicere, nõ dicens ipsis elementis simpliciora aliqua elementa: aceruata autem magnitudo, hoc est ex generatione ipsorum aceruata, ut aer, aut aqua, aut ignis, quæ in generatione ipsorum paulatim congregantur, & augentur, ut ex pluuia aqua, aut quia ex euaporante aqua aer, aut ex accensa materia ignis: similiter autem & de terra. non dicenti igitur inquit ignis elementa, neq; aliorum omnium, aquæ. s. & aeris & terræ, non possibile est ipsorum generationem tradere: propter quod & Plato in Timæo quatuor elementorum elementa ait esse ipsas superficies, hæ autẽ sunt triangula æquilatera, & rectangula: pyramidem uero non elementum dicebat ignis, sed semen: similiter & terræ cubum, & aliorum similiter: aquæ quidem laterũ octo, aeris uero uiginti laterum: nam duodecim laterum superficiem toti mundo tradidit: triangulos uero hoc est, prima elementa, indiuisibilia dicebat: non enim ulterius hæc diuidi in magis elementaria. Platonis igitur inqt opinio ab ea, quæ Leucippi & Democriti differt in hoc, ꝙ hi quidem indiuisibilia, quæ & prima elemẽta faciebãt, solida esse dicebant, Plato uero indiuisibiles superficies & Democritus quidem infinitis figuris dicebat atomos figurari, Plato uero terminatis, magis autem una: triangulos enim prima elementa dicebat. hæc autem primum ex elementorum terminatis terminari figuris. s. quinque, pyramide, cubo, octo laterum, duodecim laterum, uiginti laterum figura. non hoc autem dicit, quod unaquæq; atomus infinitas habet figuras: unum enim unaquæque habebat: sed ꝙ atomi infinitas figuras habebant diuisas secundũ unãquãq;. aut est cõuerso modo intelligendum unũquodq; solidorũ infinitis figuris terminatũ esse, hoc est, unãquãq; figurã in infinitis solidis, hoc est atomis terminatã esse, ut sphæricam, cubicam, & aliarũ unãquãq;, ut & figuræ infinitæ sint, & sub unaquaq; figura atoma. uerbum autem illud {Terminum esse} hic loco eius dixit, quod est circũscriptum esse singulum solidorum ab aliqua figura.

Leucippo quidẽ duo utiq; modi essent, & per uacuum, & per tactum: ob hoc enim diuisibile unumquodq;. Platoni uero secundum tactum solum: uacuum enim non esse inquit. et de indiuisibilibus superficiebus diximus in prioribus rationibus,

Videt̃ hic aduersari his, quæ ab eo superius dicta sunt. Com.116. dixit enim in illis pari hoc modo fieri, dissolutione facta per uacuũ, & corruptione, & alijs mutationibus. nũc ãt dicit duos esse modos generationis, eum qui per uacuũ, & eum qui per tactum. uidetur igitur hic communius ge

nerationem dixisse in generatione entis, dico.s. substantiarum, & ipsorum accidentium: & huius quidem alterum modum, cum.s. qui per uacuum est, esse ipsius generationis, alterum uero, qui per tactum alterationis. tangentes enim seinuicem atomi, & collisæ transponuntur, & in ordine transferuntur, & sic alterationem faciunt: tangunt autem se proculdubio per ipsum uacuum: quare nō sunt hæc illis contraria. Potest autem illud {Duo modi} non secundum alium, & alium modum dicere fieri gñationē, quādoq; hūc, quādoq; illū, sed nūquā gñationē per duos hos modos, ut fiat & per uacuum, & per tactum. nam per uacuum etiam fit tactus, siue proprie tactum dixeris, siue per appropinquationem: etenim etiam superius communiter agere, & pati per tactum dixit fieri. dicit autem sic, & constantia facere generationem, dissoluta uero corruptionē, agere uero & pati quatenus se tangunt: agunt autem & patiuntur non solum quæ alterantur, sed etiam quæ generantur. sic igitur Democrito quidē sunt inquit duo modi generationis, Platoni uero unus, qui p tactum. nō enim dicit uacuum Plato, sed superficies quidem tangentes se, secundum proprium tactus significatum facere pyramides, aut cubos, & reliquas solidas figurarum: hæ autem rursus tangentia se facere corpora. Priores autem rationes eas, quæ de Cœlo dixit: in illis.n. Platoni superficies principia dicenti contradixit.

De indiuisibilibus uero solidis amplius considerare quod accidit dimittatur nunc.

Com.n 7. Indiuisibilium corporum destructio, dicta est ab ipso quidem seorsum in libro de indiuisibilibus magnitudinibus, & in libro quoq; de Cœlo: opus autem est nos dicere per quot, & quales argumentationes in lib. de Cœlo ipsa destruxerit. in tertio igitur sermone sex quasdam ponit argumentationes, in quarto autem unam, congruentē considerationi de graui, & leui. Est igitur prima ratio, quòd non condecentia sciētiæ principia supponunt, qui atomos dicunt, cum ipsas infinitas esse dicant: infinitum enim sui natura incognitum est, scientia uero terminatorum est, & terminata cognitio. hæc autem ratio non ad atomorum indiuisibilitatem, sed ad infinitatem dicta est. Secunda est, quod auferunt hæc dicentes certissimas scientiarum, dico.s. mathematicas: illi enim omnē magnitudinem etiam intellectu sumptam bifariam diuidunt. hi uero etiam naturalem non diuidunt: quare aduersantur certissimis scientiarum. Tertia, quod interimunt cōsensum & passiones. ut enim sæpe dictum est, cum punxerit corpus acus aliqua, necesse est omnino, aut in uacuū procedere ipsam, aut atomum tangere: sed si in uacuum processerit, non sentiet, si uero atomum tetigerit, quia impassibilis est, rursum nullus fiet sensus: quare sublatus fuerit sensus, neq; aliquid erit sensibile. si enim sentire diceretur aliquid pati ab ipsis sensibilibus, ipsum sensum: non est autem consensus, neq; passio: non est igitur sensibile aliquid proprie. si autem aliquis dixerit quod natura nihil est sensibile, sed positione, & certa ad ipsos sensus habitudine: nam eo quod taliter, aut taliter atomi occurrāt, sic esse uideri sensibilia: scito redargutam esse sufficienter à Platone in Theæteto rationem hanc. Quarta, quòd interimunt continuitatem, & diuisionem. nullum enim erit continuum, & propter hoc neq; diuisibile: cum tamen cōtinua esse corpora manifestum sit uel ex hoc præcipue, q una aliqua particula patiente totum corpus ferè in non tempore consentit passionem, propter continuitatem permeantem. at si non esset continuum corpus, quomodo oporteret particula una patiēte, ut pede offendente, consensus secundum continuitatem in totum permeare? non enim si staremus decem se consequentes, deinde unus percuteretur, fieret in reliquos consensus, quia non sumus continui, sed diuisi. Quinta q interimunt generationem, & corruptionem. quomodo enim ex aqua euaporante aer fieret? proculdubio dicent segregatis atomis, ex quibus congregatis aer constabat. sed si hoc esset, nunquam oporteret uniuersam aquam euaporari, sed semper superesse aliquid euaporandum: non enim eædē atomi sunt omnium elementorum effectiuæ, sed aliæ aliorum. quare si non substantia aquæ mutata fit aer sic, sed segregatis ex ipsa aeris atomis, ipsa aqua nunquam tota in uaporem conuertitur: quare aut non omnino erit generatio, aut falsa est atomorum suppositio. impossibile est enim saluari in tali suppositione generationem elementorum mutuam, cum tamen & ipsi dicant elementa ex se mutuo generari. quare ipsi sibi ipsis aduersantur, dicentes ex se mutuo elementa generari. rursusq; quantum ex proprijs suppositionibus mutuam illorum generationem auferentes. Sexta super has, q si differunt figuris atomi, infinitæ autem figuræ, igitur infinitę atomorum naturæ. si autem infinitæ naturæ, infiniti etiam motus, & infinita loca: nūc autem neq; loca infinita, nec motus infiniti. si aut quis dixerit, sed omnes esse dicebant, ut & omnes dicebant & deorsum moueri: sursum uero motum elisis quibusdam atomis, ut sphæricis fieri, dicemus q quę præter naturam uiolentia aliqua in præter naturalem locum mouentur, quanto sunt maiora, tanto tardius præternaturali motu mouentur: magnā enim terram aliquis proijciens, tardius sursum mouebit, q̄ paruam glebam. oportebat igitur maiorem ignem tardius ad superiorē locum moueri, minorem uero citius: nunc autem econtra uidemus, quāto enim maior est ignis, tanto citius sursum mouetur. has igitur ponit argumētationes in tertio. In quarto autem inquit q non habebunt causam, quam possint assignare huius, q alia alijs leuiora, grauiorane sint, qui atoma supponunt, & uacuum. propter quid enim corporum hæc quidē erunt grauiora, illa uero leuiora? necesse enim oīno est, aut propter plenū solū, aut propter uacuū solū, aut propter utrūq;. uerbi causa propter plenū solū, ut dicant quæ plus habent de pleno, grauiora esse, quæ minus, leuiora, uacuo nihil conferēte. si aūt per ipsum uacuum, ut quæ pluri uacuo participant, leuiora sint, quæ autē minori grauiora. si autē propter uacui proportionē ad plenum, ut dicamus, in quibus maiorē rationē habet uacuum ad uacuum, quàm plenum ad plenum, hæc esse leuiora, alia uero grauiora: ut uerbi gratia duobus existentibus corporibus, maiorem rationem habeat uacuū quod est in altero ad uacuum alterius, quàm ipsum plenum, ad plenum alterius: ut exempli gratia uacuum sit duplū ad uacuum alterius, plenum uero sesqualterum, aut æquale. si igitur propter plenum solum hæ quidē grauiora sunt, illa leuiora, oporteret paucam terram multo igne leuiorē esse: est enim amplius plenū in multo igne, quā in pauca terra. si autē propter uacuum solum, oporteret multā terram leuiorē esse pauco igne, cum amplius sit uacuum in multa terra, quàm pauco igne. si aūt propter proportionē utrorūq; & grauiora, & leuiora hæc essent, in quibus maior est ratio uacui ad uacuū, quā pleni ad plenū, manifestum q in quibus sunt rationes æquales uacui & pleni, hæc erunt similiter leuia, aut grauia. oporteret igitur magnam terram similiter esse leuem, aut grauē parti suæ: eadem est enim in toto & in parte uacui & pleni ratio. oporteret igitur lapidem unius talenti, & paucam terrā breuissimis eorum partibus æquipondera esse: quod est impossibile. rationes igitur, quas in libro de Cœlo ponit, hæ sunt. ponit quoq; & alias quasdam hic.

Vt autem parum egredientes dicamus necessarium impassibileq; unūquodq; dicere indiuisibilium: non enim possibile pati nisi per uacuum, & nullius effectiuum passionis: neque enim durum, neque frigidum esse potest. Tex.c.64 *Quāuis hoc est incōueniēs attribuere solū circulari figuræ calidū. necesse enim & cōtrariū, & frigidum alicui alteri cōgruere figurarū. absurdum autē & si hæc quidē insint, caliditas inquā, & frigiditas: grauitas uero & leuitas. & durities & mollities non insint.* Tex.c.65

Quamuis

Tex.c.66 *Quanuis grauius secundum excellentiam dicit esse Democritus unumquodque indiuisibilium. quare manifestum quod & calidius. talia uero cum sint non pati à seinuicem impossibile*
Tex.c.67 *ut à ualde excellenti calido remisse calidum. Atqui si durum & molle, molle autem iam in patiendo aliquid dicitur, quod*
Tex.c.68 *enim cedit molle est. At uero absurdum, & si nihil inest, nisi sola figura: & si inest, una autem sola, ut hæc quidem dura, illa uero calida: neque enim una aliqua fuerit ipsarum natura. similiter autem impossibile & si plures uni: indiuisibile enim existens in eodem habebit passiones: quare & si patiatur, siquidem infrigidatur, sic & aliud quid aget, aut etiã patietur.*

Com.118. Necesse est inquit supponentes atomos, impassibiles ipsas supponere. nam ex quo pati non aliter fieri dicunt quã per uacuum: uacuum autem non est in atomis: ergo nec passio aliqua. sed si impassibiles sunt atomi, igit̃ nec in seipsas agent: quã enim non habent passionẽ, nec alijs nec sibiipsis omnino tradiderint. si autẽ nõ egerint in aliquid, nullũ erit agens, neque patiẽs, quod est absurdum, & ipsi euidentiæ repugnans. quare nullũ erit, neque durũ ex molli, nec calidum ex frigido, neque aliorũ huiusmodi nullũ. quãuis, inquit, ipsi suis sibi sermonibus aduersantur: dicunt. n. sphæricas ex atomis calidas esse, & adhuc excedẽtes atomorum grauiores esse. quare, inquit, si maiores atomi grauiores sunt, manifestum ꝙ & maiores sphæricæ calidiores erunt: calidiores autem & grauiores existẽtes quo pacto in seipsas nõ poterunt, & agere, & pati? quod est enim remisse calidum, patitur ab intense calido: quare rursus agent, & patientur abinuicem. Absurdum aũt & sphæricas calidas quidẽ dicere: nõ autem reddere & contrarium calido ipsum frigidũ, alicui alteri figuræ. Absurdum quoque est caliditatẽ quidẽ, & grauitatẽ inesse atomis, contraria uero his, & simpliciter alias passiones, nõ dicere inesse. si enim inquit inest atomis durũ, cur nõ inerit molle: si aũt ierit, molle aũt quod cedit, cedere aũt est pati aliquid. nõ igitur impassibilia sunt ẽt secundũ hoc. {At uero absurdum, &, si nihil inest, nisi sola figura.} Oportet aũt nos exponere ex diuisione, quæcunq; poterant inesse atomis, ut cũ hęc confutauerimus, ostendamus nullo prorsus modo posse constare atomorũ suppositionẽ. ipse quidẽ Philosophus nõ perfecte omnia enumerat diuisionis segmenta: nos uero ipsam perfecte exponemus. Necesse igitur est atomos, aut nullã habere passionẽ, aut habere. & si habere, aut unã ipsarũ singulã habere, aut plures singulas, aut plures unã, aut plures plures: in mẽbro aũt supponẽte plures, cõprehẽdatur & oẽs. Si igitur nullã habeant passionẽ, neq; utique quę ex ipsis constant aliquã habuerint passionẽ: quo pacto . n. quod nõ habẽt his, quæ ex his ipsis constant, dederint. si uero nullã habebunt passionẽ, quę ex ipsis cõstãt auferentur sensus, & sensibilia. sensus. o. in patiendo aliquid a sensibilibus dicitur: hæ aũt sunt ipsæ passiones: quare nullũ erit natura sensibile. sensibili aũt nõ existẽte, neq; sensus erit: hæc. n. sunt eorũ quæ sunt ad aliquid. ꝙ aũt in habitudine ad sensus sensibilia habeãt esse, & Plato in Theæteto demonstrauit, & ipse multis in locis Aristo. quare accidet auferri penitus sensibile, & sensum. impossibile est ergo nullã ipsas habere passionẽ. Si uero habeant, unam aũt habeat singula: dico aũt unam habere unamquãque, ut nulla eandẽ alteri habeat, sed unaquæque propriam, præter reliquas. si ergo unam unaquæque habeat passionẽ, non erunt eiusdẽ naturæ. si enim non est nata altera alterius suscipere passionem. non igitur sunt unius naturæ, cum tamen hoc dicant. si aũt non fuerint eiusdẽ naturæ, neque agent adinuicẽ, neq; patiẽtur: quare
Tex.c.69 auferetur per hoc agere & pati, & frustra inerunt illis passiones, cum nihil agant inter se, aut patiantur: nihil autẽ frustra a natura fit. non igitur est possibile unamquãque unam habere passionẽ. Si aũt unaquæque plures habeat: dico autẽ plures habere unamquamque, ut si mille sint atomi: ut uerbi gratia habeat unaquæque ipsarum quinque aliquas passiones, non easdẽ tamen reliquarum nullam, sed unamquamque aceruum quẽdam appropriatum habere passionum. si igitur sic unaquæque plures habeat: interrogabo quomodo habet has, & per quã rationẽ, aut secundum partium compositionẽ, aut ut speciẽ in materia: dico autẽ secundum compositionẽ partium, non ut secundum actum ex partibus diuisis constante atomo, sed quia propter talium secundum intellectum sumptarum partium consonantiam passiones in unaquaque insunt. si ergo propter partium compositionẽ insunt illis passiones, accidet idem, quatenus agit, eatenus pati: ut si habeat atomus & caliditatẽ, & humiditatem: agit autem secundum caliditatem, & patitur secundum humiditatem: quoniam quatenus humida sunt, eatenus sunt & calida: patiens igitur secundum humiditatem, patietur & secundum caliditatem: quapropter agens secundum humiditatem, patietur secundum caliditatem, quod caret ratione: calefaciens enim calefiet, qua calefacit caliditate. non igitur secundum partium compositionem habebit passiones. Eadem quoque absurda sequi uidebuntur his, qui temperamentorum effectus formas dicũt esse, quales sunt medici, & his, qui non quidem temperamentorum illas esse effectus dicunt, sed ad aptitudinem temperamenti extrinsecus, & uniuersali opificio superuenire formas: ut & uerus habet sermo. nam siue temperamentorum effectus sint formæ, quoniam ad talem commensurationem primi temperamenti, siccorum uidelicet & humidorum, calidorum, & frigidorum plures sequuntur qualitates: nam & huiusmodi, color, & sapor, & mollities, aut durities, & similia: manifestum igitur quod secundum ueram rationem, & dulce erit, & rubrum, & humidum, & calidum, & reliqua. quare si secundum eandem rationẽ omnia erit: patientia igitur secundum unam patientur & secundum reliquam. quare si agit quidem secundum aliquid, patitur autem secundum aliud: secundum idem igitur, secundum quod agent, etiam patiẽtur: nam secundum eandem rationem sunt utraque. si autem non sunt effectus temperamentorum ipsæ formæ, sed ab extrinseco sequuntur aptitudinem temperamenti, manifestum quod secundum eandem rursus aptitudinem est, quod diuersæ superueniant passiones. si autem secundũ eandem aptitudinis rationem superueniunt diuersæ passiones, idem rursus sequetur absurdum, si hac quidem agit, illa uero patitur: qua enim rursus agit hac ipsa etiam patietur: quare idem etiam uero sermoni secutum est absurdum. Inquisitione ergo dignum fuerit & hoc ipsum secundum se theorema. An ab eodem temperamento diuersæ formæ perficiantur, aut saltem, ut uerior habet sermo, superueniant ad eandem aptitudinem diuersæ ideæ. quod enim non simpliciter temperamentorum effectus sint ipsæ formæ, manifestum est. fit enim calidum, & frigidum primi temperamenti effectus, aut siccum, & humidum, aut graue & leue: sed unde erit graue olens, & bene olens, & horum infinitæ differentiæ? unde saporum multitudines, & colorum? ipsæque substantiales formæ, carnis inquam, & ossis, & infinitarum formarum? & si secundum eandem rationem primi temperamenti diuersæ perficiuntur in his, quæ similium sunt partium, formæ, ut dulce, & flauum, & lentum in melle: cur non patiente uno, etiam alterum patitur? patitur enim color uerbi gratia mellis, & ex flauo albus fit, dulcedo uero, exempli causa, nihil est passa: clarum autem est, si non esset permutata mellis temperies, color utique non esset permutatus. quo igitur pacto mutatus est simul color, sapor uero non? cum tamen oportebat ambo simul pati, patiente temperamento: quoniam secundum eandem constiterunt temperamenti rationem. & millia est eiusmodi exempla inuenisse. si autem in aliquibus una mutantur qualitates, ut in uino decocto, eo scilicet quod coctum, aut

sapa uocatur:hoc enim in decoctione cum sapore etiam colorē simul mutat saltē in quibus nō hoc contingit, inquisitione dignū est,& dubitationē nō facile solubilem habet theorema. Quid igitur ad hæc dicimus? Vnaquęque qualitas in latitudine quadam consideratur, & non est indiuisibilis eius substantia.nā & albedo latitudinem habet:non enim quāprimū aliquid exit ab albo summe, iam ex omnino albo exit.similiter autē & dulcedo in latitudine consideratur:magna enim est dulcium latitudo: similiter & in omnibus se habet.si ergo latitudinem habent qualitates,clarum ꝙ & temperamentorū aptitudines,ad quas natæ sunt sequi,superuenireq́;,latitudinē habebunt.est tamē quędā extrema tēperamēti ratio,in qua nō ulterius innata est fieri unaquæq;,sed statim in illo tēperamenti indiuisibili uniuersa qualitatis natura est alterata.Verbi gratia,ut in exemplo examinē sermonem,sinę puta decem calidi partes,& frigidi pares, & sicci & humidi,in ipso extremo,dulcedinis forma superuenire innata est,seu ingigni.si igitur diminuta fuerit alterius oppositionis una particula,nō sic quidē erit dulce , nō tamen penitus nō dulce,sed minus dulce.si tamē quinq́; particulæ fuerint diminutæ,(sit enim ut ad hanc usq; seruet dulcedo)proculdubio prorsus abibit forma.cū igitur in eodē tēperamento diuersæ fuerint qualitates , nō oīno oēs secundū æqualem inter se rationē ingignuntur:sed dulcedo quidem uerbi gratia,secundum perfectam speciem ingignitur:album uero,aut flauum,aut lentum non secundum perfectam ipsius rationē,sed multotiens secundum diminutam propter hoc parum euerso temperamēto,dulcedo quidem non uniuersa euersa est,color uero sæpe cōuersus est totus,cum proximum sit quod ex principio tēperamentū,proximo,& indiuisibili,secundum quod non amplius natus est huiusmodi color fieri.quod enim(etiā si parum euersum sit primū tēperamentū)nulla qualitas, ut se habebat à principio,manet impermutabilis,manifestum est.neq́; enim mellis dulcedo cum ex decoctione, aut tritione compacta fuerit,eadē manet , neq; color uini,cum acidum euaserit:sed ut ad sensum, & ut in latitudine,idem uidetur manere.sed quia,cum siccius fiat mel, ex decoctione,aut tritione,dulcedo quidem ut in latitudine temperamenti adhuc nata est manere , non proprie eadē existens,neq́; penitus mutata est . est igitur in melle etiam interceptum spiritum coloris albi causam dicere,et non simpliciter naturæ nigri ipsum esse dicere . sed quia in aceto manifestissime,& alijs quibusdam color quidē ut in latitudine manet, sapor uero minime , propter hoc nec in melle contendemus.hæc igitur de hac questione, ꝙ.s.non compatiuntur adinuicem qualitates, quæ secundum eandem rationē primi temperamenti sunt generatę. sed redeamus ad id,quod dicebamus à principio . Si igitur secundum partium compositionē diuersæ sunt passiones,& in unaquaq; atomo idem secundum idem aget,& patietur. Si uero quis dixerit quod non ex partium cōpositione simpliciter insunt atomo passiones,ita ut secundū eandē rationē omnes & agant,& patiantur, sed quia diuersas totam atomum accidit habere, eo ꝙ unaquæq; pars propriā aliquā habeat passionē:dicemus quidē primo de unaquaq; partium eandē rationē,quā dicebamus in suppositione dicente unā unaquāq; passionē habere. postea si alię partes alias habent passiones,planum quia unaquæq; partium alterius est naturæ:si quidem nō omnia nata est alterius partis passionem recipere.si enim nata est,aut quandoq; recipiet,& mutabitur,& ita nō erūt immutabiles:aut si non recipiet,frustra habebit potētiā. si autem alterius sunt naturæ partes,quid est quod coniungit?& quomodo quæ omnino separata sunt iuncta sunt?& nō amplius erunt atomi similarium partium,nec prima principia,sed illa,ex quibus hæ componuntur,sed neq; proprie atomi fuerint,si in ea,ex quibus constant,diuiderentur. Si autem ut forma in materia,nostram rationem dicent,& ueram.Communi igitur subiecta atomorum substantia,receptiua erit unaquæq; passionum,quę in alijs atomis sunt.quare & agent,& patientur à se mutuo.ostensum enim est,quæ cōmunē habent materiā,passiua esse,actiuaq́; inter se,habentia contrarias passiones. quapropter siquidem omnes atomi altera contrariorum sola habebunt,mutila erit natura,& frustra erunt alteræ: si autē in eadē sunt contraria,absurdum est simul esse cōtraria.si autem oppositiones contrariarum passionū partitæ sunt,communi existente subiecto,impossibile est nō agere,& pati adinuicē:hoc enim contrariorū natura cognoscitur. Si autem plures atomi unam habeant passionē:dico autē plures unā habere passionē,hoc est aut omnes unā,aut secundū portionē unā,ut decem quidem album,alias uero decem nigrum.si quidem primum oporteret omnia,quæ ex ipsis constant,eiusdē esse naturæ, & nullam esse differentiam:nunc autem infinitæ sunt , quæ proprie sunt secundum qualitatē.si autē secundū (siquidem in omnibus portionibus altera solum insunt contrariorum)mutila fiet natura rursus , & auferetur actio , & passio:agunt enim & patiuntur contraria.si autem distributas habent atomi contrarias passiones,cōmuni uidelicet existente subiecto,agent & patientur , & adinuicem mutabuntur,aut frustra erunt contraria cū nō agant adinuicem,& patiantur. Si autem plures plures habeant: dico autē plures plures,aut omnes omnes, aut rursus secundum portionem partium, ut decem quidem habeant decem passiones,aliæ uero decem alias:rursus communiter in utrisq; dicemus.si quidem utraq; habebunt contraria eædem,absurdum est simul,& secundum idē esse contraria.si autē altera contrariorū omnes,mutila fiet rursus natura,seorsum uero,& proprie in priori qdē, ꝙ oporteret omnia eiusdē esse substātiæ,in secundo uero dicemus ea,quæ dicta sunt in suppositione dicente, in unaquaque plures esse:idem enim etiā in his congruet, & rursus quæ in suppositione dicente,in pluribus unam.Quoniam autem & ipsa figura qualitas est,absurdum inquit hoc solū ipsis assignare.quæ enim distributio est,hanc quidē qualitatis in esse speciem,alteram uero non?Cum autē dixisset ꝙ absurdum sequitur,ad suppositionem dicentē nullam habere passionem ipsa atoma,tacuit absurdū, uelut manifestissimū,nos aūt ipsum diximus.Deinde secundū mēbrū exponit dicens,unicuiq; atomo unā inesse qualitatē,quæ nō alteri inest,absurdū aūt est nō unius eiusdē ipsas esse naturæ:sed neq́; plures passiones inquit habere unāquāq; atomū est impossibile.ad hęc usq; diuisionem exponens,reliqua mēbra prætermisit,quæ supra nos exposuimus.{ Illud uero indiuisibile, } si sic percipiamus ipsum dicere indiuisibile,ut quod nō est natū diuidi, uidebitur nō rationabiliter inducere quæ sequuntur.neq́; enim si nō est natū diuidi,iam in eodē erunt passiones:possibile enim est aliam in alia parte esse,sed indiuisibile secundū potentiā.neq; enim rationabile est in alia parte aliam potentiā supponere.neq́; enim hoc dicebant qui atomos supponebant:& si quis dixerit nō seruabit ulterius atomorū conceptū,& suppositionē.neq; enim ulterius fuerint principia prima,sed illa(partes dico)ex quibus & ipse alijs existentibus secundū substantiā constant . altera autē sunt secundū substantiam,quæcūq; potentia altera participauerint.neq; proprie ulterius fuerint atomi : diuiduntur enim diuersis potentijs,quāuis non loco.quoniā igitur oportet atomos etiam secundum potētiā atomos esse,accidet secundū eam potētiam plures habere passiones:quare una patiente,necesse est & reliquas simul pati & si habeant,actiuas passiuasq́;,quoniam secundū eandem ambo insunt potentiam,quatenus agent eatenus & patientur,& secundum idem,ut diximus superius.

Eodem quoque modo & in alijs passionibus. hoc enim & Tex.c.69
solida,& plana dicentibus indiuisibilia accidit hoc eodem modo:neque enim rariora,neque densiora possibile est generari, uacuo non existente in indiuisibilibus.

Quoniam

Quoniam ut in frigiditate sermonem exercuit, dicit q simile utiq, se habebit & in reliquis qualitatibus: agentia enim secundum caliditatem, agent etiã secundum raritatem, si rarum fit: & si patitur secundum humiditatem, cum sit calidum, & agat secundum calidũ, patietur simul secundum idem: nam secundum idem est humidum, & calidum. Cum autẽ supposuisset q si habent passiones atomi, aut unam habebunt, aut multas, & destruxisset utrũque, quod scilicet, neq; unam possibile est eas habere, neque multas, ut proculdubio concludatur nullam ipsas habere passionem, intulit quod hoc ipsum non solum sequitur ad eos, qui solida indiuisibilia supponunt, sed etiã ad eos, qui plana: hoc est non posse unam habere passionem, neq; plures. Deinde hoc astruens intulit. { Neq; rariora, neq; densiora. } rarum enim, & densum uacui implicatione fieri dicebant Democritici: rariora siquidem esse, quæ pluri uacuo participant, densiora uero quæ minori. si igitur in atomis non est uacuum, neq; igitur rariora, neq; densiora fuerint. hoc autem intulit, non ut huius ablatione coablatis, & aliis passionibus: non enim si nõ sint rariores, aut densiores: neq; aliquam aliam habuerint passionem. sed tam quidem non posse passionem ipsas habere communiter sustulit: & ut in aliquibus seorsum passionibus hoc examinans intulit, qui uero superficies dicebant, uacuum quidẽ non esse dicebant. Fortasse autẽ & illi rarius, & densius dicebant fieri, eo quod plures pauciores ue habeant meatus. Præterea quoq; ipse alibi de his dixit, quod passionẽ, neq; conantur generare. Aut igitur hoc significat illud: hoc enim & solida, & plana dicentibus accidit eodem modo. s. nullam posse habere passionẽ, aut q plures habentia passiones, quoniã secundum eandẽ rationẽ ipsas habent, indiuisibilia existentia secundũ potentiã, ut dictũ est, secundũ unũ, & idẽ simul accidet ipsa & agere, & pati. quæ enim diximus & in solidis atomis, hoc dicemus & in superficiebus. Verba uero illa quæ sequuntur. s. { Neq; enim rariora, neque densiora, possibile est generari uacuo non existente in indiuisibilibus } ad secundã expositionẽ, ita sunt intelligẽda. quoniã enim per id, quod est secundũ unã & eandem rationem esse in atomis plures passiones, ita sustulit id qđ est omnino habere ipsas simul plures passiones. Potuisset autẽ aliquis dicere, quod & nos prius dubitauimus, quod non necesse est secundum unam & eandem rationem esse, sed in altera parte altera passionum esse: propter hoc intulit illud, propter hoc neq; rariora, neq; densiora possibile est esse. si enim secundum eorum suppositiones rarum & densum fit uacui interplexione: uacuũ uero non est in atomis: manifestum quod neq; rariora ipsa etiã, neque dẽsiora possibile est, neq; aliis, ne q. ipsa seipsis, aliis & aliis partibus. quare una & eadem erit ipsorum ratio, & una potentia. si enim similaris est sibiipsi atomus, & nullam habens differẽtiam, manifestum est quod una est compositionis partium eius ratio, & una & eadẽ cuiusq; potẽtia. quare nõ est possibile secundũ aliã quidẽ partẽ esse calidum, secundum aliam uero aliud quid.

Tex.c.70 *Amplius autem absurdum & parua quidem indiuisibilia esse, magna uero minime. nunc enim rationabiliter maiora franguntur magis quam parua: hæc enim dissoluũtur facilius, scilicet magna, offendunt enim multis: hæc autem indiuisibilia omnino, propter quid magis insunt magnis, quàm paruis?*

Com.130. Altera argumentatio. si natura inquit sunt atoma indiuisibilia, & non propter paruitatem: sic enim non essent natura atoma: nam & qui atoma non supponunt, non in infinitum diuidunt, sed sistunt diuisionem propter paruitatem: non tamen natura ipsa indiuisibilia dicunt, sed secundum potentiam in infinitum diuisibilia. si ergo natura indiuisibilia atoma supponuntur, extraneum utiq; & alienum fuerit supponere parua quidem non diuidi, magna uero diuidi. cur enim propter aliquam rationem inest paruis indiuisibilitas, magnis uero nonẽ nos enim rationabiliter diuisibiliora magna corpora paruis esse dicimus quoniam natura diuisibilia omnia in infinitum supponimus. diuisibilibus ergo existentibus, accidit magna magis esse diuisibilia, quia magis offendunt diuidentia ipsa parua uero effugiunt propter paruitatem ipsum diuidẽs & labuntur his uero, qui indiuisibilia natura dicũt, nõ licet: indiuisibile enim natura similiter est, & in maiori & in minori.

Amplius autem utrum una omnium natura illorum solidorum, aut differunt altera ab alteris: quemadmodum si hæc quidem fuerint ignea, illa uero mole terrea. Si enim una est omnium natura, quid est quod separauit? aut propter quid non fiunt cum se tetigerint unum? ueluti aqua aquam cum tetigerit: nihil enim differt posterior a priori. Si uero altera, qualia hæc. & planum quod hæc ponendum principia, & causas eorum, quæ accidunt, magis quàm figuras. Tex.c.71. *Amplius autem natura differentia, & si egerint, & passa fuerint tangentia adinuicem.* Tex.c.72

Altera argumentatio. necesse est inquit aut omnes esse unius & eiusdem naturæ, aut alias alterius. Si igitur unam habeant omnia, & eandem naturam, quemadmodum, uerbi gratia, indifferentes aquæ, aut glebæ, quid est separationis ipsorũ, & diuisionis causa? aut propter quid rursus tangentia se non coniunguntur, & uniuntur? ueluti cum aqua aquam tetigerit, aut ignis ignem. oportebat enim cum unius essent & eiusdem naturæ, posse adinuicem coniungi. Si autem quis dixerit quod propter duritiem non iunguntur, ueluti nec testa fracta possibile est ulterius partes coniungi, primum quidem quænã sit causa separationis, & diuisionis, quemadmodum & iam dictum est, quærendum est, deinde si sic sunt eiusdem naturæ omnia, non oporteret in compositione diuersas naturas facere, præter ipsas fortasse figuras: quemadmodũ & aceruus lapidum, aut testarum, naturã quidẽ alteram nõ fecit, sed solam aceruũ figuram diuersam. non igitur possibile est eiusdem esse naturæ. manifestum est ergo q qualitate, & non sola figura differunt: quare inquit non fuerunt rerum principia, sed his alia magis rationem principii habentia: ipsæ. s. qualitates, quibus hæc & sunt, & differunt. Illud uero { Quemadmodum si hæc quidẽ fuerint ignea. } hoc est si hæc quidem habeant molẽ, & corporeitatem igneam: posterior autem inquit aqua, hoc est & priori adueniens, & unita nihil ab ipsa priori differt, unde & unita est ei. Ibi uero { Si autẽ sunt altera, qualia hæc, } quædam exemplaria habent, quanta hæc: quædã uero qualia hæc. s. quidem habeat quanta hæc, uult dicere quot naturarum proprietates: si aũt dicat qualia hæc, hoc est secundũ quæ differunt, qualitates utiq; fuerint. quare hæ erunt corporũ principia, non ipsa atoma. Quoniam autem quæ omnino sunt similia ostensum est, neq; agere adinuicem, neq; pati, sed ea, quæ partim quidem similia sunt, partim uero dissimilia, necesse est omnino, si atomi sunt diuersæ naturæ, eiusmodi esse ipsas, nam & subiectum eis unum, & idem est. unde etiam habent atomi quod sint, & qualitas est differens: talia autem existẽtia in tactu & agent, & patientur abinuicem.

Amplius autem quid est quod mouet. si enim alterum, passiua. si uero ipsum seipsum unum quodq;, aut diuisibile erit secundum aliud quidem mouens, secundum aliud uero motum, aut secundum idem contraria inerunt. Tex.c.73 *Et materia non solum numero erit una, sed etiam potentia.* Tex.c.74

Com.131 Altera argumentatio, quæ inquit est causa motus ipsis atomis? moueri enim ipsas semper dicunt. si igitur alterum est ipsas mouens, non erunt amplius impassibiles: manifestum enim est eo quod agat illud in ipsas, hæ uero ab illo patiantur, sic mouentur. si autem unaquæque seipsam mouet, aut parte quidem mouet, parte autem mouetur, aut tota seipsam & mouet & mouetur.

si quidem primum, non erit amplius indiuisibilis, neq; eadem, & similarium partium: diuiditur enim in mouens & motum. si autem tota & mouet & mouetur, erunt cōtraria in eodem: est enim contrarium agens patiēti. & si qui dem omnino, inquit, tadem atomus, & mouet, & mouetur, erit non solum numero una, sed etiam potentia: nos enim dicimus materiam quidem numero unam, potentia uero non unam, sed multa: est enim opposita potentia. cū in utriūq; ipsorum possit mutari successiue. si autem impassibilis existens & mouet, & mouetur eadē, simul unū & idem erit posse mouere, & posse moueri. similiter & in contrarijs. contraria enim & actiua sunt & passiua, & agēs quidem mouet, patiens uero mouetur. eadem igitur simul contrariorum habebit potestates: si quidem secundum unum & idem, simul & mouet, & mouetur, igitur eadem erit potestas secundum quam & mouet, & mouetur, & agit, & patitur, hoc est secundum quam calefacit, & calefit, frigefacit & frigefit, quare & simul erunt con traria. sed hoc fieri nequit.

Tex.c.75 *Quicunq; igitur per meatuum motum, aiunt passiones ac cidere, si quidem & repletis existentibus meatibus, super= fluunt meatus. nanque si hac patitur uniuersum, & si non ha= beat meatus, sed ipsum continuū existens, patitur eodē modo.*

Com.123 Cum exposuisset modos, quibus antiquiores dicebāt fieri actionem, & passionem, seu agere, & pati: cumq; de inde suscepisset magis suppositiones Democriticorū, ueluti concordes magis apparentibus, & quæ ualeant his quæ à natura fiunt esse consequentes: hæ autē sunt atomos, & uacuum supponentes: deinde hinc motus ad confutationem suppositionis atomorum, redit deinceps ad propositū: hoc uero erat, redarguere opiniones antiquorum, quibus ipsum agere, & pati dicebant fieri. erant autem & illa, quæ per meatus hoc dicebat fieri, cui Empedocles præerat, & quæ per uacuum, ut Democritici, & Leucippei putabant. quod igitur non per meatus fiat ipsum agere, & pati, sic ostendit. Scimus autem quòd qui meatus supponunt, hos non uacuos esse dicebant, sed ple nos tenuiori quodam corpore, ueluti aere: hoc enim dista bant ab his, qui uacuum supponebant. ipsum igitur agēs, siquidem extrinsece tangens, continens meatus corpus, ut ipsum labium, secundum quod meatus sic agit, superfluus est meatus. si enim omnino extrinsece tangens egit, proculdubio etiam si meatus non habuisset, tactu egisset. si autem eo quod ingrediatur meatus, ita agit, aut expellit corpus, quod est in meatibus, aut non expellit, & aut agit in apposita intus corpora, & cōtinentia meatus, aut nihil agit. si igitur nihil agit, nihil ergo ad agendum, aut patiendum meatus contulerunt. si autem agit, utrum per aliquos meatus, & ibi aut solum tangens. si igitur per aliquos meatus, rursus & de illis eadem dicemus, & hoc in infinitum: quare accidet totum meatum esse. si autē in interiora, & continentia meatus corpora egit, nō per meatus, sed solum tangentia, etiam si meatus non sint, tangētia hæc quidē agent, illa uero patientur, & nulla erit meatuum indigentia ad agendum, & patiendum sic quidem interimet, quod non per meatus fiat ipsum agere, & pati. Quod autem non per uacuum ipse quidem non addidit, aut ut qui destruxit, suppositiones hoc dicentium. nam & quod uacuum omnino esse non contingit ostensum est in Physica. & quòd atomi non sunt & in alijs, & hic confutauit. Aut quod & magis dicendum est, quia quæ cunq; dicta sunt de meatibus, hæc & de uacui suppositione impermutabiliter congruet dici: siue enim tangens extrinsece corpora uacuum continentia agens agit, super fluit uacuum: nam etiam illo non existente, egisset tactu. si autem intus ipsum ingrediens, eadem rursus congruet dicere, quæ & in meatibus per meatuum autem motum dicit, aut hoc quod est. per meatuum motū & ingressum agentis, aut per motum, qui est in meatibus, primum fieri agere & pati: hoc est propter id quod patiatur, & moueatur corpus, quod est in meatibus, tangente ipso agen te. Cum autem dixisset illud { Si quidem & repletis existentibus meatibus, } non reddidit huius oppositum, scili cet si autem uacuis existentibus, hoc est si impellente agē te, quod est in meatibus corpus. diximus aūt nos de hoc.

Amplius autem quomodo contingit de ipso perspicere acci dere, ut dicunt? neque enim tactibus contingit pertransire per perspicua, neque per meatus, si plenus est unusquisque. quid enim differet ab eo, quod est non habere meatus? omne enim si militer erit plenum. Tex.c.76

Ipse redit ad ostendēdum q; neq; ipsum uidere fit per hunc modum, quem dicebant hi, per meatus quosdā per transeunte uisu. necesse est enim ipsos uisus aut expulisse corpus, quod est in meatibus perspicuorum, & ita permeantes percipere uisibilia: aut nihil impellentes per corpus transisse, aut per tactus ipsos, & compagines duorū corporum, scilicet corpus, quod est in meatu, & cuius est meatus, puta uitrum. Quod igitur per tactus impossibile sit permeare ipsos uisus, cum sint corpora, secundum illo rum suppositiones manifestissimum est: extrema enim se tangentia inuicem congruunt, & nullum locum intermedium permittunt: uisus uero corpora existentes per indimensum permeare non sunt nati. nō igitur per tactus pos sunt uisus permeare. Ob hoc etiam ipsum nō possunt per corpus procedere, qđ est in meatu, corpus enim per corpus procederet. Præterea meatus ipsi frustra sunt. si enim omnino per corpus nati sunt uisus procedere, procederēt utiq; & per perspicuorum substantiam, & meatuum nul la esset indigentia. Si autem secantes etiam in partes, aut omnino impellentes ipsi uisus corpus, quod est in meatibus, sic permeant, & uisibilia comprehendunt, multa etiā absurda ad hunc sermonem sequentur. Primum enim nihil simul uidere nos oporteret, sed secundum partes. uno quoq; enim uisu particulæ alicui occurrente, cū uisus cō tinui non sint, non oporteret aliquod continuum uideri. Deinde quomodo uidemus per aerem. si enim & hic per aliquos meatus secto aere, & cedente uisibus, ex quo pa rietem aliquem totum, & quid dico parietem, quartam partem totam cœli simul conspicimus, necesse esset omni no intermedium locum ab oculis, scilicet usq; ad rem uisam, uacuum esse, quod est impossibile. & ex quo idem ui sibile plures simul uidemus, accidet ipsos uisus rursus, cor pora existentes per seinuicem progredi. quod est impossi bile. & hinc itaq; manifestum est corpora ex oculis non exire si autem transit, inquit, per meatus plenos existentes, cur non & per ipsa corpora ipsorum perspicuorum transit: nam eodem modo & meatus pleni sunt, & quod reliquum est corpus perspicuorum.

At uero & si uacua quidem sunt hæc, necesse autem corpo ra in ipsis habere, idem rursus accidet. si uero tanta magnitu dine, ut nullum suscipiant corpus, ridiculum, paruum quidem opinari uacuum esse, magnum uero minime, neq; quantumcū que, aut uacuum aliud quid opinari dicere, præter corporis re gionem. quare planum quod omni corpori mole æquale erit uacuum. Omnino uero meatus facere superfluum est. si enim nihil facit per tactum, neq; per meatus faciet pertransiens. si uero in tangendo, & non existentibus meatibus hæc quidem patientur, illa uero agent eorum, quæ adinuicem hoc pacto na ta sunt. quòd igitur sic meatus dicere, ut quidam opinantur, aut falsum, aut uanum sit, manifestum ex his est. diuisibilibus autem existentibus omniquaq; corporibus meatus facere, ridi culum: quatenus enim diuisibilia separari possunt.

Com.125 Si quis inquit non dicat meatus, per quos agere, & pa ti, aut ipsum uidere fit, sed uacua hæc dicit esse, plena cor poribus, eadem accident, quæ & in meatibus accidebāt, quid ergo differunt à meatibus, quoniā meatus quidem nunquam uacui nati sunt esse à corpore, uacuum uero, & plenum

plenum & uacuum,quatenus natum est quandoq; per se subsistere.si uero quis dixerit esse in ipsis corporibus,quę sunt in ipsis uacuis,meatus quosdam medios,aut uacua, altera rursus de illis eadem dubitabimus, utrum existentibus in ipsis alijs corporibus, permeent ipsum ipsi uisus, aut non:& rursus eadem concludentur. Si uero quis dixerit parua etiam uacua intermedia ut nō possint corpus aliquod suscepisse:primum quidem neq; ipsi usus pertrāsibunt per illa,cum ipsi sint corpora,quare frustra erunt. deinde inquit siquidem natum est uacuum per se subsistere,irrationabile,& alienum est paruum quidem uacuum supponere,magnum uero non:quid enim est aliud uacuū quàm locus corpore priuatus?deinde quod consequens erat inducere,induxit,ꝙ neq; uacuum,neq; meatus sunt: quare proculdubio omni corpori secundum molem uacuum erit æquale:sic enim quod uoluit comprobauit,& astruxit.si.n.omni corpori æquale erit uacuū,est autē magnum corpus,erit igitur & uacuum magnum.hoc autem forte fecit,ut conuerteret,& uacuum ad corpus , & corpus ad uacuum:& sic omni corpori ęquale erit uacuum, sed non separatum,ut illi supponebant , sed habens in se corpus.non omni aūt uacuo necesse est esse corpus æquale.quid enim si aliquis supposuerit esse quidem uacuū,& hoc locum esse priuatum corpore,non tamen recipere ali quando corpus?hæc igitur non est necessaria ratio : sed ex eo quod extraneus sit sermo,magis poterit redargui. quæ enim absurditas est paruo existente uacuo, non etiā magnum esse?Deinde resumit sermonem & certius exponit.Si igitur inquit non est possibile exterius tangens agere,neq; per meatus aget : solum enim ingreditur ipsum patiens,nihil autem aget in apposita meatibus corpora: si quidem non est possibile tangendo agere.si autē ingrediens,& tangens egit,etiam si meatus non fuisset, tactu egisset.Si autem quis dixerit meatus esse necessarios , ut in profundum patiatur,sciat se nihil ad præsentem suppositionem dicere.neq; enim hoc est quod nunc quæritur,an nullo penitus modo per meatus agens ingrediatur:ingreditur quidem & per os, & per uentrem , & per reliquos naturales meatus,sed non ad hæc agere meatus ipsi conferunt,sed ut propinquet agens patienti , sed ipsum agere fit per tactum.Sic autem quāuis dicat aliquis indigentiam esse meatuum,ut in profundum patiatur,nō dixerit ob hoc meatus ipsos causas esse ut agēs agat, sed causas solum ut se mutuo tangant agens,& patiens . Illi uero { Nata sunt } addes agere,& pati.Id uero { Sic } hoc est separatos,quosdam,& actu esse meatus in corpore,et ueluti stimulis perforata ipsa esse.non destruit enim simpliciter esse meatus:sunt enim ut dicimus intestina,uenę, arteriæ,& reliqua:sed ut dixi perforatum esse reliquum corpus,& esse meatus inuisibiles propter paruitatē per totum corpus.Falsum igitur inquit talem suppositionē propter non ens supponere.Ociosum uero , quoniam & si suppositi fuerint,nihil ipsis ad agere,& pati conferent, ut ostendimus.esto etiā ꝙ meatibus indigeremus ad agere & pati,ridiculum tamen esset separatos & actu existētes meatus supponere.diuisibilibus enim existētibus omniquaq; corporibus,poterit ipsum agens,tunc agere sibi ipsi meatum,& diuidere corpus,cum tetigerit,& acturū fuerit,quare non est indigentia separatorum quorundam meatuum.

Tex.c.77 *Quo autem modo inest entibus generare, & agere & pati dicamus,sumentes principium,multoties dictum.Si enim est hoc quidem potentia,illud uero actu tale:natum autem est nō partim quidem,partim uero non,pati,sed omniquaq; inquantum tale est:minus autem & magis , quatenus tale magis est & minus. & ob hoc meatus quis dicere posset magis,quemadmodum in fodiendis metallis protendunt passibilis continuæ uenæ.*

Com.136 Cū confutauisset suppositiones,per quas priores agere,& pati supponebant , uult ueram deinceps exponere opinionem,quo fit agere & pati.oportet autem, inquit, sæpe dictum à nobis principium & nunc præsupponere.dicit autem id,quod est esse actu,& potentia : uere.n. ut in Physica ipse dixit,hæc inspecta suppositio , omnes nobis soluit in Physicis dubitationes. Quoniā igitur est, inquit,hoc quidem huiusmodi,illud uero actu, ut calidū quidem potentia aqua,actu uero ignis:quod uero naturaliter agit sibi assimilare uult ipsum patiēs, cum actiuū actu existens appropinquauerit,& tetigerit potētia ens, hoc est ipsum passiuum,mutat quod est in ipso potentia ad esse actu.necesse igitur omnino est ipsum actiuum ipsum passiuum tāgere,aut immediate,aut per aliquod medium,cum medium huiusmodi fuerit,ut possit, & agere, & pati:pati quidem ab agente , agere uero & ipsum in ipsum patiens,quale est aer: nō enim immediate ab igne in balneis calescimus:sed calefacit quidem ignis aerem, nos autem aer.nulla est igitur meatuū necessitas ad agēdum,& patiendum,sed solum ut hæc se mutuo tangant. Nisi quis,inquit,meatus dixerit passibiliores corporum partes,ut in metallis accidit ? sunt enim uenæ quędā in metallis per totum permeantes,ut in marmore, si album sit,nigræ quædam,aut alterius coloris, eo quod alterius sint cuiusdam temperamenti,aut passibiliores esse huiusmodi partes,aut impassibiliores.sic ergo inquit,nihil mirabile est etiam in patientibus esse quasdam huiusmodi partes per totum pertranseuntes,passibiliores,& has magis pati,tangente ipso agente.si quis igitur hos uelit uocare meatus uocet. Dubitant uero aliqui in his,quid igitur nullo ergo modo erunt in corpore determinati,& separati meatus?unde igitur fiunt occulto modo quotidiana in corpore resolutiones?qua uia sudores pertranseūt? quo pacto etiam dicimus unctiones quasdam corporum rarefactrices,quasdam uero esse densatrices? Dicunt igitur ad hoc respondentes,quod rariora, aut densiora fieri corpora per aliquas unctiones,non sic oportet putare rarefieri,ut lorum,aut lanam,eo quod distrahantur, & uacua quædam spatia faciant intermedia. sed quemadmodum aqua rarefacta facit aerem , non eo quod in minimas partes diuidatur,& intercipiat uacua intermedia,sed eo quod in tenuiorem substantiam mutetur,sic & corpora æqualiter rarefiunt,cum tota per se tota tenuiora fiāt. hoc igitur est manifestum.sudores uero & transpirationes non necesse etiam dicunt per meatus fieri:superfluam enim,& inutilem humiditatem segregatiua uirtute excernit natura,non per aliquos meatus,sed per continuitatē, humectans aliam ex alia particulam,& sic ad superficiē secernens humidum.sicut enim dicunt humectatur linū, non in uacuis solum apposita aquæ substantia,sed ipsa lini substantia humectata non per aliquos meatus, accideret enim totum esse meatum:sic oportet putare & in corpore fieri,ex profundo secundum cōtinuitatem aliam ex alia irrigatam particulam,sic ad superficiem secernere humidum.Hæc autem ratio probabilis quidem est,sed nullo pacto uera.si enim qualitas solum ex profundo secerneretur,haberet utiq; rationem id quod dicitur.si autem non solum qualitas,sed & aliqua substantia, ut sudores, aut uapores,duorum alterum necessarium est,aut corpus per corpus procedere,aut per aliquos meatus secerni.eadem & in lino dicemus si enim transit aqua in lini substantiam,non per aliquos meatus corpus per corpus procederet:aut igitur nec in uniuersum ipsius lini substantia humectatur,sed solum est humidi appositio, aut si humectatur putandum est pati aliquid substantiam appositione humidi,& mutari secundum qualitatē,non ipsa aquæ substantia ingrediente:impossibile enim.potius igitur circa tenues uillos circūfunditur omniquaq; humidum,nō in profundum substantiæ procedens:propter autē tenuissimam appositionem uidetur per substantiam progredi: quemadmodum in tenuissimis xerijs , & collyrijs latet ferè diuersarum specierum appositio. Sed neq; ex quo

per meatus transpirationes fiunt, necesse est separatos esse aliquos in corporibus meatus, sed ut inquit Aristo. diuisibilibus existentibus omniquaq; corporibus, oportet putare in euaporationibus diuidi corpora, & rursus post transpirationem coniungi. non necesse est autem simul ex omni particula transpirationem fieri, ut sic totum diuidi putemus, sed aliam ex alia. Sciendum autem quòd generare quidem in mutatione secundum substantiã, agere uero in ea quæ secundum qualitatem ordinat. natum est autem inquit non partim quidem, partim uero nõ pati, sed omniquaq; quatenus est huiusmodi, hoc est quatenus potentia est aliquid, hoc est calidum, aut frigidum. nam secundum se totum potentia existens, secundum se totum est natum pati. magis uero, & minus, inquit, passiuum, quod magis & minus est potentia: quod enim est magis potentia calidum magis calefit, ab actu calido, quod uero minus non sic. & hac uia meatus quis posset dicere, eo quòd quæ magis calefiunt, partium sunt magis passiuæ reliquis: ut quæ passibiliores sunt, partium abutens quis meatus uocet. ꝙ autem sint in corporibus aliæ alijs passibiliores partium declarant quæ procedũt per metalla uenæ, quæ sæpe sunt reliquis passibiliores. fortassis autem & difficilius passibiles simpliciter, quia est irregularitas in hotũ partibus, ad minus, magisue patiendum.

Tex.c.58 *Constitum igitur unumquodq; & unum existens impassibile. similiter quoq; & non tangentia, nec se ipsa, nec alia, quæ facere nata sunt & pati. dico autem, ut non solum qui tangitur calefacit ignis, sed etiã si procul fuerit (aerem enim ignis,*
Tex.c.59 *aer uero, corpus calefacit) natus agere, & pati.* *Opinari uero partim quidem pati, partim uero non, cum determinauerimus in principio hoc dicendum. Si enim non omniquaq; diuisibilis est magnitudo, sed est corpus indiuisibile, aut latitudo, non utiq; fuerit omniquaq; passibile, sed neq; continuum aliquod. Si uero hoc falsum, & omne corpus diuisibile, nihil differt diuisum quidem esse, tãgere uero aut diuisibile esse. si enim segregari possunt per tactus (quemadmodum aiunt quidam) & si nondum fuerit diuisum, erit diuisum: possibile est enim diuisum esse: fit enim impossibile nullum.*

Com.27 Neque inquit cõtinui partes natę sunt agere adiuicẽ, neque omnino diuersę distantesque, sed oportet agentia, & patientia diuidi quidem abinuicem, immediate uero, se tangere, aut per aliqua media, medijs existentibus eiusmodi, ut agere patique nata sint: pati quidem ab eo quod actu est, agere uero in id quod, potentia huiusmodi est. manifeste autem ponit exempla. Cum autem dixisset ꝙ. potentia huiusmodi natum est partim quidem, partim uero non pati. sed omniquaque quatenus est huiusmodi, nunc uult dicere ad quam sequitur suppositionem, esse non omniquaq; passibile corpus, sed partim quidem sic, partim uero non. si enim non omniquaque inquit est diuisibile corpus, sed sunt aliquæ indiuiduæ magnitudines, aut solidæ, aut planæ, nullum utique corporum erit omniquaque passibile, eorum scilicet, quæ composita sunt, sed neq; continuum. non enim utique & secundum partes indiuisibiles patietur, quæ impassibiles sunt, & indiuisibiles. propter hoc autem neq; continuum, quoniam nõ possunt coniungi adinuicem indiuisibilia: sic enim essent & indiuisibilia, sed solum sunt adinuicem iuxta posita. ad hanc ergo suppositionem sequetur non omniquaq; passibilia esse corpora. Si autem falsa est hæc suppositio, uera autem ꝙ omniquaque sint diuisibilia ipsa corpora, nihil differt, inquit, actu facere diuisa esse corpora, tangentia uero seinuicem, ut dicebat Plato, tangere enim seinuicem superficies, & ꝑ tactus fieri agere, & pati. aut actu quidem non esse diuisa, sed potentia: quod enim potest diuisum iri, diuidetur præsente diuidente. quapropter uanum, & superfluũ ad agere & pati, præsupponere actu esse diuisa corpora, & tangere se solum, secundum diuisiones.

Omnino autem hoc modo fieri scissis corporibus absurdũ. Tex.c.60
destruit enim sermo hic alterationem. uidemus autem corpus ipsum continuum existens, quandoq; quidem humidum, quandoq; uero congelatum, non diuisione, & compositione hoc patiens, neque uersione, & tactu. quemadmodum dicit Democritus. neque enim transpositum, neque mutatum secundum naturam, congelatum ex humido factum est, neque nunc sunt dura, & congelata indiuisibilia secundum moles: sed similiter omne humidum quandoque durum, & congelatum est. *Amplius* Tex.c.61
autem neque augmentationem possibile est esse, & diminutionem. non enim quodcunque erit factum maius. si quidem erit additio, & non omne mutatum, aut mixto aliquo, aut per se mutato. quod igitur est generare & agere, & generari & pati à seinuicem, & quonam modo contigit, & quonam aiunt quidem aliqui, non autẽ cõtingit, determinatum sit hoc modo.

Cum ostendisset ꝙ si & diuisis corporibus fiat agere, Com.28
& pati, ut dicere Plato uidebatur, dicens per tactus fieri diuisis corporibus: & tãgentibus, siquidem omniquaq; existens diuisibile corpus, in patiendo diuidetur, & non necesse est ante passionem esse actu diuisum, nunc ostendit ꝙ omnino sic supponere scissis corporibus fieri agere, & pati caret ratione. tollit enim inquit hic sermo alterationem. primum quidem, quia manente continuo corpore, & nullatenus diuisionem sustinente, fit secundum qualitatem mutatio, ut in coagulatione lactis, & aquæ: neque enim diuisa aqua, aut lac congelata sunt. neq; secundum Democriti opinionem uersionem passum, aut tactum, hoc autem est ordinis mutationem, aut transpositionem partium. sed neque ex eo ꝙ segregatæ sint aliquę atomi, dico scilicet illas, quæ humiditatis erãt generatiuæ, & intus permanserint duræ. nam prius quàm aqua congeletur, tota habet partes consimiles, non habens in se partes duras, indiuisibilesq;, sed tota in singulis partibus est humida. similiter autem & cum fuerit congelata in omnibus est congelata. Non solum autem, inquit, alterationem auferunt qui hæc dicunt, sed et augmentum, & diminutionem. si enim uerum est omnem partem eius, quod augetur maiorem fieri, & eius quod minuitur minorem, impossibile est hoc in horum suppositione saluatum iri. si enim appositis quibusdam in meatibus, aut in uacuis, aut in tactibus fit augmentum, manifestum ꝙ non secundum omne augmentatum est quod augetur. sicut neque si in uase recipiente apposita fuerit in parte aliqua aqua amplior quidẽ facta esse dicit, sed nõ esse aucta. mista igit, inquit, ut in nutrimẽto, nutrimẽto si quidẽ immisto & mutato totum maius fit, per se uero mutato, ut cũ mutatur aqua in aerem: nam et hic omnis particula aquę est facta maior: sed hoc non est auctio, sed generatio. hoc autem dixit, ostendens quòd nec seruare po' est generationem. si enim ex aqua aer fit, atomis aeris in ipsum segregatis, non oportebat maiorem molem fieri aeris: nunc autem fit. aut igitur ueris existentibus suppositionibus, nec generatio, nec alteratio seruabitur: aut si est & alteratio & generatio, falsæ sunt suppositiones. Deinde reassumens ea, quæ dicta sunt dictum est inquit quid est generare, & agere: quæ siquidem in substantia ambo sumpta sint, idem est mutari potentia substantiam in actu substantiam. si autem generare quidem erit in substantia, agere uerò in mutatione secundum qualitatem, erit idem mutare quod est in potentia quale in actu. cum postea dixisset actiua, dixit & passiua generari, & pati. generari igitur est duci ex potentia substantia in actu substantiam, pati uerò alterari secundum qualitatem. deinde & quo pacto contingit, ꝙ scilicet conuersa, & mutata materia, secundum se totam, & quòd quomodo alij dicunt non contingit. dicunt enim generationem & corruptionem congregatione

gatione

gatione fieri & segregatione, agere uerò & pati per meatus. ostensum est autem ꝙ non contingit.

Tex.c.82 *Reliquum autem considerare de mistione eodem modo methodi: hoc enim erat tertium propositcrum à principio. Considerandum autem & quid est mistio, & quid miscibile, & quibus entium inest, & quomodo. Amplius autem utrum est mistio, an hoc falsum. impossibile enim est mistum esse alterum alteri, quemadmodum dicunt quidam. cum enim et adhuc ea, quae mista sunt, nõ sint alterata, nihil magis mista esse dicunt nunquam prius, sed similiter se habere: altero uero corrupto non esse mista: sed hoc quidem esse, illud uero non esse: mistionem uero esse similiter se habentium. eodem quoq; modo & si utrisq; congredientibus corruptum sit eorum quae miscentur unumquodq;, non enim mista esse quae omnino non sunt.*

Com.129. Tria, inquit, præsumenda esse, & dearticulanda ante sermonem de mutatione elementorum mutua, & simpliciter ante sermonem de generatione, & corruptione quid sit tactus, & quid agere & pati, & quid mistio. cũ igitur dixisset de tactu, & de agere, & pati. consequenter ad tertium propositorum transiuit, scilicet sermonẽ de mistione. mistionem autẽ hic dicit, quæ magis propria est, quæ dicitur de temperamento: est enim uniuersalior mistio tẽperamento, iuxta positione & reliquis. dicitur quoq; specialius mistio ipsa temperatura, de qua hic sermonem facit. Oportet autem quinq; quędam inquirere ad sermonem de mistione, quæ manifeste enumerat, quid sit inquit mistio, & quid miscibile, & quibus inest entium, & quomodo, & præter hæc inquit, an sit omnino mistio, quod & primum est inter proposita. Dubitauerit enim quis ne forte omnino non sit mistio. necesse est enim inquit ea quæ miscentur, quoniam saltem duo sunt, aut ambo seruari in mistione, aut utraq; corrumpi. aut hoc quidem seruari, illud uero corrumpi, & non est præter hæc. si igitur ostensum fuerit quod secundum nullam suppositionũ potest seruari mistio, forte nullo modo erit: nam si ambo seruentur, non erit mistio. nam quid differt à prioribus? sic enim nihil magis erant mista, priusquam miscerẽtur, quã postquam mista sunt. si autem ambo corrumpuntur, neq; omnino miscebuntur. oportet enim quæ miscentur esse, ut & misceantur: quæ autem corrupta sunt non sunt. si autem hoc quidem seruatur, alterum uero corrumpitur, nec hoc pacto etiam mistio fuerit: nam oportet esse, ut dixi, quæ miscentur: hic autem hoc quidem est, illud uero nõ est. præterea quæ miscentur oportet se habere similiter, hic uero non se habent similiter altero corrupto. dubitationes igitur, quæ auferunt mistionem, hæ & huiusmodi sunt. Soluit autẽ dubitationes per id quod est esse actu, & esse potentia. existentibus enim, inquit, his quidem potentia, illis uero actu, erunt utiq; quæ miscentur potentia quidem eadem in mistione, actu uero non. sunt enim in uino temperato potentia & aqua & uinum: potentia uero non secundum id quod prius, quod secundum aptitudinem dico: ut scilicet est potentia aqua, aer. sed neq; simpliciter secundum alterum, scilicet secundum habitum solum dico, ut se habet geometra dormiens, sed eo modo quo ebrius geometra, & aggrediens geometrizare, operatur quidem secundum habitum, non syncere autem. sic & aqua, & uinum se habet in mistura: utrũq; enim in mistione remisse agit. sic igitur utraq; potentia seruantur, actu uero neutrum, quale erat à principio: nam castigata est ipsorum syncera actio, & non est, qualis erat prius quam miscerentur. Sic igitur euademus omnes dubitationes. neq; enim cum utraq; simpliciter seruentur, est mistio, neq; cum utraq; corrumpantur, neq; cum hoc corrumpatur, illud autem seruetur: sed alterum quid præter hæc est mistio, cum scilicet utraq; potentia seruantur ut dictum est, actu uero neutrum. Ostensum est ergo ꝙ mistio est solutis dubitationibus, quę ea quę manifesta sunt tollere uidebantur. quod enim mistio sit, euidentia ipsa testatur. nascentes tamen dubitationes dubitare cogebant de his, quæ manifesta sunt, His igitur solutis habemus ꝙ est mistio. { Eodem modo methodi } dixit, quoniã cõsueuit semper opiniones antiquorum ponere prius, & redarguere. uisum est autem inquit apud quosdam non esse mistionem, qui & hæc dubitabant. aut secundum eundem modum dixit prius dubitantes, ut ipse alibi dixit, de quibus dubitandum est. scilicet quærentes, & si est, & quid est, & reliqua. Id uero { Et quid est miscibile, & quibus inest entium } pro eodem dixit. miscibile enim est quod potest mistionem suscipere: huiusmodi autẽ sunt, & quibus inest mistio. Illud uero { Et quomodo } hoc est per quem modum miscentur ea, quæ miscentur. ultimum autem ponit, propositorum primum, illud scilicet an sit omnino mistio: sed in astructione ipsum primum ostendit.

Tex.c.83 *Hic igitur sermo uidetur quærere, ut determinetur quid differt mistio à generatione, & corruptione, & quid miscibile ab ipso generabili, corruptibiliq;. manifestũ enim quod oportet differre, siquidem est. quapropter his existentibus manifestis, quæ dubitata sunt soluentur utiq;. At uero neq; materiam igni mistam esse dicimus, neq; misceri ardentem, neq; eandem suis particulis, neq; igni, sed ignem quidem fieri, hanc uero corrumpi. Eodem quoque modo neque corpori nutrimentum, neque figuram ceræ mistam formare molem, neque corpus & album, neque omnino passiones, & habitus possibile est mista esse rebus, seruata enim uidentur. Atqui neque album, & scientiam contingit mista esse, neque aliud non separabilium nullum. sed hoc dicunt non recte, qui omnia aliquando simul dicunt & esse, & mista esse. non enim omne omni miscibile: sed oportet existere separabile utrumque mistorum: passionum autem nulla est separabilis.*

Com.130. Sermo inquit quærẽa, seruatis ne, an corruptis fiat mistio, uidetur quærere, quæ nam sit mistionis ad corruptionem, & generationem differentia. si enim aut ambo, aut alterum corrumpantur, cõrruptio erit manifeste, & generatio, sed non mistio. quæ igitur erit differentia mistionis ad generationem, & corruptionem? rursus enim si seruentur, non est possibile esse mistionem propter dicta. si igitur est, inquit, omnino mistio, quo nam destinguetur à generatione & corruptione? quapropter eum hęc facta fuerint manifesta, inuento scilicet hoc, quo differt mistio à generatione & corruptione, solutæ quoq; dubitationes fuerint. Cum autem dixisset oportere differre generationem & corruptionem à mistione, hoc ipsum uult ostendere, simul & exempla superius dictorum apponens, ꝙ neq; si utraq; corrumpantur, est mistio, neq; si alterum, neq; si utraq; seruentur. obscuram autẽ ad superiora continuationem fecit coniunctio, At. oportet ergo sic dicere. neq; enim materiam igni mistam esse dicimus. nõ enim igni ligna miscentur: sed corruptio quidem est lignorum, ignis uero generatio. hoc autem exemplum fuerit, si unũ seruetur, & alterum corrumpatur. Illud uero { Neq; eandem suis particulis } est exemplum, si utraq; corrumpantur. neq; enim partes materiæ ignis adinuicem misceri in igne dicentur, eo ꝙ ex ipsis una efficiatur flamma: nã ut dixi lignorum quidem corruptio est, ignis uero generatio, sed nullo modo mistio. partes uero inquit materiæ ignis sunt plura ligna. ligna igitur ex quibus ignis fit, nõ miscentur inter se in flamma, sed corrumpuntur. Illud uero { Neq; igni } intelligendum est pro eo quod est, sicut neq; igni. dixit enim iam, ꝙ neq; materiam igni mistam esse dicimus, quapropter superfluum est rursus idem dicere: nisi ut dixi intelligatur ꝙ non miscentur ligna adinuicem, ut neq; igni. Id uero { Neq; corpori nutrimentum. } est exemplum huius, ꝙ unum seruetur, & alterũ corrumpatur. forte autem & distinguere uolens ab augmenta-

tione mistionem, ut etiam à generatione, usus est hoc exēplo. Id, uero { Nec figura ceræ. } exemplum est ꝙ utraq; seruentur: seruantur enim & cera, & figura. sed nullus dixerit misceri figuram ceræ: nam hoc quidem est subiectum, illud uero forma. non enim sunt eorum quæ miscētur, hoc quidem subiectum, illud uero forma. semel igitur nullum eorum, quæ habent esse in subiecto, misceri dici potest, neq; habitus, neq; passiones, seu animales siue corporeæ. per hæc autem ab alteratione mistionē distinxerit. Id uero, { At qui neq; album & scientiam, } exēplum est ꝙ utraq; seruentur. neq; enim quoniam in uno & eodem animali est album & scientia, misceri propter hoc dicentur: seruantur enim ambæ passiones à seinuicē impassibiles. Addidit autem & hoc exemplum, ad ostendendum, ꝙ neq; miscentur hæc, etiam si in uno & eodē subiecto sint, quæ nec agunt, nec patiuntur adinuicē, cū neq; etiam possint separari. Sumpseris uero exemplū magis proprium, in uno & eodem subiecto, in quo duæ passiones, dulce, & flauum in melle existentes minime inter se misceri dictæ fuerint, cum & ambo seruentur, nec abinuicem separari, aut per se possint subsistere: oportet enim quæ miscentur eiusmodi esse. nihil igitur eorum, quæ per se subsistere nata sunt, misceri dicentur. & ob hoc nec qualitas subiecto miscetur, quia non est separabilis qualitas, nec à materia forma: neutrum enim separabile est. Habes autem hinc proprietatem quandam miscibilium designatiuam, eorum scilicet, quibus inest mistio, ꝙ scilicet oportet ipsa posse per se subsistere, consequenter autē perfecte eorum designatiua exponet.

Tex.c.34 *Quoniam uero sunt hæc quidem entium potentia, illa uero actu, contingit ea, quæ mista sunt, esse quodammodo & non esse: actu quidem altero existente, quod factum est ex ipsis, potentia autem aliquid utriusque, quæ antequam miscerentur erant, & non deperdita: hoc enim ratio dubitabat prius. Apparent autem ea, quæ miscentur, prius ex separatis conuenientia, & potentia rursus separari: neque permanent igitur actu quemadmodum corpus & album, neque corrumpuntur, neq; alterum, neque ambo: saluatur enim uirtus eorum. quapropter hæc quidem dimittantur.*

Com.131. Hinc dubitationum dissolutio incipit. Quoniam igitur inquit est, hoc quidem potentia, illud uero actu, possunt & esse, & non esse quæ miscentur. quod enim ex aliquibus perfectum, conflatumq; est, potentia est utrūque eorum, ex quibus miscetur, actu uero neutrum: quapropter solutæ sunt dubitationes, aliquo quidem modo seruatis his, quæ mista sunt, aliquo autem modo non. hoc enim dubitationes uolebant, seruari scilicet ipsa, & non seruari. his igitur, inquit, inest mistio, quæ ipsa per se subsistebant, rursusq; post mistionē nata sunt separari, sed non hoc dicit, ꝙ actu existētia in mistura mista, sic rursus possint separari: non enim utiq; essent mista, si actu essent, & sine aliqua mutatione: sed aut hoc dicit ꝙ nata sunt temperata, eo quod nō perfectam formam amiserint, sed synceram solum, per discretiua, alteratiuaque quædā instrumenta, integram rursus propriam formam recuperare. nequeunt enim per appellatos uulgo strariotes fluuiales, colatum ipsum aqua mistum uinum secernere, & ab aqua uinum separare: extrahit enim solam aquam, & præcipue cum crassius uinum fuerit. aut igitur hoc dicit, uerbū illud, { Potentia iterum separari } aut si hoc esse est impossibile uidetur quæ temperata sunt non posse exacte separata iri. rursus uerbum illud, { Potentia separari } intelligemus, quæ nata sunt. quantum est ex seipsis, rursus posse per se subsistere, si aliqua esset eorum uis discretiua. hoc igitur, ut iam diximus, est una quædā formalis propria uox eorum, in quibus inest mistio: quæ inquit in mistione, neque sic actu permanent, ut corpus, & albedo quæ in ipso est: nec scilicet corrumpuntur, nec alterum, nec ambo. & hac differt mistio à generatione & alteratione. neque est enim separabilis à materia forma, nec ita sunt potētia in mistura miscibilia, ex quibus, ut dicitur potentia aqua aer esse. nam in generatione materia aeris potētia aer est, actu uero aqua: in mistura uero potentia insunt ea. ex quibus non materia ipsorum, sed formæ ipsæ castigatæ: & ob hoc potentia, eo quod syncerę non sint, nec eiusmodi quales ante mistionem erant. Hæc cum dixisset, increpat Anaxagoricos dicentes esse quādoque simul res omnes. nam si non est omni omne miscibile: passio enim passioni non miscetur: quo pacto simul erant res omnes. icirco ea quidem inquit de dubitationibus proculdubio dimittantur.

Annexam uero his dubitationem diuidendum, utrum mistio ad sensum aliquid est. cum enim sic in parua diuisa fuerint ea quæ miscentur, & iuxta posita fuerint adinuicem hoc modo, ut non sit singulum sensui manifestum, tunc mista fuerunt. An non, sed est ut quæcunque iuxta quācunque particulam mistorum sit. dicitur igitur illo modo, ut ordea mista esse frumentis, quando quodcunque iuxta quodcunq; positum fuerit. Tex.c.35

Annexam dubitationem inquit diuidendum, pro eo quod est determinandum, aut ueluti & ipsum per diuisionem dubitandum: quærit enim deinceps quid nā est mistio: & producit sermonem per diuisionē. supponit enim duos modos mistionis: unum quidem ad sensum, qui est ex partibus ad minima diuisis mistis, & adinuicem appositis, ita ut propter partium paruitatem nō sit sensus iuxta positionis, sed uideatur mistio esse, & temperatura: ueluti si qui stenuem similam ex trinco farinæ ordei miscuerit. nam iuxta positione in his existente, eo quod propter paruitatem partium sensus non comprehendat, uidebitur tēperatura quædam esse, & totum esse in partibus simile. sic se habet & in his quæ xeria, & collyria uocant, ut illud quod ex sex speciebus constituitur. Vnum ergo modum mistionis hunc supponit, quo seruantur quidem formæ eorum quæ miscentur, sed insensibilia fiunt paruitate iuxta positionis. Secundum uero non amplius seruata forma mistorum, sed ipsis resolutis in ea, ex quibus constant, & sic elementis ipsis adinuicem iuxta positis, ut dicebant qui atoma supponebant: resoluto enim igne, & aqua in, atomos, ex quibus constant, deinde illis adinuicem iuxta positis, ita ut unaquæque atomus ignis atomos aquæ iuxta ponatur, sic temperamentum fieri: uelut si lapides ex quibus etiam scena uerbi gratia, & domus constant, solutis scena, & domo, singulus singulo iuxta ponatur. Horum suppositorum modorum mistionis singulum cum confutauisset, sic ipse uerum modum supponit. Vtitur autem ad confutationem duobus enunciatis. uno quidem, quod mistio alterum est à compositione, altero uero, ꝙ omne corpus est in infinitum diuisibile & simpliciter omne continuum, quorum illud quidē ꝙ omne continuum est in infinitum diuisibile, prius demonstrauit in Physica, alterum uero ꝙ diuersa sit mistio à cōpositione, ut commune enunciatum, & ab omnibus confessum sumpsit. nullus enim in temperatura dixerit ꝙ cōposita sunt uinum & aqua, sed ꝙ mista sunt, & temperata: neque ꝙ domus sit temperamētum lapidum, & lignorum, & aliorum, sed compositio, ueluti cognoscentibus nobis, ꝙ altera sit a compositione mistio, & temperamentum. utroque ergo horum enunciatorum utrāque suppositionem tollit. per eam quidem, quæ dicit continuū esse in infinitum diuisibile, destruit ꝙ non est mistio talis, qualem dicebant qui per resolutionem in magis elemētaria, idest atoma, & horum cuiusque ad quodcūque iuxta positione fieri mistionem dicebant, qui sunt Democritici. si enim est corpus in infinitum diuisibile, impossibile est quācunque iuxta quantūque partem poni: semper enim adiacentes sibinuicem partes, diuisibiles existentes, non habent quālibet iuxta quālibet partem positam: diuisa enim parte in tria, segmentum intermedium syncerū est,

Com.132

nihil

nihil habens alterius naturæ sibi iuxta positum. quare si quidem esset diuisio in atoma, resolutis in elementa his, quæ miscentur, possibile esset partem quamcunq; iuxta quācunq; adiacere. Præterea si demonstratum est quòd oportet mistionem fieri, non corruptis his quæ miscētur, impossibile est igitur per resolutionem in atoma mistionem fieri: sic enim & ignis, & aqua, cum miscentur, corrumperentur: nō enim est singula spærica atomus ignis, sed harum aceruus: similiter autem & in aqua. quare si resoluerentur quæ miscentur in elementaria, magis corrumperentur utiq;: oportet autem mistionem esse quibusdā non corruptis. sic ergo per unum enunciatorum unam suppositionum sustulit. Alteram quoq; similiter per alterum enunciatum interimit. si enim est alterum à compositione mistio, non erit ad sensum mistio. si enim fuerit secūdum parua iuxta posita, ita ut nō cadat sub sensum iuxta positio propter paruitatem, mistio erit compositio, & iuxta positio. neq; enim, quia non uideantur propter paruitatem iuxta posita, mistio fuerit, sed quia sunt iuxta posita, & non temperata, etiam si sensui non appareant, non erit mistio. Præterea si ad sensum sit mistio, idē alteri quidem erit mistum, qui acute non cernat, alteri uero nō mistum, ut lynci non mistum, qui propter uisuum acuitatē etiam ultra terram uidere dicitur. sic uero habebit mistio esse in habitudine, non natura, quod est absurdum: quæ enim miscentur, etiam si nullus iudicet, proculdubio mista sunt. Illud uero { Sed est ut quæcunq; iuxta quācūq; mistorum particulam } propter secundam suppositionem dicit. manifestum autem q̄ eo q̄ resoluantur, quæ miscētur in magis elementaria, hoc est atomos, & unaquæque iuxta unamquāq; adiaceat, aliter enim impossibile. Ibi uero { Dicitur igitur illo modo, ut ordea &c. } exemplū primi modi ponit, qui dicit ad sensum esse mistionem. Videtur autem ut ad secundum modum hæc dicere, quia dicit, quando quæcunq; iuxta quācūq; apposita fuerit. eadem enim dictione usus est, qua & in secundo modo, sed non est, sed ad primum hæc dicit. & est manifestum ex his quæ dicit. dicitur quidem illo modo, hoc est ad primum, non ad proximum. Dixit autem quodcunq; iuxta quodcunque, uidelicet ordeum iuxta triticum, ut quodcunque ordeum tritico uni alicui adiacere sumamus, non tamen secundum aceruum, multa simul ordea multis simul triticis. congruet autem magis exemplum secundo modo: nam in his, quæ propter partium tenuitatem non apparent, ut in collyriis, & mistione farinæ ordei, & tritici, & aliorum quorundam, non omnino quodcūq; iuxta quodcūq; mistorum iacet: sed contingit tamen quædam consimilis speciei adiacere, ut ordeacea, aut alterius speciei.

Si autem est omne corpus diuisibile, siquidem est & corpus corpori mistum quod similium partium, quamcūq; opor-
Tex.c. 86 *tebit utiq; partem fieri iuxta quamcunq;. Quoniam autem non est ad minima diuisum esse, nec compositio idem & mistio, sed diuersum, planum: quod nec secundum parua seruata oportet ea quæ miscentur, dicere mista esse: compositio enim erit, non autem temperatura, neq; mistio: neque habebit eandem rationem cum toto pars. dicimus autem si quidem oportet mistum esse aliquid, quod mistum est similarium partium esse, & sicut aquæ pars aqua, ita & temperati. si autem secundum parua compositio mistio, nullum horum accidet, sed solū quæ mista sunt ad sensum. & idem huic quidem mistum, si non inspexerit quis acute, lynci uero nihil mistum, neq; diuisione, neque quæcunque iuxta quamcunque pars: impossibile enim sic diuisum fuisse. aut igitur non est mistio, aut dicendum hoc quomodo contingit fieri rursus.*

Cōm 133 Hinc destruit dictos duos mistionis modos. usus est autem syllogismo hypothetico huiusmodi, si est corpus corpori miscibile, & si est corpus in infinitum diuisibile, sequetur similarem quamcunque misti fieri partem. illud enim quodcūq; utiq; oporteret similare fieri iuxta quodcunq;, æquale est illi partem omnem omni similarem fore debere. & consequentia quidem huiusmodi est, cuius antecedens sicut dixi, duo sunt enunciata, in infinitum. s. esse corpus diuisibile, & alterum esse mistionem à compositione: potentia enim continetur in illo, siquidem est corpus corpori miscibile, alterum erit manifeste à compositione mistio. nam in compositione, hoc est iuxta positione, non quodcunq; cuicunq; iuxta ponitur, cum sit corpus in infinitum diuisibile, & si similarem oportet esse partem omnem eius quod miscetur, non utiq; fuerit mistio, nec secundum parua compositio, neq; quodcunque iuxta quodcunq; apponitur secundum resolutionem in atoma: neq; enim similes sunt iuxta positæ atomi: & positum est in infinitum esse corpus diuisibile. Sed unde, q̄ ad antecedens sequatur consequens { q̄ si alterum est à compositione mistio, compositio uero dissimiles habet partes, mistio non habebit dissimiles: similes ergo. sed nō ita similes ut dicerent qui atoma dicunt. quoniam enim composita ex atomis misceri dicebant, non enim ipsas atomos, misceri autem ipsa per resolutionem ad atomos, & iuxta positione cuiuscūq; atomi iuxta quamcūq; dixerunt totum dissimile, partes dicētes nō ipsas atomos, nam hæ sunt elementa, sed quæ constant ex ipsis totius partes, in quibus omnibus similis iuxta positio cernitur. Quod igitur non sic est similare quod miscetur, manifestum est ex eo quod sumptum est, omne corpus in infinitum diuisibile, & quia semper & in infinitum facta diuisione, omnes partes similares inueniuntur. consequentia igitur, ut dixi, huiusmodi est. Assumptum uero ei sit potētia idem cum antecedente, sed locutione diuersum. cum enim uellet assumere, atqui omne corpus est in infinitum diuisibile, & est aliud mistio à compositione, assumit qđ æquaret illud. s. quoniam autem non est in minima diuisum iri, nec compositio idem est, & mistio: quorum illud quidem, quoniam non est in minima diuisum iri æquale est illi, quoniam omne corpus diuisibile est illud uero, neque compositio idem, & mistio, quod est assumptum in antecedente, quod potentia continebat illud, si quidem est corpus corpori miscibile. His igitur assumptis, consequens est illa conclusio, similare esse omniquaq; sibi ipsi quod miscetur, quod ipsum quidem non posuit, sed per alia ipsum astruit. manifestum est enim inquit, q̄ neq; secundum parua seruata quæ miscentur, oportet dicere esse mista: est enim compositio, & non temperatura, neque mistio: nec habebit eandem rationem toti pars. hæc autē ostensiua sunt quod similare sit quod miscetur: nam ex destructione huius quod sit dissimilare, similare esse inducitur, nullum autem inquit horum accidet, nisi fuerit secundum parua compositio mistio: non enim erit similare ipsum totum, neq; habebit eandem rationē toti pars, quod sequebatur ad enunciatum, dicens alterum esse cōpositionem à mistione. si autem non est totum similare erit apparens, & non existens mistio, & propter hoc lynci non erit mistum. Ibi uero { Neque diuisione } de communi uerbum istud non mistum intelligendum. transiuit autem ad alterum modum, dicentem quodcunque iuxta quodcunque esse mistionem, quem & ipsum contingit fieri ex compositione secundum parua. concesso enim q̄ in infinitum sit corpus diuisibile, impossibile est quodcunque iuxta quodcunque poni: impossibile est enim in atoma diuidi ipsum continuum: quare accidet, & hunc iuxta positione secundum parua fieri: quod absurdum est, præter id quod iam dixi, q̄ ex resolutione in elementa non seruatur mistorum natura: quod oportebat. Deinde subiungit, { Aut igitur non est mistio, aut dicēdū hoc quomodo contingit fieri rursus } erat enim totus syllogismi processus, si est mistio, similares oportet esse eius quod miscetur partes. Duobus igitur suppositis modis

mistionis, uterque sublatus est, eo ꝙ neuter seruare posset similares eorum quæ miscentur partes. hoc ergo ostēso sequetur, inquit, aut nullo modo esse mistionem, aut alium esse mistionis modum, præter dictos. Addidit autem uerbum{ Rursus, } quia idem his quæ in primis fecit. cum enim destruxit præadductas opiniones, ipse demonstrauit quomodo unumquodq; ipsorum generatur.

Tex.c.87 *Sunt itaque, ut dicebamus, entium hæc quidem actiua, illa uero ab istis passiua. hæc igitur conuertuntur, quorumcunque materia eadem est, & actiua adinuicem, & patientia abinuicem: illa uero agunt impassibilia existentia, quorum non eadem est materia. horum igitur non est mistio, quia neque medicatiua facit sanitatem, neque sanitas mista corporibus.*

Cōm.134 Cum sustulisset falsas de mistione opiniones, uolensq; deinceps dicere & quid est mistio, & quomodo fit, reducit nobis ad memoriam ea quæ dicta sunt de agere & pati, ꝙ hæc agentium & repatiuntur, quæcunq; eadem materia communicant inter se, hæc uero agentium non repatiuntur, quæcunq; non habent communem materiā. quoniā igitur quæ miscentur sunt ea quæ agunt, patiunturq; adinuicem, agunt uero, patiunturq; adinuicem ea quæ in materia conueniunt, hæc utiq; adinuicem mista fuerint, quæcunq; eadē materia participauerint: quapropter hoc est mistio actio mutua communicantium in materia. horum igitur inquit. s. non communicantium in materia, & ob hoc inquit non repatiētium in materia nō est mistio. & ob hoc nec medicina ars agens in corpus miscetur ei: nam medicina ars non communicat in materia cum corpore: scientiæ enim sunt in anima. propter hoc ergo sanās corpus ars medicinæ non miscetur ei: si quidem miscenē, quæ abinuicem repatiuntur: repatiuntur autem quæ cōmunicant in materia. Habet autem litera quid difficile. ideo enim inquit nec medicina ars facit sanitatem mista, nec rursus sanitas mista corporibus facit sanitatē. aut igitur sic est intelligendum, ideo nec medicina ars mista corporibus facit sanitatem, neq; sanitas mista corporibus, ut uerbum illud mista corporibus modo comprehensiuo dictum sit. non miscetur autem proculdubio sanitas forma existens. dictum est autem ꝙ formæ non miscētur subiectis, aut sanitatem quidem facientem accipiemus rationem sanitatis, genitam uero eam quæ in corpore, quarū neutra miscetur corpori: nam hæc quidem habet esse in anima, altera uero forma est ipsius subiecti.

Tex.c.88 *Actiuorum autem, & passiuorum, quæcunque facile diuisibilia, multa quidem paucis, & magna paruis composita nō agunt mistionem, sed augmentationem eius quod dominatur: mutatur enim alterum in dominans ut gutta uini mille congijs aquæ non miscetur: soluitur enim forma, & mutatur in*

Tex.c.89 *uniuersam aqua. Quando uero potestatibus adæquātur quodammodo, tunc mutatur quidem utrumque in dominans ex sui ipsius natura: non fit autem alterum, sed intermedium, et commune: manifestum igitur quod sunt hæc miscibilia, quæcunque contrarietatem agentium habent: hæc enim sunt abinuicem passiua.*

Cōm.135 Cum dixisset quid est mistio, & quorum, ꝙ eorū quæ communicant in materia, quoniam non omnia in materia communicantia miscentur, nam nec lapis ligno miscibilis, propter hoc prius distinguit, qualia communicātiū in materia sunt quæ miscentur, ꝙ ea quæ facile sunt diuisibilia. facile uero diuisibilia sunt, quæ facile terminabilia: facile uero terminabilia sunt, ipsa humida: quare quæcunq; communicantium in materia humida sunt, hęc miscentur. quomodo autem quæ humida sunt, miscentur, infert, ꝙ non quocunq; modo se habentia. non enim quodcunq; humidum cuicunq; adueniens facit mistionē: neq; enim si gutta uini mille congijs aquæ, inquit, iniecta fuerit, mistum facit totum. nam eo ꝙ superet uirtus aquę patitur solum gutta uini ab ipsa, nec fortis est ad reagēdū in ipsam sed patiens solum uini gutta secundum formam mutatur, & fit generatio, & corruptio, non mistio. nā & si nata sint agere aliqua inter se, sed non quomodocunq; se habentia, sed habentia quantitatem terminatam. indigent enim formæ etiam quantitate quadam, ut cōsistāt, ut ipse in Physica dixit. in gutta igitur quāuis sit uini forma, sed non est potestate actiua in mille congijs aquæ. & à principio quidem manifestum est, ꝙ mistio fit quædā in particula propinquante, sed cum ad multum gutta dispersa fuerit, & semper eo ꝙ amplius sit quod admistum est, obtunditur qualitas demūq; omnino mutatur. oportet igitur quæ miscentur æquari quodammodo uiribus. & recte dixit, { Quodammodo, } nō enim omnino ęqualia oportet esse, sed non multum alterum excedere. æquatis igitur quodammodo potestatibus, dominatur secundum quid alterum alteri, non ita tamen omnino corrumpit, sed ut excessiua domet solum: & sic totum fit cōmune quoddam amborum mistorum: non tamen alterū ipsorum ut iniecta gutta. quod igitur fit est amborum commune: seruat tamen potentia utrūq; in mistura dicto modo. manifestum igitur, inquit, est ex dictis quæ nam sint, quæ miscentur, ꝙ. s. quæcunq; agentium, & patientium cōtrarietatem habent. hoc autem dixit propter cœlestia: agunt enim & hæc in ea, quæ sunt hic, sed non habēt cōtrarietatem. quia nec etiam materiam habet communem. quæcunq; igitur agentium, & patientium contrarietatē habent, humida existentia, & quodammodo æquata potentijs, hæc sunt quæ agunt, & patiuntur, miscenturq;.

Et parua quoque paruis iuxta posita miscentur magis: facilius enim & celerius adinuicem permutantur. multum autem & à multo tardius hoc operatur. quapropter facile terminabilia diuisibilium, & passiuorum miscibilia: diuiduntur enim hæc in parua faciliter: hoc enim erat facile terminabili esse, ut humida miscibilia maxime inter corpora: facile enim terminabile maxime humidum inter diuisibilia, nisi fuerit tenax: hæc enim maiorem, & ampliorem faciunt molem. cum uero fuerit alterum solum passiuum, aut uehementer: illud uero ualde remisse, aut nihil amplius quod mistum est ex utrisque, aut parum erit: quod accidit circa stagnum, & æs.

Cum ostendisset ꝙ non per iuxta positionem est mistio, neq; per diuisionem ad minima, nunc dicit ꝙ & si non sit iuxta positio mistio, confert tamen ad mistionem diuisio in paruas partes, & iuxta positio: facilius enim in parua diuisa miscentur quæ miscentur: facilius enim inquit patietur paruum à paruo, quàm magnum à magno: multum uero à multo diutius patitur. Sed uidetur hoc quodammodo excedere analogiam. propter quid enim non quemadmodum eadem est ratio partis ad partē, sic etiā totius ad totum? sic secundum eandem rationem similiter patietur totum à toto, sicut pars à parte. si autē hoc, nihil confert ad parua diuisio, & iuxta positio ad ueIociorem mistionem. sed & quamuis non fuerint diuisa, & totū toti iuxta positum sit, nihil minus miscebuntur à seinuicē patientia. Præterea si uirtutes, quanto sunt magis cōgregatæ, tanto uehementiores, & excedentes partium proportionē, ut manifeste ostenditur in propensionibus: diuisæ enim partes nō seruant totius proportionē: & hoc est in auro manifestissimū: sed indigentes grauitate quadam totius partes uidentur: similiter rursus si cōponantur partes, grauius totū partiū proportione uidetur. ignis quoque, quāto cōgregatior calidior est, idcirco in fornacem magnā iniectū lignū magnū, accenditur statim. sed in minori flamma minus lignū secundū proportionē nō idem pateretur. si igitur uires quāto cōgregatiores, tāto uehemētiores, cōsequēs est ut misceantur, quæ nō fuerint diuisa. Dicimus aūt ad hæc, ꝙ in exēplo de igne, & ligno merito amplior ignis magis agit: quoniā generatio est, & corruptio. solo igitur igne agente, & solo ligno patiente merito Cōm.136

te merito quanto congregatior fuerit uis actiua magis agit, aut nullo modo repatiens ab hoc, in quod agit, aut obscurissime, immo potius aucta: generatio enim, & corruptio est ista res. id autem quod dicitur de propensionibus, non est contrariorum congressus, sed similium. simile uero simili adueniens coagit illi potius, & uiuificat eo tum: quoniam & diuisio ad corruptionem aptius facit, qd diuiditur, ut diximus supra. merito igitur & unio magis uiuificat. hæc quidem hoc modo. At in his, quæ miscentur, quoniam æqualiter agunt inter se quæ miscētur: agunt autem inter se, se tangentia, magis uero se tangunt diuisa: nam congregata existentia, multam habent profunditatem: merito igitur diuisa magis miscentur, quoniam & magis agunt, & patiuntur. hoc autem quoniam & magis tangunt. nam & in igne, idem lignum citius patietur diuisum, quoniam & magis cum igne communicant eius partes. quare in his, quæ miscentur, quoniam oportet utraq; pati, oportet utraq; diuisa esse ut citius patiantur: patiens enim diuisum citius patitur. recte ergo dictum est, ꝙ quæ miscentur diuisa, & secundum parua iuxta posita magis miscentur. Quæ autem prius dixit diuisibilia, nunc dicit facile terminabilia, ex quo manifestum est, ꝙ etiam superius diuisibilia facile terminabilia dixit. Diuisibilium igitur, quæ facile terminabilia, hæc uero humida sunt: (lapis enim diuisibilis quidem est, sed non facile terminabilis,) hæc sunt miscibilia, quoniam facile diuiduntur: diuisa uero magis dicebamus misceri. hæc igitur est inquit facile terminabilis ratio, scilicet facile diuisibile esse. nam facile terminabile est quod facile à continente terminatur: huiusmodi autem est quod facile diuisibile, ut humidum: durum enim non facile est terminabile. Alteram quoq; distinctionem addidit, quod non omne humidum est miscibile, sed quod non fuerit tenax. tenacia autem sunt, oleum, uiscum, pix liquida, & alia huiusmodi: nam propter lentorem hæc, & tenacitatem sunt difficile diuisibilia, & difficile separabilia, & labuntur quæ ipsis superfunduntur, & non in profundum penetrant. iccirco non miscentur: sunt enim minus facile terminabilia his, quæ nō lenta sunt. iccirco & coeuntia nullo modo miscentur, sed molem ampliorem fecerunt solum. Quando uero inquit alterum ab altero solum passiuum fuerit, sed non alterum ab altero, aut hoc quidē uehementer & facile patitur, alterum uero non facile, & remisse. in his inquit in mistione non amplius simul utraq; maiorem molem altero solo facere. aut etiam si fiat additio aliqua, parua ualde est, tanquā ampliori consumpto: quod accidere dicit circa stagnum & æs. nam aereū existens stagnum, & aerem plenum, & totum aptum ad huius mutationem in uaporem, & in aerem conuertitur, cū ab igne calescit in mistione cum ære, & solum colorat ipsum æs, sed quantitati nihil apponit. forte uero & omnino nō fit mistio stagni ad ipsum æs, sed appositio, & agglutinatio: neque enim humido existenti æri admiscetur, neq; per totam eius substantiam procedit, sed solū superficiē colorat. est igitur magis simile formæ cuidā stagnū ipsum in ipso ære subiecto, ut & ipse progrediens dicet.

Tex. 90. *Quedam enim balbutiunt adinuicem entium, & ancipitis sunt naturæ: apparent enim quodammodo. & miscibilia remisse, & ut alterum quidem susceptiuum, alterum uero forma: quod & in his accidit. stagnum enim, ut passio quedam existens sine materia æris pene euanescit, & mistum recedit, cum colorauerit solum. idem autem hoc accidit & in alijs. Manifestum igitur ex dictis, & quod est mistio, & quid est, & propter quid, & qualia miscibilia entium, siquidem sunt quedam eiusmodi, qualia passibilia abinuicem, & facile terminabilia, & facile diuisibilia: hec enim neque corrupta esse necesse est, quæ mista fuerunt, neque possunt ipsa eadem simpliciter esse, neque compositionem esse ipsorum mistionem, neq; ad sensum. sed est miscibile quidem, quando facile terminabile existens passibile fuerit & actiuum, & huic miscibile: ad æquiuocum enim miscibile. Mistio autem est miscibilium alteratorum unio.*

Quoniam balbutientes & loquuntur quodammodo, Com. 137
& non loquuntur, eo ꝙ indearticulate sermones proferunt, huiusmodi inquit sunt, & quędam in rebus obscuram, & occultam, & indearticulatam habentia mistionē modo quidē quodā mista, quodam uero non. Cum autē dixisset ꝙ quædam entium balbutiunt adinuicē, & ancipitis sunt naturæ, hoc exposuit per illa uerba, uidentur. n. & miscibilia remisse, & ut alterum quidem susceptiuum, alterum uero forma. stagnum igitur modo quodam forma quædam, & passio est æris, euaporans in mistione, et solum æs colorans. passiones uero nō erant subiectis miscibiles, sed non est omnino stagnum tale, iccirco & dixit balbutiunt, & ancipitis sunt naturæ. fit enim parua quædam subiecti auctio, quod in formis non est. similis quoq; fit mistio in cinere, & aqua: nam etiam in illis solum coloratur aqua à cinere, sed paulum augetur: fit. n. quędam substantia cineris in ipsa aqua. Manifestum est igitur inquit ex dictis & ꝙ est mistio: hoc est in existētia est, & non ut aliqui putauerunt solum apparens est, sed non existens. {Quid est} ipse enim consequenter definit quid est Mistio ꝙ est miscibilium alteratorum unio, secundum qualitatem entium actiuorum, & passiuorum, neutro quidem secundum actum eodem manente, sed potentia utrisq;. {Et propter quid.} quia cōmunis est subiecta materia his quæ miscentur, & sunt æqualiter actiua, & passiua à seinuicem. {Et qualia miscibilia} ꝙ neq; solida, neq; humida omnia, sed quęcunq; sunt facile terminabilia, & facile diuisibilia, quę lenta non sunt, neq; labētia in diuisione. hęc enim inquit, neq; corrupta esse necesse est: non enim est corruptio mistio. manent autē utraque potentia quidem ea, quæ erant prius quàm miscerentur, actu uero non, sed domitas habentia proprias qualitates, indigentia uero additione unumquodq; secundum propriam qualitatem, ut ad actū peruéniat, id quod erat. non est tamen integra mutatio: nam huiusmodi generatio est & corruptio, sed non mistio. neq; compositionem inquit esse mistionem ipsorum, ut quęcunq; particula iuxta quācunq; ponatur, neq; ad sensum. uidelicet sensibilem oportet ipsam facere. Cum autem dixisset miscibile esse, quod cum facile sit terminabile, actiuum & passiuū sit, & tale miscibile quale ipsum sit subiunxit, {Ad ęquiuocum enim miscibile,} ęquiuocum pro uniuoco ponēs. usus autem ei est consuetus. si enim utraq; sunt facile terminabilia, & abinuicem passiua, uniuoca sunt proculdubio secundum hoc. miscibilia enim ambo secundum rationem ultimam miscibilis. Tandem inducit ꝙ mistio est miscibilium alteratorum unio, hoc est per alterationem unio. cum enim alterata fuerint quę miscentur sic, ut ex ipsis unum quoddam totum similarium partium factum sit, tunc unita sunt. & hęc fuerit ratio mistionis, unio miscibilium per alterationem. ita ut partim quidem seruentur quę miscentur, partim uero corrumpantur. actu quidem non existentia huiusmodi, ut dictum est, sed domita corrupta esse uidentur, cum summitatem talis formę nō seruent. eo autem ꝙ non secundum totas qualitates mutata sunt, sed harum unionem sustinent, sic remanent, & seruantur.

FINIS PRIMI LIBRI.

IOANNIS GRAMMATICI
PHILOPONI ALEXANDREI BREVES
annotationes, ex colloquiis Ammonii Hermeæ, cum quibusdam propriis considerationibus, in Secundum de Generatione, & Corruptione Aristotelis.

Tex. 1. *D*E MISTIONE *quidem, & tactu, & de agere & pati dictum est quo pacto insunt iis, quæ secundum naturam mutantur. Amplius autem de generatione, & corruptione simplici quomodo, & cuiusnam est, & propter quam causam. similiter quoque & de alteratione dictum est quid est, quod alteratur, & quam habet differentiam ipsorum unumquodq́; reliquum autem considerare circa ea, quæ uocantur elementa corporum.*

Com. 1. *S*IMPLICEM quidem generationẽ uocat principalioris, & perfectioris substantiæ generationem: ut ignis, quandam uero generationem, eam quæ deterioris, ut terræ. Illud uero { Quomodo: } quod scilicet secundum mutationẽ formæ substantialis. Illud uero { Propter quam causam, } quia communis materia eis subiecta est, & mutabilis existens, & contrariorum receptiua. Ibi uero { Et quam habet differentiam ipsorum } deest uerbum utrunq́;, hoc est quam habet utrũq́; ipsorum ad se inuicem differentiam. { Reliquũ autem considerare circa uocata elemẽta corporum, } aut oportet mutantem casum dicere, reliquum est de his cõsiderare, quæ uocantur elementa: ut est & apud Homerũ simile, duo uero scopuli, hic quidem ad latum cœlũ peruenit pro eo quod est, duorum scopulorum, hic quidẽ ad latum cœlum peruenit: aut subaudiẽdum extrinsecus est uerbũ hoc, quomodo est in ipsis generatio, & corruptio: ut sit cõtinuus sermo prædictis. est enim uniuersus sermo ex superioribus resumentibus huiuscemodi. dictum est in quit à nobis iam uniuersaliter in his, quæ secundum naturam mutantur, quomodo insit tactus, & mistio, agere, & pati. dictum quoq; est, inquit, & de generatione, & corruptione, cuius uniuersaliter fit, consequenter reliquũ est, ut post uniuersalem de ipsis sermonem consideremus quo pacto circa ea, quæ elementa uocãtur, sint hęc: hoc est quo pacto insit elementis generatio, & corruptio, & reliqua quæ dicta sunt. Sed quæ uocantur dixit, quia in cõsuetudine sic circũferuntur: neq; enim hæc propriè elementa nominantur, sed quemadmodum in oratione elementa dicuntur, quæ maxime prima & simplicissima, et incomposita: dico scilicet uigintiquatuor elementa, sic & naturalium corporum propriè elemẽta dicuntur, quæ maxime prima sunt, & simplicissima: hæc uero sunt materia, & forma aut dixit ea, quæ uocantur, quasi nõdum ostensum sit q hæc sint, quæ ratione materiæ subiiciantur omnibus cõpositis corporibus generabilibus, & corruptibilibus. hoc enim est ei propositum in præsenti libro docere modum mutuæ generationis, & ostendere q hæc sola sunt, & tot quæ nominantur, ex quibus omnia generabilia, & corruptibilia constant.

Generatio enim & corruptio omnibus natura constantibus substantijs, non sine sensibilibus corporibus.

Com. 2. Disputaturus de elementis, & mutatione eorũ mutua ostendit, q neq; hæc, neq; horum aliquod est subiectum generabilium, & corruptibilium, ut quidam putabant, quorum etiam opiniones exponit: principia enim proptre & elementa prima generabilium, & corruptibilium materia sunt, & forma, ex quibus & hæc ipsa quæ uocãtur elementa constant, & in ipsis est generatio, & corruptio. Si autem in his, quæ generantur, & corrumpuntur, sunt & ipsa, manifestum quod non utiq; generabilium, & corruptibilium omnium elementa existent, sed materia, & forma, quæ & horum, & omnium generabilium, & corruptibilium communia existunt. ordo igitur secundũ doctrinam huiusmodi est. Quod autem in litera dicit huiuscemodi est. quoniam inquit generatio, & corruptio omnium naturalium substantiarum non sine sensibilibus est corporibus, sed semper in his, rationabile fuerit principiũ quærentem eorum, quæ generantur & corrumpuntur, sensibilium corporum quærere principia, & elementa: in his enim sunt quæ generantur, & corrumpuntur. Sed cõsidera quo pacto absq; errore non dixit, q omnia, quæ fiunt & corrumpuntur, sensibilia corpora sint, q aliquis inconsideratius suspicari potuisset, putans quæ generantur, & corrumpuntur sensibilia corpora esse ex necessitate: non omnino tamen sensibilia corpora, & generabilia esse & corruptibilia: quemadmodũ cœlestia. Sed certius hoc ipsum considerans nequis proferat naturales uirtutes, quæ & naturales sunt substantiæ, & generantur & corrumpuntur, non tamen sunt corpora sensibilia, uerissime simul, & tutissime sermonem produxit dicens, non sine sensibilibus corporibus natura consistentibus substantijs inesse generationem, & corruptionẽ: naturales enim uirtutes cum sint, & ipsæ substantiæ quædam, non tamẽ corpora sunt: sed tamen in corporibus esse habentes in ipsis generantur, & corrumpuntur: non igitur sine his generatione, & corruptione participant. si autem in Physico auditu in sermonibus de motu dixit Aristote. naturales uirtutes, & uiras, quæ in naturalibus corporibus sunt, nõ habere generationem, non aduersatur his quæ dicta sunt hic. ibi enim generationem uocabat non simpliciter accessum ex non ente ad ens: nam eiusmodi generationem non habent tales uirtutes, & uitæ, sed ut ex non ente ad ens productæ, & rursus ex ente in non ens omnino procedentes, sic generari, & corrumpi dici possunt.

Horum autem subiectam materiam, hi quidem aiunt unam esse, ut aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod horum intermediorum, & corpus existens, & separabile. Tex. 2.

Com. 3. Cum astruxisset, q oportet de his, quę generantur, & corrumpuntur sermonem facientes, sensibilium corporũ quærere principia: nam in his est generatio, & corruptio, nunc accedit ad inquisitionem, & ostendit q quæ uocãtur quatuor elementa, non sunt communis materia sensibilium corporum, nec propriè principium, nec omnia, nec aliquod ipsorum, sicut aliqui putauerunt, sed & ipsa sensibilia corpora sunt, & generabilia, & corruptibilia. ponit autem opiniones eorum, qui putauerunt ipsa esse principia generabilium, & corruptibilium: nam hi quidem ipsorum unum quoddam supposuerũt principium corporum, quemadmodum ignem quidem Heraclitus Ephesius, & Hippassus. Aerem uero Diogenes Apolloniates, & Anaximenes. Thales uero, & Hippon Aquam. Anaximander uero aliud quid pręter quatuor elementa supposuit entium principium. Quoniam autem Anaximander potuit materiam rectè supponens principium corporũ, ipsam

medium terminum nominamus, qui cũ neutro extremorum idem est, sed utrisq; subiectus.) ostendens Aristo. ꝙ non secundum hunc conceptum supposuit, sed medium terræ, aut ignis, & aquæ, & aeris, apposuit { Corpus existens, & separabile } impossibile autem præter quatuor aliquod aliud corpus simplex supponi subsistens consequenter ostendit. si enim corpus est, quod sublistit in loco erit, & affectum: in loco autem existens aut sursum, aut deorsum: sursum autẽ existens aut ignis, aut aer: deorsum uero aut aqua, aut terra est. eadem autem est ratio & de qualitatibus: necesse est enim alterum ipsarum contrarietatum habere: nam aut leue est, aut graue, & aut calidum, aut frigidum, & aut humidum, aut siccũ. sed quibusuis ipsum eorum, quæ dicta sunt, differentijs obsignaueris, erit necessarium unum aliquod ipsorum quatuor. recte autem cum dixit corpus, addidit separabile, ut naturale corpus significaret: cum scilicet mathematicum non huiusmodi sit.

Alij uero plura numero uno. hi enim ignem & terram: illi uero & hæc, & aerem tertium: illi autem & aquam horum quartum, quemadmodum Empedocles: ex quibus congregatis & disgregatis, uel alteratis accidere generationem & corruptionem in rebus. Tex. 3. *Quod igitur prima principia, & elementa recte se habet dicere sit confessum, ex quibus mutatis, uel per congregationem & disgregationem, uel per aliam mutationem accidit generationem esse & corruptionem. Sed facientes unam materiam præter dicta, hanc uero corpoream, & separabilem peccant. impossibile est enim sine contrarietate esse corpus hoc, sensibile existens. aut enim leue, aut graue, aut frigidum, aut calidum necesse est esse infinitum hoc, quod dicunt esse quidam principium.*

Com. 4. Cum dixisset eos, qui unum quoddã ex quatuor supponunt principium corporum, nunc eos, qui plura uno supponunt principia corporum exponit: aliqua scilicet ex quatuor, aut etiam ipsa quatuor, ut ignem quidem, & terram Parmenides supposuit. hæc uero cum aere Ion Chius tragœdus. Empedocles uero ipsa quatuor supposuit. Hi quidem poterant, & alterationem seruare alterã existentem à generatione, & corruptione. qui uero unũ principium supponebant, quoniam immutabile oportet dicere principium, si uere sit principium, ex necessitate secundum alterationem dicebant generationem, & corruptionem, & non secundum substantiam mutationem: & ita in idem cogebantur dicere generationem, & alterationem, cum non possent ipsarum differentiam tradere. prima quidem inquit, ex quibus cætera fiunt elementa uocare, & principia rationabile esse dicit: sed hæc supponere prima, quæ illi dicunt, non est rationabile: quòd ut cõsequens, & manifestum prætermisit. Supposuerunt autẽ alij quidem quatuor elementa, aut aliqua, aut omnia. alij uero aliud quid præter hæc: ut Anaximãder. Redarguit autem ipsum, non ut aliud præter quatuor elementa supponentem materiam: sic enim recte dicere poterat, siquidem incorpoream ipsam, & informem dicebat: sed redarguit ipsum, quia corpus ipsum supponebat separabile. Cum autem demonstrauisset, ꝙ si corpus est subsistens, quam supponit materiam Anaximander, necesse est cum contrarietate ipsam considerari, quod erat inducendum, ut manifestum dimisit, subaudi, scilicet ꝙ contrarietatem habens, erit aliquod unum quatuor.

Tex. 4. *Sicut autem in Timæo scriptum est, nullam habet distinctionem. non enim dixit manifeste illud omnerecipiens, si ab elementis separatur, neque ullo utitur, dicens esse subiectum uocatis elementis prius, ut aurum operibus aureis. quanuis hoc non recte dicitur hoc modo dictum, sed quorum quidem alteratio ita est: quorum uero generatio, & corruptio, impossibile est illa appellare, ex quibus facta sunt, quanuis, ait, longe uerius esset aurum dicere unumquodque esse.* Tex. 5. *Sed elementis existentibus solidis, usque ad superficies facit resolutionem. impossibile autem materiam primam superficies esse.*

Com. 5. In Platonem nunc inuectus, primum quidem increpat ipsum, ut dicentem quidem materiam principium esse naturalium, sed qui non manifeste distinxerit, an possit separari à corporeis elementis ipsa per se subsistens, an non. elementa uero, seu quæ uocantur quatuor dicit, siue cubos, & pyramides, quæ Plato supposuit, nihil refert. est enim ei sermo, si potest ipsa per se materia subsistere, aut si cum aliquo est corpore. & dicit nihil de hoc manifeste Platonem dixisse. Sciendum est autem, ꝙ & si non ita manifeste, nec eisdem cum Aristo. uerbis usus, dixerit de hoc Plato, abunde tamen ad suam de hoc intentionẽ aperiendam. ipse enim est, qui dixit de materia disputans. Recipit semper omnia, & formam nulli ingredientium similem est sortita. si autem semper recipit, manifestum ꝙ nunquam ipsa per se subsistit. Deinde accusat Platonem etiam in alio, ꝙ ponens materiam esse subiectum existentem elementorum in mundi factione, ad nihil ipsa usus est in generationibus corporum, ex superficiebus omnia dicens compositis fieri. utraq; autem probat, hoc quidẽ ꝙ posuit subiectam materiam elementis, nobis in memoriam reducens exemplum Platonicum, per illud, ueluti aurum operibus aureis. deinde priusquam secundi adducat fidem, ꝙ non utitur materia in generatione corporũ, in alio refellit Platonem, quoniam dixit Plato oportere magis ex subiecto. & materia inferre nomen generabilibus, & corruptibilibus: non oportet autem ex materia entia ipsa obsignare, sed ex forma: hæc enim est, quæ propriam cuiusq; naturam determinat, separatq;. Ad hoc autem dixerit quis pro Platone sermonem faciens, ꝙ & ipse iubet, constituitq; secundum formam unumquodque obsignari. dixit enim unicuiq; ipsum esse, secundum formam existere: fieri autem secundum participationem formæ, corrumpi uero per abiectionem. Ex materia autẽ dixit oportere nominari. non quia ab hac obsignentur res compositæ, & materiales, sed ueluti uerius existẽs ex materia ipsas uocare. nam cum forma mutatur, hæc semper manet. aurum quidem statuam uocare, si mutata fiat tripes, non est amplius uerum. aurum autem uocare uerum est, etiam post mutationem: manet enim materia eadem formas suscipiens Ad hoc iure dixerit Aristo. ꝙ in alteratione rectum fuerit quod mutatur, ex subiecto nominare, quoniam subiectum formatum existens, ex forma signatur, & non ex passione, quæ per alterationem aduenit. sed in generatione, & corruptione, impossibile est quod genitum est illud dicere esse, quod erat priusquam generaretur, & corruptum ex materia uocare, quæ permanens corrupta non est. ut quoniam composita generantur, & corrumpuntur, si quis de aliquo eorum me interroget, puta equo corrupto, & homine generato, quid est ꝙ corruptum est, & quid quod generatum. si dixero quod materia, manifeste mentior. neq; enim quod corruptũ est, materia est, nam adhuc manet: neq; quod genitum est, possibile est materiam uocare: erat enim & ante generationem. in alteratione uero hominem uocamus, & eum, qui nigritiam abiecit, & eum qui assumpsit albedinem, non album & nigrum. album enim, & nigrum sunt passionum, non substantiæ significatiua. Cum autem in medio obuiauisset dicto illi, ꝙ ex subiecto oportet magis nomina ponere, nunc increpat ipsum, ꝙ solida elementa supponens, usq; ad superficies ipsa dissoluit: per hoc etiã, quod prius dictum est comprobans, ꝙ ad nihil materia utitur: nam usq; ad superficies inquit processit, ex quibus dicit fieri corpora, quæ superficies materia non sunt. Sciẽdum est autem, ꝙ non erat adeo Geometriæ expers Plato, ut putaret corpus in superficies dissolui, sed superficies dicebat ille naturales, scilicet corporeas, quæ & profunditatem habent: huiuscemodi autem proculdubio ma

tertã habent in ipsis conspectam:quare non sunt sine materia secundum Platonem,quæ generantur.

Tex.c.6. *Nos autem dicimus materiam aliquam corporum sensibilium,sed hanc non separabilem ,sed semper cum contrarietate,ex qua fiunt ea,quæ uocantur elementa.determinatum autem est de his in alijs exactius.Sed quoniam et modo hoc sunt ex materia corpora prima determinandum . et de his principium quidem,et primum supponentibus esse, materiam inseparabilem quidem,subiectam autem contrarijs:non enim calidum materia est frigido,neq; hoc calido,sed subiectum ambobus. quare primum quidem potentia corpus sensibile,principium:secundum uero contrarietates,dico autem , ut frigiditas et caliditas:tertium uero simul ignis et aqua et huiusmodi.hæc enim in seinuicem mutantur,et non ut Empedocles , et alij dicunt:neq; enim esset alteratio : contrarietates uero non mutantur.*

Com.6. Nunc exponit propriam opinionē,secundum quā uidebitur longe à Platone differre,dicens, quod supponimus quidē nos materiam subiectam sensibilibus corporibus,nunquam tamen per se subsistentē,sed semper cum aliqua contrarietate inspectam.ex qua inquit materia assumente in formæ ratione contrarietates,fiunt elementa. inquit autē de materia,& contrarietate exactius pertractauisse in Primo sermone Physici auditus,ubi etiam de priuatione sermonem fecit.Ibi uero { Quoniam & modo. } si illud { Quoniam } pro si,assumpseris, manifestum facies,quod dicitur,hoc modo exponens: sed si hoc modo ex materia sunt ipsa corpora,determinandum est , & de his,ut dicat ꝙ & si ostensum sit elementa ex materia esse,eo quod ipsa suscipiat contrarietates,nō sufficit hoc ad doctrinam,sed determinandum est etiam de contrarietatibus his,quæ nam sint,& quot,secūdum quas materiæ aduenientes complentur elemēta quatuor,quæ prima dixit corpora.Cum autē dixisset ꝙ determinandum est de contrarietatibus,distinguit primum quæ nam sunt principia.principia autē quærit nunc ut elementaria,non ut effectiua.& inquit ꝙ principium , Primum quidē est ipsa materia:Secundū uero contrarietas , quæ est forma materialis.Primum aūt principiū dixit esse materiā,quia incorruptibilis quidē est hæc,contrarietas uero corruptibilis:nā & secundū hanc est ipsa corruptio.& quia materia subijcitur utrisq; cōtrarietatibus:nō.n.potest alterum cōtrariorū subiectū fieri alteri,ut calidū frigido:utrorūque enim materia est subiectū.nā ut etiā in Primo Physici auditus dixit,nullū contrariorū permanens,& seruatū sui cōtrarij susceptiuū fit:corrumpuntur enim à se mutuo contraria.quapropter iure materia primū quidē est principiū,ut subiecta formæ materiali,in dignitate tamē forma dignior est ipsa.Secundū aūt est ipsa forma, quæ est contrarietas,ut in materia existens.non enim separatur,inquit,unquā à formis ipsa materia,quā & potētia sensibile corpus uocat:nā secundū sui rationē incorporea existens actu,potētia est corpus,& corpus nō mathematicum,sed sensibile,hoc est naturale.Tertiū uero principiū inquit,est simplex corpus,ut ignis,& terra , & aliorum quodcūq; corporū primorū,quæ principiū sunt nō simpliciter,sed ut ad corpora cōposita.ideo & merito tertiū principiū hæc supposuit,& quia cōposita,& quia mutabilia cū proprium & simpliciter principiū debeat esse,eo ꝙ ex alijs nō sit principijs,& immutabile sit:nā qđ mutabile est,necesse est esse cōpositū , siquidē circa aliquid eorū,quæ in ipso sunt,manens,mutatio fit.Deinde increpat Empedocleos.nō.n.inquit esset alteratio,si elementa secundū passiones substantiara,natura immutabilia sunt secundū Empedoclē:tanquā.s.secundū passiones subiecto formato manente.Nō solū autē alterationem aufert Empedocles,immutabilia dicēs elemēta,& qualitates in ipsis substantiales supponēs,sed & propriā generationē, quæ est mutatio secundū formā:nā etiā ipsa est mutatio materiæ secundū passiones.Quod uero merito tertium principiū supposuit simplicia corpora,secundū uero contrarietates ipsas,ostendit ex mutatione; quoniā simplicia quidē corpora mutabilia sunt:habent.n.materiā permanentē,& cōtraria successiue recipiētē.cōtrarietates uero nō mutantur:non enim frigiditas permanens recipit caliditatem:non enim simul fuerint secundū idē contraria; quare non sunt contrarietates quæ mutantur, sed corpora cōtrarietates habentia secundum has mutantur,

Sed nihilominus & ut corporis qualia , et quot dicendum principia.alij enim supponentes utuntur,et nihil dicunt propter quid talia,aut tanta. Tex.c.7. *Quoniam igitur quærimus sensibilis corporis,principia:hoc autem est tangibilis : tangibile autem,cuius sensus est tactus: manifestum quod non omnes cōtrarietates corporis formas,et principia faciunt , sed solum quæ secundum tactum.secundum contrarietatem enim differunt,et secundum tangibilem contrarietatem:* al ideo. ** quia neq; albedo,neq; nigredo,nec dulcedo,et amaritudo,similiter autem neq; aliarum sensibilium contrarietatum ulla facit elementū quanuis prior uisus tactu,quare et subiectum prius , sed non est corporis tangibilis passio,qua tangibile,sed secundum alterum,et si fuerat natura prius.* Tex c.8 *Ipsorum autem primū tangibilium diuidendum,quales primæ differentiæ,et contrarietates.Sunt autem contrarietates secundum tactum hæ, Calidū Frigidum,Siccum Humidum,Graue Leue,Durum Molle,Lētum,* al.Rigidū. ** Aridum,Asperū Lene,Crassum Tenue. horum autem graue quidem,et leue neq; actiua,neq; passiua:nō enim in agēdo aliquid alterum,aut pati ab altero dicuntur.oportet autem actiua et passiua esse adinuicem elementa: miscentur enim , et mutantur adinuicem.*

Com.7. Et si diximus,inquit,ꝙ contrarietates sunt principia, & ꝙ non mutātur,tamen sic dicendū est à nobis, quot, & quales sint contrarietates,quas oportet supponi principia corporum.non enim sufficit dixisse ꝙ contrarietates sunt principia corporū,sed oportet quærere quales, & quot sunt. alij enim, qui dixerunt esse quasdam contrarietatum principia,nullam scripserunt demonstrationem,ꝙ hæ,aut tot supponantur contrarietates. Cum igitur dixisset tria esse principia,primum materiā ipsam: secundum formam materialem, ꝙ est idem contrarietatibus:tertium autem ipsa simplicia corpora , quæ ex ipsa materia assumente contrarietates dixit fieri, nunc proponit quærere:quæ nam sint specificæ contrarietates,quas assumens materia,simplicia corpora,efficit. Sed quoniā non enuntiatiue neq; sine demōstratione oportet hasce, & non hasce contrarietates ponere,quod alios faciētes, accusauit,cum magno artificio,& secundum demōstratiuam consequentiam incipit earum inquisitionem, potētia hæc dicens. Quoniam corporis principia quærimus non æterni,sed generabilis & corruptibilis:hoc uero affectum est:non enim possibile est generabile , & corruptibile corpus inaffectum esse:generatio enim & corruptio est mutatio materiæ secundum passiones: præterea naturale omne corpus motum habet,motus uero secundum propēsiones fiunt,grauitatem scilicet leuitatemq;, hæ uero qualitates sunt:corporis ergo principia affecti quærimus.hoc autem sensibile est:nam sensus qualitatū perceptiui sunt,& unumquodq; qualitates habens , secundum has sub sensum cadit.quare, quoniam apparuit nos corporis principia q̄rere,naturalis & sensibilis, quę rendæ sunt contrarietates sensibiles, sensibiles autem nō quascunq;,sed materiæ proximas,& communissimas,et per omnia corpora permeantes . quæ autem sint hæ cognoscemus ad sensus recurrentes . Manifestum est enim quod subiectas cōmunissimo sensuum sensibiles differentias,

rētias,illas ut communisſimas exiſtentes oportet ponere principia corporū formatiua.ſenſuū autē uiſus quidē primus dignitate,ut honoratior: nō tamen ad oīa aptus ſenſibilia.tactus.n.eſt,qui ē oīum cōmunisſimus: & hac uia primus dictus nō immerito,eo ꝙ auferat ſed nō auferatur.quæ.n.aliorum ſenſuum aliquo participant, multo prius & tactu participant:quæ uero tactu, nō neceſſario aliquo aliorum participant, ut declarant quæ inter plantas,& animalia media ſunt,tactum quidē habentia, ſed nullum aliorum ſenſuum.Eodē modo ſe habentes & ſenſibiles differētias inueniemus.Viſibiles enim ut colores,nō per oīa permeant corpora: neq;.n.aer eſt coloratus,aut oīno uiſibilis.ſimiliter autē neq; Audibiles, ut ſoni:nō.n.oīa uim habent ſonatiuā,nā nec lana, nec ſpongia,ſed quæ ſolida ſunt.& hæc nō per ſe, ſed in confractione ad aerē:ſic quippe aquā ex profundo mouens,nullū perficies ſonū.atqui neq; Odores in oībus ſunt:aer.n.ſine odore eſt,quēadmodum & ſine colore, qui & hac de cauſa colorum,& odorum delatiuus eſt.ſic neq; Guſtatiles qualitates in oībus ſunt:aqua quippe ſapore caret,cū ſit ſubiecta ſaporibus.ſolas autē tangibiles qualitates uidemus per oīa perambulantes corpora: caliditatis.n.uel frigiditatis nullū eſt expers corpus,neq; humiditatis,aut ſiccitatis.Tangibiles ergo cōtrarietates ſunt, quæ cōmunisſimæ ſunt,& per oīa corpora perambulantes & ſimul auferentes:nō autē quæ ſimul auferanť.hęc igitur principia ſumēda ſunt.Sed qm̄ multæ, & diuerſæ ſunt hę,oportet oēs exponere,& harum uniuerſaliores accipere,& quæ in reliquis minime cōtinenť.nō oīno autē uniuerſaliores,ſed quæcūq; harum actiuæ ſunt,& paſſiuæ,qm̄ corporum quærimus principia agentium,patiētiumq; à ſeinuicē,& hanc inter ſe mutationē faciētium.

Exponit igitur ſeptē quaſdā cōtrarietates,Calidum Frigidum,Siccum Humidum,Graue Leue,Durum Molle, Lentum *Aridum,Aſperum Lene,Craſſum Tenue. Et quęrimus cur nā rari & denſi oppoſitionem prętermiſit. Expoſitor quidē Alexāder dixit,ut eā quę reducitur ad graue,& leue.nā rarum leue eſt,ut dēſum graue.Eſt quoque ipſa in idē ducere cum craſſo,& tenui.nā tenuitas,q̄ ſecundum qualitatē,nō quę ſecundum quantitatē cōſideratur,uidetur idē eſſe cū raritate:tenue.n.dicimus corpus,eo ꝙ pertranſeat per quoſcunq; meatus,qđ idē eſſe uidetur cum raro.ſic & craſſum denſo:craſſum.n.craſſarum partium exiſtens,nō per quoſcunq; pertranſit meatus,ſed per maiores.tale quodāmō eſt & ipſum denſum multo corpore in paruā molē coacto.Has cum expoſuiſſet oēs oppoſitiones,ſecernit has quidē ut nō ſecundum agere & pati dictas,illas uero ut aliĵs implicitas. nā graue & leue,aſperum & lene,eo ꝙ nō per agere, & pati dicantur.nō.n.quemadmodum calidum,& frigidum calefaciendo,& infrigidando proxima dicuntur, ſic & leue, & graue:nō.n.agunt iuxta poſita grauia.ſimiliter neq; leue.ſic neq; aſperū & lene.tenue uero & craſſum,& molle & durum,lentum & aridum merito reiicit ut in aliĵs cōtenta.ſi.n.accipientes uniuerſaliores cōtrarietates, nō abiiciamus q̄ ſub has reducunť,ſciemus nos plures q̄ utile ſit ſumpſiſſe. Reducit āt has tres cōtrarietates ad humidum & ſiccum,definiens quid nā eſt horum utrumq;, & dicens.Humidum quidem eſſe, quod alieno quidem facile eſt terminabile,proprio uero difficulter.Siccum uero,quod alieno quidem difficulter, proprio uero facile terminabile.Si ergo humidum facile eſt alieno termino terminabile,& cōpletiuum,ueluti facile replens meatus: eſt autem & quod tenues habet partes huiuſmodi:nā & hoc repletiuum eſt:merito reducetur ſub humidum. Eadem quoq; rōne & craſſum ſub ſiccum. lentum quoq; inquit humidum eſt aliquid paſſum, & aridum ſimiliter ſiccum.ſic inquit & molle ſub humidum reducendum eſt:molle.n.eſt quod cedit tactui:quod eſt proprium humidi.Hæc cum ita diſtinxiſſet,reaſſumit duas oppoſitiones calidi & frigidi,humidi & ſicci,hæc diiudicans, tanquam principia formatiua elementorum,qm̄ actiuę ſunt & paſſiuæ,& quia etiam communisſimæ ſunt,& neutra ſub alteram reducitur.Quoniam igitur inquit quærimus ſenſibilis corporis principia:tale enim eſt generabile corpus,& corruptibile:omne autem ſenſibile tangibile eſt: non enim uiſibile omnino,aut audibile, aut aliud quid aliorum,tangibiles quærendæ ſunt differentiæ, corporum formatiuæ.prima enim,inquit,corpora,quorum cōtrarietates quęrimus,ſecundum cōtrarietates abinuicem differunt,quę tangibiles ſunt:per hoc oſtendens ꝙ merito & ipſa dicimus ſenſibilia eſſe,& tangibiles contrarietates ipſorum principia ponimus.dicere enim prima corpora,& elementa aliorum tangibilibus inter ſe differre contrarietatibus,ſignificat ipſas per omnia perambulaſſe corpora. Non ſunt igitur ſumendę,nec uiſibiles,nec audibiles,nec guſtabiles,aut odorabiles differentię. non.n. his formantur prima corpora.nam & ſi ſit prior uiſus tactu, & uiſibilia tangibilibus, quę ſubiecta uocauit ſenſuum,nihil tamen ad formandum tangibile corpus conferunt,cuius nunc principia quęrimus.& uiſibilis, inqt, qualitas,& ſi prior ſit tangibili qualitate,non eſt tamen corporis tangibilis paſſio,quatenus eſt tangibile, ſed ſecundum alterum quid,quatenus eſt.ſ.uiſibile.eſt autem, inquit,prior uiſus tactu non ſimpliciter:eſt enim aliquo modo prior tactus,cum auferat,& non auferatur: uiſus uero forte eſt natura prior,hoc eſt dignitate, ut pfectior, quoniam perfectis animalibus aducnit.

Calidum uero et frigidum, et ſiccum et humidum, illa quidem, eo quod actiua, hæc uero, eo quod paſſiua ſint, dicuntur. Calidum enim eſt quod congregat ea, quæ ſunt eiuſdem generis: diſgregare enim, quod aiunt agere ignem, congregare eſt ea, quæ eiuſdem ſunt generis: accidit enim excipere aliena. Frigidum uero, quod coniungit, et congregat ſimiliter et ea, quæ eiuſdem generis, et ea quæ non eiuſdem generis.

Non hoc dicit ꝙ actiuę,& paſſiuę ſunt utræq; contrarietates,eo ꝙ utraq; agat,& patiatur,ſed duabus exiſtentibus oppoſitionibus,eam quidem,quę eſt calidi, & frigidi,actiuā uocat,eā uero,quę eſt humidi,& ſicci, paſſiuam, & ponit quidem horum fidem, definiens horum unumquodq;.Calidum enim,inquit, congregatiuum eſt eorum,quę ſunt eiuſdem generis,diſgregatiuum uero eorum,quę ſunt diuerſorum generum,Frigidum uero congregatiuum utrorumq;.ſed congregatiuum,& diſgregatiuum actionum ſunt nomina.rurſus Humidum quidem dicit eſſe,quod proprio termino eſt difficulter terminabile,alieno autem facile terminabile:Siccum autem facile terminabile proprio,difficulter autem terminabile alieno.ſed facile,difficileq; terminabile paſſionum nomina ſunt declaratiua. Dubitare autem aliquis merito poſſet ad ſermonem hunc,ad res ipſas animaduertēs.neq; enim calidum,& frigidum,actiua ſolum ſunt,ſed etiā paſſiua: patitur enim calidum à frigido,& hoc à calido:neq; rurſus humidum & ſiccum paſſiua ſolum,ſed etiā actiua.ſi enim omnia adinuicem mutātur elementa. neceſſe adinuicem egiſſe ſiccum,& humidum.ipſe enim eſt, qui dicit terrā in aquā mutari,ubi neceſſe eſt humidum egiſſe circa ſiccum:ſimiliter & aquā in terrā,ſicco.ſ.circa humidum agente.quid igitur hic diſtinguens, actiua quidem inquit calidum & frigidum,paſſiua uero ſiccum & humidum. Hāc igitur dubitationē ex his, quę in Quarto Meteorotum dicta ſunt,diſſoluemus,dicētes ut ad compoſitorum corporum generātionē,hoc dictum eſſe. hæc .n.circa medium locum ſunt ipſius uniuerſi, dico.ſ.circa terram,ueluti parte huius participātia:non.n.ex hac ſola poterāt eſſe:terra.n.ex ſe connecti non pōt,ſed facile diſſipari:iccirco indiguit aqua coniungēte,& permiſcēte ipſam,ueluti aqua ipſa, quę terminaret. hęc āt adinuicem mixta ſe mutuo continent, non tamē compoſitionē exactam ipſa per ſe pōſſunt operari,ſed indigent calido,&

Margin: Rigidū — Com̄ 8.

frigido, hæc coniungente & formante, subiecti quidem & materiæ rationem tenente humido, & sicco, formæ autem proportionato calido, & frigido. nam & si agant circa se mutuo siccum, & humidum, se mutuo continentia, & circũscribentia, tamen mixta in se inuicem agunt: quapropter materialiores has qualitates consueuere uocare naturales philosophi, calidum uero, & frigidũ actiuas: quòd extrinseca his existentia, his, circa quæ agunt, propriam demonstrant uim. Meminisse autem oportet uniuersaliter dicta ut in cõpositorum generatione manifestius appareat: passiua quidem altera existens opposito, actiua uero reliqua. etenim in fictilium opificio, humidũ, & siccum congressa materiam fictilium operantur, frigidum uero hanc compingit, & calidum mutat maxime, & facit fictile. sic igitur in compositis. Sed in mutua generatione omnes similiter sunt actiuæ, & passiuæ. calidũ enim inquit, quod congregatiuum est substantiarũ eiusdem generis, putatur disgregatiuum esse, quia colligendo, & uniendo adinuicem quæ eiusdem generis sunt, necessario disgregat, separatq; aliena: eam enim, quam facit alienorum disgregationem, per similium substantiarũ cõgregationẽ operatur: nã abinuicem diuersorum generum substantias segregans, unionem per se alterius operatur: iccirco segregatiuum quidem alienorum, cõgregatiuum uero similium ipsum calidum definiuit. Est quoq; fortasse dicere calidum quidem secundum propriã rationẽ segregatiuum esse, segregationem accipientibus nobis non separationem: hoc enim in his, quæ diuersorum generũ, & mixtis facit, nõ autem in immixtis: sed uniuersaliter in intelligentibus nobis segregationem, eam quæ est ueluti fusio, & rarefactio. secundum autem secundã rationẽ sequitur ad hanc alienorum separatio, & similium unio: dum enim fusio fit, unumquodq; ad proprium accedit, & huic adglutinatur, ut se habet in fusione metallorum: quantũcunq; enim liquabile est, congregatum sibi ipsi adglutinatur, separatum à terrestri, & illiquefactili. Quod autẽ fusio, causa fit segregationis eorum, quæ diuersorum generum sunt, & nõ per se neq; primo ignis, hinc est manifestum. cum enim duæ aliquæ substantiæ sint eandem fusionem recipientes, tunc ignis non distinguit eas ab inuicem, sed econtra potius congregat, & unit ad inuicem, ita ut nec ulterius possint separari, ut se habet in cera & pice: hæc enim cum distincta abinuicem sint, & diuersa unit, & unita separare non põt, si tamẽ sit aliquid cũ cera terrestre, eo q; nõ utraq; substantiæ natæ sunt fundi, sed cera sola, unita cera secundum fusionẽ, segregatur à terrestri subsidente, propter grauitatem. cum autem duæ sint substantiæ ambæ liquefactiles, sed una magis, & altera minus, hæ conuersantes cum igne uniuntur, nõ ita tamen ut ab inuicem separari nõ possint: ut se habet in argento, & auro, & aliis huiusmodi: etenim uniuntur inter se hæc, & rursus segregantur, eo q; abinuicem in consistẽtiis differãt. Si autẽ quis dicat eiusdem generis ipsum dicere, ea quę similiter sunt liquefactilia, & fusilia, aut quę nõ possunt fundi, liquariq;, ut similitudo sit, nõ secundũ speciem tantum, sed secũdum genus: exempli causa, ut nõ aurum auro dicamus solum esse simile, sed etiã quæ ei simili modo liquari possunt, ut argentum, aut æs: nec sic erit etiã uniuersalis sermo. neq;.n. illiquabilia eiusdem generis existentia, adinuicem unit ignis: ea quoq; quæ nata sunt liquefieri, separat, ut aurum ab argento: illa ãt sunt sola quæ unit, ut nõ possint segregari, quæ eandẽ habent fusionem, ut nõ hoc quidẽ magis fusile sit, id uero minus ut plumbum & stagnum, aut cera, & pix, & quæ ualde mollia sunt. sic quidem calidum. frigidum uero omnium, inquit, & similium, & dissimilium concretiuum. in his.n. quæ à frigiditate congelantur, est uidere diuersorum generum substantias delatas, ut in glacie & festucæ, & animalia quædam sunt parua, intus congelata.

Tex. c. 9. *Humidum autem, quod interminatum proprio termino, facile terminabile est. siccum uero, quod facile quidem terminabile proprio termino, cum difficultate uero terminabile.*

Cum demonstrauisset per definitiones calidi, & frigidi, q; actiua merito dicuntur, cõsequẽter humidi, & sicci aggrediẽs definitiões, demõstrat q; hæc passiua sunt: nã facile terminabile, & male terminabile passionũ nomina sunt. Dubitare autem aliquis posset ad definitionẽ sicci, quõ dicit, ipsum esse bene terminabile proprio termino: ecce.n. cinis siccus existens defluit. Ad quod dicendũ, q; & si nõ circũscribatur cinis, & maneat, proprium terminũ seruãs: põt tamẽ aceruari, quod humido nõ inest. præterea habet etiã subsistentiã quandã propriã, & nõ uniuersus decidit, ut etiã arena. De flamma quoq; aliqui dubitant, quę sicca sit, & alieno termino figuretur in fornacibus. Dicendũ autẽ primũ quidem, q; nunquã flãma exacte figuram à continentibus recipit, cũ sursum feratur, & non omnino configuretur ambienti: citius enim hoc pacto extincta fuerit non intercepta uacuis utrinq;, uacuis dicõ ipsius ignis. præterea quoq; & si concessum fuerit terminari ambientibus, propria tamen continetur figura: non enim decidit, nec funditur, sed continua manens sursum procedit: humidum autem ambientibus exacte configuratur. si igitur in fictili cõgelata fuerit aqua, deinde fregeris fictile, uidebis configuratam illi. — Com. 9.

Tenue uero & crassum, & lentum & aridum, & durum & molle, & aliæ differentiæ ex his. quoniam enim repletiuũ est humidi, quia non quidem terminatum est, sed est facile terminabile, & consequitur ei, quod tangit: tenue uero repletiuum (paruarum enim partium) & quod paruarum partium, repletiuum (totum enim totum tangit) tenue uero maxime huiusmodi est, manifestum quod tenue quidem erit humidi, crassum uero sicci: rursus uero lentum quidem humidi. Lentum enim humidum passum aliquid est, ut oleum. Aridum uero sicci: aridum enim quod perfecte siccum: quare & congelatum esse propter defectum humiditatis. Amplius molle quidem humidi, durum uero sicci: molle enim quod in seipsum cedit & non transfertur, quod facit humidum. quapropter etiam non est humidum molle, sed molle humidi, durum uero sicci: durum est enim quod congelatum est, congelatum uero siccum. — Tex. c. 10, Tex. c. 11, Tex. c. 12, Tex. c. 13.

Cum demonstrauisset duarũ oppositionũ, hanc quidẽ actiuam esse, illã uero passiuã, reliquas oẽs ad has reducere uult, ut sint oppositio calidi, & frigidi, & humidi, & sicci. duæ hæ maxime primæ, ut cum hoc monstrauerit, hinc ostendat quatuor elementa genita esse. uerbum autẽ illud { Et aliæ differentiæ } addidit, aut propter asperitatẽ, & leuitatẽ, quas ante hoc cũ enunciauisset, nunc dereliquit, aut potius propter eas, quas adiunget. Diuidit enim consequenter siccũ, & humidũ, & ostendit horum unũquodq; dici multipliciter. Quo pacto quoq; sub humidum, ipsum tenue referatur ostẽdit: tenue enim inquit repletiuũ. nã cũ sit partium paruarum, loca uacua replet. si enim in modium nucum siliginem inicias, ingrediens in intermedias nucũ, uacuas solidi corporis regiones, has replet. idẽ & ipsum humidum facit ut aqua: nã facile terminabile existens alieno termino, sequitur inquit tangẽs, & ambiens, & undecũq; ipsum tangit: huiũi autẽ & ipsum tenue est. merito igitur ipsum tenue humidi est. ergo & cõtrariũ crassum, sub cõtrario sicco erit: contraria.n. cõtrariis insunt. nã queadmodũ siccũ cõtrauenens est, & nõ sequitur cõtinẽtia, neq; oĩno tangit, nam est male terminabile alieno termino, sic & crassum magnas habens partes, nõ in oẽm locũ ingredi poterit. Quod etiam ipsum lentũ sit sub humido breuiter ostendit, cũ dixit, q; lentũ est humidũ aliquid passum: quæ.n. nõ facile diuisibilia sunt humidorũ, neq; facile à tangẽtibus liberari possunt, & lubrica, & lenta dicuntur: ut uiscũ, oleũ, pix liquida. Aridũ uero sub siccũ. quod.n. per defectũ humiditatis — Com. 10.

tis congelatum est,& ob hoc facile frangibile aridũ uocatur. Rursus autem molle quidem sub humidum reducit. durum uero sub siccum: molle enim est, quod cedit in seipsum tangentibus, quod & humidum facit: nã & hoc cedit. Sed quæ est differentia? ꝙ rursus molle est humidum patiens quid, eo ꝙ nõ transferatur, quod aquæ nõ inest, transfertur enim, quemadmodum & lentum humidum, erat aliquid passum, huiusmodi igitur est & ipsum molle. quare si quid est molle, illud est humidum quodã modo: facile enim est alieno termino terminabile: non tamen quicquid est humidum, molle est: in plus ergo est humidum q̃ molle: ideo & sub hoc molle referimus: differentiæ enim humidi sunt transferri, & non transferri: proprium autem & completiuum esse, & proprio termino male terminabile: alieno uero facile. Rursus & durũ sub siccum reducit: durum enim est, quod congelatũ est. nam eo ꝙ conglobatum est in partibus suis, & congelatum durum factum est: congelatum autem siccũ est. nã male terminabile alieno termino factum est, eo ꝙ sit congelatum, quare siccum est factum.

Tex.c.14. *Dicitur autem Siccum, & Humidum multifariam, opponitur enim sicco & Humidum, & Vdum: & rursus humido Siccum, & Congelatum. omnia enim sunt hæc humidi, sicciq; eorum, quæ primo dicta sunt. quoniam enim opponitur udo quidem siccum, & udum quidem est quod habet alienam humiditatem in superficie, irrigatum autem in profundo, siccum autem hac priuatum, manifestum quod udum quidem erit hu-*

Tex.c.15. *midi, oppositum uero siccum, primi sicci. Rursus quoque humidum, & congelatum eodem modo. humidum enim est propriam humiditatem habens in profundo, congelatum uero priuatum hac: quare & horum erit, hoc quidem humidi, illud uero sicci. Manifestum igitur quod & omnes aliæ differentiæ reducuntur in primas quatuor, hæ uero non amplius in minores. neque enim calidum quod humidum, aut quod siccum, neque humidum quod calidum, aut quod frigidum, neque frigidum & siccum, neque sub inuicem, neque sub calidum, & humidum sunt: quare necesse quatuor esse has.*

Com. 15. Cum demonstrauisset Aristo. omnes tangibiles oppositiones, sub duas primas reduci. s. eam quæ calidi, & frigidi, & eam quæ sicci & humidi, uult & alias quasdam præter eas, quas iam enumerauit, ostendere sub siccum & humidum reduci. sub primum quidem humidum, udũ & proprie humidum, sub siccum uero congelatum, & alterum quid quod proprie siccum est. æquiuoce genere dictum. Vt autem hoc significet, inquit siccum, & humidum esse de numero eorum, quæ multipliciter dicuntur. Ostendens autem ꝙ hæc sint de his, quæ multipliciter dicuntur, utitur loco ab oppositis. cum enim eidem plura fuerint opposita, ipsum quoq; eorum est, quæ multipliciter dicuntur. ut graui opponitur quidem in uoce acutum, uox enim acuta graui opponitur, in propensione autem leue: graue enim, & leue rursus in molibus sunt inter se opposita. q̃m igitur graui & leue, & acutum opponitur, eorum quæ multipliciter dicuntur, est ipsum graue. acutum quoq; eorum est quæ multipliciter dicuntur: opponitur enim ei & obtusum, & graue, & dulce. in uoce quidẽ graue, in sapore autem dulce, & in figuris, aut simpliciter mole obtusum. acutum enim dicimus angulũ & obtusum, acutũ etiã & obtusum gladium. sic igitur ostẽdit siccum, & humidum esse de his, quæ dicuntur multipliciter. nam utriq; horum sunt plura opposita. sicco. n. quandoq; opponitur humidum, quandoq; udum: & humido quandoq; siccum, quandoq; congelatum. Est igitur primo Humidum, & ueluti generalissimum, cuius definitionem iam tradidit. s. male terminabile proprio termino, alieno uero facile terminabile. huic uero oppositũ, siccum, primum dico & generalissimum, proprio termino facile terminabile, alieno uero difficile terminabile, ut prius definiuit. sub primum uero humidũ reducitur udũ, & proprie humidum. Vdum igitur est quod habet alienã humiditatem in superficie, ut si aquã lapidi infundas, aut nostro corpori, aut tunicæ mediocriter. nam quod in profundo habet alienã humiditatem irrigatum uocatur: humidum uero quod habet propriã humiditatem in profundo. Differt igitur à primo humido udum, q̃m primo humidum, ipsum, eo ꝙ sit huiusmodi, totum est per totũ humidum: udum uero quia passum est aliquid huiusmodi. à proprie uero humido simpliciter humidum differt, q̃m primo humidum totum per totum huiusmodi est, ut dixi: hoc uero in profundo occultam habet propriã humiditatẽ. Ab irrigato uero proprie humidum differt, q̃m hoc quidem propriã, illud uero alienã habet humiditatẽ in profundo. irrigatum quidem ut lutum, humidum uero ut liquefactilia cera, & plumbum, & hmõi alia. Rursus ad primo siccum reducitur & proprie siccum, cui opponitur udum, æquiuoce genere dictum, quod proprium nomen assecutum non est, & congelatum quod opponitur proprie humido, quod & ipsum genere æquiuoce dictũ est, quia proprium nomẽ nõ est sortitum. q̃m igitur udũ est, quod alienã habet humiditatẽ in superficie, oppositũ huic siccũ erit. quod. s. est hmõi humiditate priuatũ, quale habebat ipsum udum. Idẽ & in proprie humido & in coagulato. nã hoc quidẽ in profundo habebat propriam humiditatẽ, alterũ uero est hac priuatũ, qualia sunt nõ liquabilia: ut testa, & metallorũ illiquabilia. liquabilia quoque priusquã liquata sint cõgelata sunt, quare cõgelatorũ alia q̃dẽ liquabilia sunt, alia uero nõ liquabilia, liquabilia uero humida sunt, postquã liquata fuerint, & humiditas q̃ in profundo est ad manifestũ uenerit. si uero absentia, & præsentia humiditatis hæc dicanẽ, merito hæc sub primo humidũ, alia uero sub primo siccũ referuntur. Addidit ãt irrigatũ inq̃t Alexã. ad manifestationẽ humidi, & udi, à differẽtia, q̃ est ad hoc, q̃m est tale utrũq; ipsorum, quale definiuit fidẽ faciens. nã ut dixi ab udo differt irrigatum, eo ꝙ habeat in profundo alienã humiditatẽ, cum illud eã habeat in superficie: à proprie uero humido, eo ꝙ alienã habeat, cũ illud propriã habeat in profundo. aliæ igitur oppositiones quo pacto sub duas reducũtur, per prius dicta demonstrauimus. Dubitat aũt Alexan. quo pacto lenitas quidẽ sub humidũ, asperitas uero ad siccum referatur. Quia asperum, inquit, uisum potius fuerit esse cõgelati, & sicci: proprijs. n. terminis partes huius cõtinent: lene aũt humidi, æquale. n. quoddam ipsum humidũ est, & lenẽ semper habens superficiem, partibus cõsidentibus in seinuicẽ. An melius est inquit dicere, ꝙ neq; actiuæ, neq; passiuæ hæ cõtrarietates sunt, & ꝙ neque omnino sint qualitates: nam in certa partium positione est ipsum lene & asperum, ut in prædicamentis dictum est: si autem non sunt qualitates, neq; passiuæ erũt, neq; actiuæ. Quod autem non ulterius generalium duarum contrarietatum, calidi. s. & frigidi, sicci & humidi nulla ad reliquam reducatur, docet. neq; enim siccũ sub calidum, q̃m omne siccum calidum esse debuisset: nunc autem terra sicca est, cum sit frigida. nec humidũ rursus sub calidum: aqua enim cum humida sit, frigida est. multo igitur magis, neq; frigidum sub calidum: nam quo pacto queunt quæ repugnantia sunt sub seinuicẽ esse? rursus neq; siccum sub frigidum, ignis enim cũ siccus sit, calidus est, neq; humidũ: aer enim humidus est, & calidus. nec multo magis contrarium calidum: & propter easdẽ causas. neq; si conuerterimus ordinem, nullũ reliquorũ, neq; sub humidum, neq; sub siccum referemus.

Quoniam autem quatuor sunt elementa, ipsorum autem quatuor sex coniugationes, contraria uero non nata sunt coniungi: (calidum enim & frigidum esse idem, & rursus siccum & humidum impossibile:) manifestum quod quatuor erunt elementorum coniugationes, calidi & sicci, & calidi & humi Tex.c.12.

di, & rurſus frigidi & ſicci, & frigidi & humidi, & ſecuta ſunt ſecundum rationem apparentia ſimpliciter corpora, ignem, & aerem, & aquam, & terram. Ignis enim calidus & ſiccus, Aer uero calidus & humidus: ut enim uapor aer, Aqua uero frigida & humida, Terra autem frigida & ſicca: ut rationabiliter diſtribuantur differentiæ primis corporibus, & multitudo ipſorum ſit ſecundum rationem.

Com. 8. Elementa quidē uocat contrarietates, dictę ſunt enim ſecundo poſt materiā elementa, & principia ipſæ contrarietates. dixit autē ex quatuor contrarietatibus ſex fieri coniugationes, quarū inconſtantes quidē ſunt, quæ contraria aſſumunt, quæ calidū & frigidū, & quæ ſiccū & humidū: ſimul enim eſſe contraria eſt impoſſibile. reliquę uero quatuor conſtantes ſunt. ad quas dicit nō ab re conſequi materiā apparentiū ſimpliciū corporū, (hæc enim ſub ſenſum cadunt) cū ſingulū ipſorū ſecundū propriā coniugationē obſignetur. Ignis quidē calido & ſicco, Aer calido & humido, Aqua frigido & humido, Terra uero ſicco & frigido. Notandū uero eſt, ꝙ hæc abſq; probationę poſuit. ſolū autē in aere, ut quādam habente dubitationē, probatione uſus eſt, ꝙ ipſe ſit calidus & humidus, non ꝙ humidus ſit aſtruens, ſed ꝙ calidus, Fuerunt autē quidā qui etiā opinati ſunt ipſum eſſe frigidū, & humidum, Quid igitur inquit ipſe, ꝙ ueluti exhalatio eſt aer, exhalatio uero calida eſt, & calidi generationem habet. Licet autē & per plura hoc aſtruere. primū quidē ex hoc, ꝙ ipſe eſt leuis, quod caliditatis eſt. Quod autem leue caliditatis eſt, illinc agnoſces: qm̄ enim ignis calidus exiſtens, & ſiccus leuis eſt, neceſſe eſt ei leue meſſe quatenus calidus, aut quatenus ſiccus: ſed ſi quidē quatenus ſiccus ignis leuis eſſet, oportuiſſet & terrā quatenus ſiccam, leuem eſſe: hoc autē non eſt: non ergo quatenus ſiccus habet leuitatem: relinquitur igitur quatenus calidus. ſi igitur leue ratione caliditatis fit, eſt autē leuis aer, erit igitur & ipſe calidus. Amplius uidemus propinquantia adinuicem elementa habere quandam conuenientiam adinuicem: quoniam neq; ſibiinuicem eſſent propinqua. ſi igitur & aer ab igne differt per humidum, procul dubio communicabit ei per calidum: & ſi communicat aquæ per humidum, niſi differat ab aqua per calidū, non erit differentia aquæ, & aeris. Amplius uidemus ꝙ mutatio ei ex aqua fit per calidum: euaporās enim aqua in aerem uertitur, ut & ipſe Ariſtoteles dicit.

Tex. c. 17. *Omnes enim & ſimplicia corpora elementa facientes, hi quidem unum, illi uero duo, illi uero tria, illi uero quatuor faciunt. Quicunq; igitur unum ſolum dicunt eſſe, deinde raritate & denſitate alia generant, his accidit duo facere principia, rarum & denſum, aut calidum & frigidum: hæc enim ſunt, quæ operantur, unum uero ſubiicitur quemadmodum materia.* Tex. c. 18. *Qui uero ſtatim duo faciunt, quemadmodum Parmenides ignem, et terram, intermedia mixturas faciunt horum, ut aerem, et aquam.* Tex. c. 19. *Similiter autem et tria dicentes, ſicut Plato in diuiſionibus. medium enim mixturam facit. et fere eadem dicunt, et qui duo, et qui tria faciunt, niſi quod hi quidem diuidunt in duo medium, illi uero unum ſolum faciunt. Quidam autem ſtatim quatuor dicunt, ut Empedocles. Coniungit autem et hic in duo: igni enim alia omnia contraponit.*

Com. 13. Cum docuiſſet quas oportet ponere cōtrarietates formatiuas corporū, & principia, nunc uult propriā de his opinionē munire per hæc, quibus oſtendit etiā antiquiores oēs, qui de elemētis ſunt opinati, dictas cōtrarietates inducētes, aut aliquas aut oēs, numerū autē quatuor minime excedētes. nā & ſi non eodē modo de ipſis dicunt, ſaltē ab ipſa ueritate coacti, uidentur has uenerari. nā & qui aliquod ipſorū quatuor unū elemētū faciunt oīum, raritate & denſitate alia ex ipſo generant: raritas autē & denſitas frigiditate, & caliditate perficiuntur. Parmenides quoq; ex ſe ſupponēs duo principia, ignē & terram, cōtrarietatē calidi, & frigidi induxit, aerē, & aquā duorū elemētorū mixturā dicēs eſſe: quēadmodū & Plato. nā & hic duo quędā ſupponēs principia, magnū, & paruū, tertiū aliū ſupponit, quā mixturā eſſe dicit magni, & parui cōtrarietatis: magnū quidē, & paruū dicēs eſſe ſuperuenientes formatiuas differentias materiæ, quas primū recipit, cū quanta, & dimenſa fit: mixturā autē uocauit materiā, nō ut quæ ex paruo, & magno mixtis fiat, ſed ut in qua hæc miſceantur, eo ꝙ utrūq; ſucceſsiue in ipſa fiat. Empedocles quoq; quatuor & ipſe elemēta ſuppoſuit, calidi autē, & frigidi contrarietatē induxit: ignē quidē calidū ſupponens, alia uero omnia opponi huic dicens, ut frigida. Qui itaq; unū, inquit, elementū ſupponit, raritate autē & denſitate huius alia generant, duo principia faciunt, rarum, & denſum, uel potius calidum, & frigidum, hæc uero ſunt, quæ operantur, & faciunt raritatem, & denſitatem. Et annotandū eſt, ꝙ rarū, & denſum ſub calidum, & frigidū ducit: ex quo forte prætermiſit in enumeratione tangibilium qualitatum enumerare, rarum, & denſum, ueluti quæ ad frigidum calidumq; reducantur. & Plato quoq; eodē modo cū Parmenide, tingit, tria ſupponens principia, duo quidem ſpectabat ſecundum cōtrarietatem magni & parui, tertium uero mediū horum, quod & mixtionem dicit eſſe amborum. Scire autem oportet ꝙ meminit de Platone in præſenti, nō ut inducente quædā principia præoſtenſorum quatuor. ſ. calidi, frigidi, ſicci, & humidi, ſed ut etiā ipſo contrarietatē quandā in principiis ſpeculāte: ut etiā Ariſto. Amplius & propter ſimilitudinem ſermonum ad ipſum Parmenidem: unam enim ambo principiorum contrarietatē ſupponebant: ut enim Parmenides tertium quid ex igne, & terra, ſupponebat, aerem & aquam. ſic & Plato materiā tertium principium dicens, mediam contrariorum eſſe dicebat ipſam, quoniam utriſq; ſubiicitur ſucceſsiue, & ob hoc quoq; mixturam amborum, ut utraq; recipientem. Quærendū eſt autem quales uocat diuiſiones, in quibus dicit ipſum inſtituere de his Platonem. Expoſitor quidē Alexander dicit diuiſiones, quæ feruntur Platonis, adulterinas eſſe: ſed id inquit Ariſto. differt de his, quæ dicuntur in Sophiſta dialogo, diuiſiones uocans, quæ in illo. Sciendum autem eſt primum, ꝙ Platonis quidem diuiſiones inſcriptæ non feruntur. in Sophiſta quoq; nihil uidetur huiuſmodi Plato dicere, quale hic dictum eſt, neq; eſt inuenire aliquam eius opinionem huiuſmodi ipſum exponentem, nec omnino eſt ei de huiuſmodi intētio diſputaiſſe in eo loco, præterquā ꝙ narrando diuerſas naturalium hominū opiniones, exponit. Recipiendum igitur eſt potius quod ultimo addit Alexander, dicens, de placitis Platonis non ſcriptis Ariſto. dicere, quæ & ipſe Ariſt. deſcripſit, & hæc uocare diuiſiones: in illis igitur Plato magnum & paruum, & horum medium ſupponit. Illud uero { Hi quidem diuidunt in duo medium, illi uero unum ſolum faciunt } poteſt, & de Platone, & Parmenide intelligi. nā quemadmodū Parmenides duo ſupponens principia, aliā quandā mixturā ex his faciebat, ſic & Plato tria dicens, duo quidem ſpeculabatur ſecundum contrarietatem, tertiū uero membrum horum ponebat. Differentia uero utrorum eſt in hoc, quoniam Parmenides in duo diuidebat ipſum medium, aerem & aquam: Plato uero indiuiſibile ipſum ſeruabat. o teſt & aliter intelligi dictū, non ut amplius de Platone ipſo fiat ſermo, ſed ipſo quidem ab hoc ſermone recedente, tale uero quid dicente, ꝙ Parmenides duo principia ſupponens, medium quoddā horum ſummebat, quod in aerem, & aquam diuidebant. primi uero principia ſupponentes: quemadmodū illi qui ignem, & aquam, & terram, medium amborum & ipſi aquam dicentes eſſe, indiuiſibile ipſum ſeruabant: medium autem ignis, & terræ aerem, & aquam ſupponebant, forte ad propenſionem aduertentes. neq; enim eſt

dicere

dicere secundũ qualitates,siquidem terra, & ignis sicca sunt,hæc uero ambo humida. Empedocles autem inquit quatuor principia supponens quatuor elementa, tamen unam contrarietatem supponebat,ignem quidem calidũ esse dicens,alia uero tria frigida.

Tex.c.20 *Non est autem ignis, & aer, & unumquodq; dictorum simplex,sed mistum. simplicia uero huiusmodi quidem sunt, non tamen eadem:ut quod igni simile igneum non ignis, & quod*

Tex.c.21. *aeri aereum. similiter quoque & in alijs. Ignis autem est excessus caliditatis,sicut et glacies frigiditatis. congelatio enim, & exarsio excessus quidam sunt: illa quidem frigiditatis, hæc uero caliditatis. si igitur glacies est congelatio humidi & frigidi, & ignis erit exarsio calidi & sicci. quapropter & nihil nec ex glacie, nec ex igne fit.*

Com.14. Videbitur quidem dicere primo aspectu consideranti bus,quòd quatuor elementa simplicia nõ sunt, neq; syncera,sed mixta,& à se inuicẽ semper adulterata, ut multi opinati sunt. Est autẽ hoc ipsum per se consideratione dignũ,& quærendũ erit consequenter quõ se habet hoc, cũ prius dixerimus sensum uerborũ urrũ. Dicit aũt q nõ queadmodũ alia principia primo & secundo dicta, sic & aer & alia simplicia sunt,sed sunt hæc mixta, & composita ex materia & forma. simplices uero inquit sunt, quæ secundũ contrarietates formæ. forma enim ignis, q̃ secundũ coniugationẽ qualitatũ calidi. s. & frigidi,consideratur, hæc est simplex, sicut & materia simplex, ignis uero cõpositũ iã ex utroq;. uerborũ quidẽ sensus & intelligentia eiusmodi est. Quærendũ est autẽ per se elemento eũ problema,sit ne nullũ elementorũ syncerũ, ut dicunt quidã,sed omnia inter se mixta sint,& ex se inuicẽ adulteren ur: aut nihil prohibet & ipsa per se subsistere,ut nõ mixta ex cõplexione adinuicẽ considerentur. Ad quod dicendũ quod si quidẽ ignẽ uisibili, ut Timæus, obsignemus,& terrã tangibili, erunt sic omnia in omnibus,& nihil erit per se. tangibilia enim omnia sunt elementa, & uisibilia ferè omnia. si autẽ secũdũ Aristotelẽ obsignemus unũquod q;, facile quidẽ terminabili humidũ, siccũ uero difficile terminabili, calidũ autẽ disgregatiuo, & frigidũ congregatiuo, nullũ erit prohibens ipsa esse syncera, & non mixta adinuicẽ. si autẽ nihil est impediens, sed possibile est, in actũ quoq; id uriq; eueneriт. contrarietates autẽ simpliciũ corporũ formatiuæ similes sunt, inquit, elementis, non tamen eædẽ. quia ignis assimilatur quidẽ cõiugationi, qua informatur: non tamen est idẽ cũ coniugatione & ipse ignis, sed similitudo est secundũ qualitatẽ: & coniugatio ignis quidẽ non est, sed igni simile, & species ignis. & in singulo quoq; aliorũ eadẽ ratio. Ignẽ autẽ excessum caliditatis dicens, ignẽ inquit ministratoriũ, quẽ dicit excessum habere ebullitionis, queadmodũ glaciẽ excessum frigiditatis. quod persuadet, quia nihil usũ generatur, neq; ex glacie, neq; ex igne usuali, qm̃ ignis elementaris, & aqua, quæ uiuificatiua sunt, & ad cõstitutionẽ simpliciũ corporũ assumuntur, exeuntia in incõmẽsuratione, aqua quidẽ glaciẽ facit, ignis uero elementaris ministratoriũ hunc ignẽ, & usualem dictum.

Tex.c.22 *Cum autem quatuor sint simplicia corpora, utrũq; duorũ utriusq; locorum erit: ignis enim & aer ad terminũ eius quod fertur; terra uero & aqua eius, quod ad medium. & extrema quidem & syncerissima ignis, & terra: media uero, & mixta magis aqua, & aer & utraq; utrisq; contraria: igni enim contraria aqua, aeri uero terra: hæc enim ex contrarijs passioni-*

Tex.c.23 *bus consistunt. Attamen cum sint quatuor, unius singulum erit: terra enim sicci magis, quam frigidi: aqua uero frigidi magis, quam humidi: aer autem humidi magis, quàm calidi: ignis uero calidi magis, quam sicci.*

Com.15. De proprietate elementorum, quæ est ad loca, disputat, quæ est inclinatio ipsa, secundum quam leuia, grauiaq; dicuntur. duobus igitur existentibus locis, hoc qui dem sursum, quem ad terminum esse dicit, terminum uocatus extremum continentis, & circum, altero uero ad deorsum, & ad medium, ignis quidem, & aer sunt superiores loci, aqua uero, & terra loci deorsum: utraq; enim duorum hoc est dualitatum, duorum utræq; utriusq; locorum sunt, hæc quidem eius quod sursum, illa uero eius quod est deorsum: utraq; enim dixit neutro genere, uelut utraq; duorum. Summa autem, & syncerissima, uocat secundum inclinationem ignem, & aerem: ignis enim ex tremam ad sursum inclinationem habet, terra uero ad deorsum, aqua uero, & aer medio modo quodammodo se habent secundũ potentiã, aqua quidẽ minus deorsum lata ipsa terra, igne uero aer diminutus inclinatione ad sursum: utrisq; autẽ inquit eorũ, quæ sunt in altera dualitatũ, contrariũ est alteri eorũ, quæ sunt in altera, ignis quidẽ aquæ, terræ uero aer. Ostendẽs autẽ quõ inquit substantiæ substantiã contrariam esse, infert dicẽs: hæc. n. ex contrarijs passionibus sunt. nõ. n. cõpositæ substantia cõpositæ est cõtraria, si ut tota consideretur: neq; enim secundũ substantiã est contrarietas in compositis substantia, sed solum secundum formatiuas differentias, quas & contrarietates nominamus. quapropter quando dicimus substantiam substantiæ contrariam, eam dicimus substãtiam, quæ est secundum formam: sic quoq; & ignẽ aquæ contrarium dicimus esse, eo q ex contrarijs differentijs formatus sit. In prædicamentis autem merito dixit substantiæ non esse substantiam contrariam, ueluti de substãtijs compositis sermonem faciens, nec ponens ibi nec materiam, nec formam substantiam dici. Quatuor autẽ existentibus, quę corpus ipsum formant, calido, frigido, humido, & sicco, unõquodq; inquit simplicium corporũ, simpliciter proprie uno obsignatur: completur enim unũ quodq; ex coniugatione qualitatum, ut dictum est: sed tamen magis proprie inquit unumquodq; obsignatur ex una qualitate. Quod igitur ex cõiugatione qualitatum qua litatum singulum contineatur, illinc est manifestum. nã quatenus mutandi in se mutuo uim habent, eatenus contrarijs ipsa qualitatibus participare oportet: quatenus uero uicina sibi mutuo esse necesse est, & communicare ipsa in aliquo. ut ignis aeri uicinus est, & quatenus uicinus est, communicabit ei in aliqua qualitate, ut caliditate: quatenus uero utrũq; in alterum mutatur, necesse est ipsa in altera qualitate differre, scilicet siccitate: quatenus uero utrũq; per se consideratur una & maxime proprie obsignatur: ignis quidem caliditate, aer uero humiditate. aqua autem frigiditate, terra uero siccitate. Et dubitant aliqui cur nam aeri humiditatem distribuit, & nõ aquę, cum humectandi maiorem uim habeat aqua, ut est ex utrisq; operatione uidere: uidemus siquidem aquam nos longe plus aere humectare. Ad quos dicẽdum est, q inartificiosum est, cum non prius distinxerint quid sit humidum, ex humectatiuo fecisse demonstrationẽ. uideamus ergo quid nam est humidum secundum Aristo. difficile terminabile inquit proprio termino. hoc autem cui tiam inest magis, an manifestũ est magis aeri inesse quã aquæ: aer enim magis aqua funditur, & fluit, difficilius que terminabile existit: aqua enim quandoq;, etiam si fer uauerit terminum aliquem desuper dimissa, ut congrega ta quodammodo deorsum fertur: aer uero diffluit, & diffunditur facile. si ergo humidum est quod est difficile ter minabile, aer utiq; magis humidus fuerit. Quærendum autem deinceps quo pacto magis aqua ipsa humectare uidetur corpus. uidemus autem quod & aer ipse crassior redditus, & ad aquam accedens, humectantior efficitur. hoc autem accidit, quia aqua crassiorum partiũ existens, ex plendi nostros meatus uim habet, aere ob tenuitatẽ facile effluente. hoc autẽ rationabiliter accidit, quoniam aqua cognate se habet ad ipsam terram, & facile cum ipsa coniungitur, conferẽte ad hoc aeris inclinatione, uti coniunctẽ ad hanc se habẽte. propter hoc quoq;

terrestria existentia nostra corpora,& hac magis participantia,magis ab aqua humectantur,cum & nata sit illi intermisceri,& non effluere,ut aer.

Tex.c.14 *Quoniam autē determinatum est prius, quòd simplicibus corporibus mutua est generatio, simul autem & secundum sensum uidentur genita:non enim esset alteratio: (nam secundum tangibilium qualitates alteratio est:)dicendum quis modus mutuæ mutationis,& utrum omne ex omni fieri possibile:aut hæc quidem possibile,illa uero impossibile. Quòd igitur omnia natæ sunt adinuicem mutari,manifestum est. generatio enim in contraria et ex contrarijs:elementa uero omnia contrarietatem habent ad seinuicem,quia differentiæ sunt contrariæ.his enim utræque contrariæ,ut igni & aquæ: ille quidem enim siccus & calidus,hæc uero humida & frigida. illis autem altera sola,ut aeri & aquæ:ille enim humidus & calidus,hæc uerò frigida & humida. quare uniuersaliter quidem manifestum,quòd omne ex omni fieri natum est.*

Com.16. Cum demonstrauisset q quatuor sunt elementa, & quonam unumquodq; eorum formatum sit, nunc proponit ostendere q ex seinuicem generationem habent,& an omnia,an uero non omnia,& quis sit modus mutuæ generationis.quæ autem sic mutua generatio determinatum inquit est prius.dictum est autem in tertio Cœli.dicit etiam hoc idem hic,partim quidem sensum attestās, partim uero rationali processu astruens.Hoc autem cum demonstrauisset,uertitur ad modum mutationis ex seinuicem,docens & quō in seinuicem mutantur,& quæ facilius mutantur,& quæ difficilius.nisi igitur inquit ex se inuicem simplicibus esset corporibus generatio, nō esset utiq; alteratio:quoniam fieri hic inest secundum tangibilium qualitatum mutationem,uelut secundum has formatis.si autem hæ tangibiles passiones immutabiles,inquit,sunt qui auferunt generationem ex seinuicē elementorum,auferunt & alterationem.siquidem secundū qualitates tangibiles consideratur alteratio.Alterationē aūt oportet intelligere,non ut Alexan.generationē, nā neq; respondens sensus uerborum inuenietur, dicentiū q nisi ex adinuicem ipsis sit generatio,non erit generatio. alteratio igitur intelligenda est uniuersalis secundum qualitatem mutatio,siue substantialis,siue accidens sit qualitas. Sed forte quis dicet quō uniuersalem, alterationem inquit secundum tangibiles passiones fieri:nam nec albi in nigrum mutatio,nec dulcis in amarum secundum tangibiles passiones fit. Ad quod dicimus q aliæ omnes alterationes,& si non secundum tangibiles passiones spectentur,saltem ad tangibilium qualitatum mutationem sequuntur:nam ad temperaturas calidi,frigidi, sicci, & humidi & colores,& sapores,& omnes sensibiles qualitates sequuntur.Id uero{ Simul autem.& secundum sensum uidentur genita,} per medium interpositum est. continuatio enim talis est,q simplicibus corporibus ex seinuicem est generatio:non enim esset alteratio.per medium autem uerba illa{ Secundum sensum } uidentur posita.cadunt autem sub sensum,quoniam quod interim frigidum est,mox calidum efficitur,& econuerso. & siccum humidum,& econtrario.Non solum autem inquit dicendum est q ex seinuicem generantur,& quis est modus mutuæ generationis docendum,sed & q unumquodq; quatuor ex uno quoq; generatur,& non est aliquod ipsorum immutabile,ut Plato terram supponebat. Hæc cum dixisset,ostendit q omnia in seinuicem mutantur. est autē talis ostensio.contraria ex seinuicem fiunt,nam in inuicem mutantur:non enim quodcunq; in quodcunq;,ut demōstratum est,contrario autem modo elementa se habent: elementa igitur omnia ex se mutuo generantur, & in se mutuo mutantur.Quod autem elementa contraria sint, demonstrabit,exponendo differentias ipsorum esse contrarias,quibus & formantur,& ad se mutuo mutantur.

Iam autem secundum unumquodque non difficile est uidere,quo pacto omnia quidem ex omnibus erunt. Different autem per citius & tardius,& facilius & difficilius. quæcunque enim habent cognationes adinuicem,celer horum est mutatio. quæcunque uero non habent,tarda:quia facilius est unū quàm multa mutare,ut ex igne quidem erit aer celerius mutato hoc:ille enim erat calidus & siccus,hoc uero calidus & humidus. quare si superatum fuerit siccum ab humido aer erit. rursus quoque ex aere aqua,si superatum fuerit calidum à frigido:ille enim erat humidus & calidus, hæc uero frigida & humida. quare mutato calido aqua erit. eodem quoque modo & ex aqua terra,& ex terra ignis:habent enim ambo ad ambo cognationes:aqua enim humida & frigida,terra uero frigida & sicca: quare superato humido terra erit. & rursus quoniam ignis quidem siccus,& calidus, terra uero frigida, & sicca:si corruptum fuerit frigidum,erit ignis ex terra.quare manifestum quod & circulo erit in simplicibus corporibus generatio:& facillimus hic modus mutationis, eo quia cognationes insunt his,quæ deinceps. Tex.c.15

Ex igne quoque aquam, & ex aere terram:& rursus ex aqua,& terra aerem, & ignem contingit quidem fieri:difficilius autem eo, quod plurium sit mutatio.necesse enim si erit ex aqua ignis corruptum esse & frigidum,& humidum:et rursus si ex terra aer, corruptum esse et frigidum,et siccum:similiter autem et si ex igne et aere,aqua,et terra,necesse est utraque mutari. hæc igitur diuturnior generatio. Tex.c.16

Si uero utriusque alterum corruptum fuerit, facilius quidem,non adinuicem autem horum erit transitus,sed ex igne quidem,et aqua erit terra,et aer: ex aere uero,et terra ignis,et aqua.cum enim aquæ quidem corruptum fuerit frigidum,ignis uero siccum, aer erit: relinquitur enim huius quidem calidum, illius uero similiter humidum. cum autem ignis quidem calidum,aquæ uero humidum,terra:quia relinquitur illius quidem siccum,huius autem frigidum.similiter autem et ex aere,et terra ignis,et aqua.cum enim aeris quidem corruptum fuerit calidum, terræ uero siccum, aqua erit:relinquitur enim illius quidem humidum,huius uero frigidum.cum autem aeris quidem humidum, terræ uero frigidum ignis:quia relinquitur illius quidem calidum, huius autem siccum,quæ quidem erant ignis. Tex.c.17

Cum dixisset q ex se mutuo generantur,non hæc quidem,illa uero non,sed singulum ex singulo, nunc transit ad secundum problema,modum quærens mutuæ mutationis.dicit autem q quædam habent communem qualitatem ad inuicem,quam symbolum & cognationē uocat.ut ignis ad aerem communicationem habet in caliditate,& aer ad aquam in humiditate:& ut simpliciter dicamus,omnia quæ se consequuntur.alia uero nullam habent communicationem adinuicem in utrisq; coniugationibus contraria existentia,ut se habent ignis ad aquā, & aer ad terram.quæ igitur,inquit,habent communicationem mutuam facilius mutantur:quæ autē sunt in ambabus contraria,tardius ex se mutuo mutantur:nam difficilius ambæ qualitates quàm una mutantur. uniuersaliter igitur omnino ad seinuicem mutantur, sed quæ quidem cognationem aliquam in una contrarietatum habēt facilius,quę uero contraria omnino tardius.Cum autem dixisset de mutatione cognationem habentium adinuicem,quæ & proxima sunt,quam & facillimam dixit,& de ea quoq;,quę omnino contrariorum,quæ fit mutatis secundum ambas,quam difficiliorem dicit esse, nunc exponit tertiam differentiam mutationis, qua ex duobus quibusdam contrarijs unum quoddam tertium perficitur,utroq; secundū alterā qualitatē mutato.ut ex igne,et Com.17.

aqua,

aqua, contrarijs existentibus fit, quandoq; quidem aer, quandoq; uero terra: cum ignis quidem mutetur secundum siccum, aqua uero secundum frigidum, manet ignis quidem calidum, aquę uero humidum, quę aeris specificatiua sunt: quando uero ignis calidum, aquæ uero humidũ corruptum fuerit, manet frigidum, siccumq; terræ existentia perfectiua. idem quoq; in aere & terra contingit: nam quandoq; quidem aqua erit, quandoq; uero ignis. quando enim aeris quidem calidum, terrę uero siccum corruptum fuerit, manet terrę quidem frigidum, aquę uero humidum, quæ aquam formant: si autem aeris quidem humidum, terrę uero frigidum corruptum fuerit, manet quidem aeris calidum, & terræ siccum, quę ignem formant. Hęc igitur ex duobus mutatis elementis, unum aliquod perfici, quod est aliud pręter hęc, in contrarijs accidit elementis, in consequentibus uero minime. neq; enim igne, & aere adinuicem mutatis possibile est aliquid tertium perfectum iri, neq; ex aere & aqua, neq; ex aqua & terra. Et gratia manifestationis examinetur, ut in igne, & aere. dico igitur hęc non posse mutata in altera qualitate unũ quid perficere pręter hęc. necesse enim est, aut ignis quidem calidum, aeris uero humidum corrumpi, & relinquetur, ignis quidem siccum, aeris uero calidum, quod ignem formac, & non erit aliud quid pręter hęc: aut ecõtra, ignis quidem siccum, aeris uero calidum, & erit qđ derelinquitur calidum, & humidum, quod est idem cum aere: aut ignis quidem siccum, aeris uero humidum, & relinquuntur duo calida nihil formantia: aut & ignis & aeris calidum corrumpetur, & erunt reliqua siccum, & humidum contraria existentia, quę non coniunguntur: & in alijs quoq; consequentibus eadem ratio. ex quo manifestum est quod nullo modo potest ex consequentibus mutatis tertium aliquod perfectum iri. uerborum igitur uniuersus intellectus, hic est. Sed contingit diuersis rationibus eiicere quod dictum est. nam Alexander, Simplicius, quemadmodum & uidetur Aristo. dicere sic exposuit, dicens contraria elementa posse unum quid secundũ numerum perfecisse, utroq; ipsorum in altera qualitatum mutato, alteram uero seruante. nam terra, & aer, quandoque quidem ignem, quandoq; uero aerem perficiunt. si enim corrumpatur aeris humidum, & maneat calidum, terrę uero frigidum, relicto sicco, ignis perficietur. aqua quoq; rursus erit sicco, & calido corrupto, derelicto humido frigidoq;: & propter hoc inquit Alexander, hanc mutationem facilius dixit fieri, quam ea quę ex contrario contrarium unum ex uno facit. quoniam, inquit, cum fit ignis ex aqua, duę qualitates corrumpuntur, calidum & siccum, & duę alię generantur, humidum, & frigidũ: in proposita uero mutatione, secundum quam ex duobus unum perficitur tertium, duę quidem corrumpuntur, sed alię non generantur. sic quidem Alexander. Sed possibile est dicere, ꝙ Aristo. quidem dixit unum perfici ex duobus non numero unum, sed specie. neq; enim possibile est hac aliqua qualitate corrupta, non contrariam factã iri: ut dicunt ex igne, & aqua mutatis aer perficitur, nõ unus numero, sed alius quidem ex igne, alius uero ex aqua. nã si corrumpatur ignis quidem siccitas, adgeneratur humiditas omnino, & perficitur aer: & aqua similiter frigiditatem abiiciens caliditatem possidet, & aer perficitur. Et forte posset quis dicere. si duas qualitates corrũpi, duas quoq; fieri dicimus, quo pacto erit hęc facilior mutatio ea, quę in cõtraria est mutatione: siquidem in utraq; mutatione duarum qualitatum generatio, duarum quoque corruptio spectatur. Ad quem non ab re dicemus, ꝙ cõtrario in contrarium mutato, circa idem consideratur tota mutatio: hoc est generatio duarum, & duarum aliarũ qualitatum corruptio: in proposita uero mutatione, secũdum quam ex duobus unum perficitur, circa duo consideratur duarum qualitatum mutatio, utroq; secundum unam qualitatem mutato, igne quidem secundum siccitatem mutato, aqua uero secundum frigiditatem. hęc uero facillima est mutatio, nihil differens à prima ab eo dicta, secundum quam unum in unum mutatur consequentium seinuicem, & habentium cognationem inter se, quã & facillimam omnium esse enunciauit.

Confessa autem et sensui est ignis generatio: maxime enim flamma ignis: hæc autem est fumus exardens: fumus uero ex aere & terra. Tex.c.28 *In consequentibus uero non contingit corrupto in utroq; altero, elementorum transitum factum esse in aliquod corporum. eo quod derelinquuntur in ambobus, aut hæc aut contraria: ex neutris autem contingit fieri corpus. ut si ignis quidem corrumpatur siccum, aeris uero humidum, relinquitur enim in utrisque calidum. si uero ex utroque calidum, relinquunt contraria, siccum, & humidum. similiter autem & in alijs. in omnibus enim huiusmodi inest hoc quidem idẽ, illud uero contrarium. quare simul manifestum est, quòd quæ ex uno in unum mutantur uno corrupto fiunt, quæ uero ex duobus in unum pluribus.* Tex.c.29 *Quod igitur omnia ex omni fiunt & quonam modo adinuicem transitus fiat, dictum est.* Tex.c.30

Cum dixisset ꝙ ex terra, & aere, unum quid perficitur, quandoq; quidem ignis, quandoq; uero aqua, inquit Com.18. ꝙ in igne est manifestam uidere huiusmodi generationẽ: flamma enim, cum sit ignis, nihil aliud est quàm fumus, qui comburitur, fumus autem mixtura est ex aere & terra. nam quę est ab humiditate exhalatio habens quid terrestre commixtum fumum constituit: mutatis autẽ terra quidem secundum frigidum, aere uero secundum humidum fit flamma, habens terrę quidem siccum, aeris uero calidum. Hoc quoq; dictum { In consequẽtibus uero nõ contingit } similiter & ut prius potest duobus modis exponi, secundum Alexan. quidem dicentibus ꝙ consequẽria adinuicem non possunt aliud quid generare. si enim supposuerimus ex utroque unam qualitatem corrumpi, derelictę aut contrarię inuenientur aut ęędem: nõ potest autem neque ex contrarijs, neque ex eadem & una qualitate tertium quid conflati, ut prius manifestissime ostendimus. secundum Alexan. quidem sic. Secundum uero eos, qui dicunt non posse corrupta qualitate non superuenire contrariam, non erit uerum dicere nõ posse, ex cõsequenter mutatis tertium quid perfectum iri: ex igne. n. & aere mutatis secundum qualitatem unam utroque, erunt. sed si quidem utrũque mutetur secundum caliditatem, erit terra & aqua, ex igne quidem terra, ex aere uero aqua, & in alijs similiter. Quomodo igitur est possibile secundum hanc expositionem ueram seruare Aristotelicam conceptionem, pręterquam dicentem, ꝙ ratione sola considerans ex utroque unam qualitatem derelictam dixit has non posse coniunctas tertium quid conflasse, rerum natura nõ sic se habente. neque enim possibile est ignis corrupta caliditate, non superuenisse frigiditatem, neque in aliorum nullo. quare solum secundum intelligẽtiam oportet solum accipere dictum seruari. ꝙ si auferẽtes ab igne quidem, & aere caliditatem sumamus derelictas, ignis quidem siccitatem, aeris uero humiditatẽ, nullius erunt hę constitutiuæ, utpote quę contrarię sint, & nulli inesse possint. uerum neque si ignis quidem siccitatem, aeris uero humiditatem abstulerimus, possibile est ex ignis, & aeris calido tertium quid elementum constituisse: nam secundum coniugationem utrũque horum cõstituitur. manifestius autem ipse docuit, quare ex consequentibus utriusque una derelicta qualitate, non generatur aliquid: hoc enim inquit alteram qualitatem communem habent, alteram uero contrariam. sed neque contrarijs derelictis nec eadem qualitate possibile est generatũ iri aliquod alterum. Concludens autem sermonem, resumit quę dicta sunt, ꝙ quando quidem unum ex uno generatum est, una corrupta qualitate perficitur aliquid, ut in habentibus adinuicem cognationes: quando uero ex duobus unum factum fuerit, duæ corrumpuntur qualita

tes.similiter autem & quando contrarium ex contrario fiat,nam & tunc duæ qualitates corrumpuntur, ut dictum est.

Tex.c.32. *Attamen adhuc & sic considerabimus de his.*

Cum demonstrauisset ꝙ quatuor elementa, & omnia
Com.19. inter se mutantur,& etiam docuisset modum mutationis ipsorum in se mutuo,nunc proponit, ueluti principium quoddam faciens,aliam tangere considerationem,de elementis sermoni accommodatam.sed quæ nam hęc sit,dicendum est.Postquam incipiens librum exposuit quasdam uetustiorum opiniones de principijs factas,& argumentatus est non ad omnes,sed eam solam,quæ Anaximandri,breuibus redarguit,& paucis, & cum aduersus Timæum disputauerit,tanquam de materia non manifeste determinantem,nunc post elementorum,quæ ipse posuit,demonstrationem,exponit omnes de elementis opiniones,quascunq; antiquiores opinati sunt, & quascũq; possibile est diuisionem insequentem,supponere:& omnes alias cõfutans,dereliquit eam,quæ ab ipso dicta est, ut ueram.Est quoq; & hoc modo determinare intentionem eorum,quæ nunc proponuntur.cũ dixisset tria principia esse materiam contrarietatem,elementa, cũq; postea docuisset de contrarietatibus calidi,frigidi, humidi, sicci,& præterea de elemẽtis,nunc uult de materia subiecta elementorum docere,siue unum horum omnibus supponatur,siue aliud quid præter hæc.ut igitur quæ particulariter traduntur facile consequantur, assumenda est diuisio,in qua omnia dicenda comprehendantur.Necesse est enim principia corporea entium supponentem,aut unum ipsum,aut plura dicere.& si unum, aut alterum à quatuor existens,ut dicebat Anaximander,aut unum ipsorũ quatuor,ut Heraclitus,& Thales,& alij. & si unũ ipsorum quatuor,aut ut mutabile,aut ut immutabile. & si immutabile,aut ut materiæ ordinem habentem ad reliqua tria,& ex his composita,ut dicebant qui aerem, aut ignem principium entium supponebant:aut ut neq; materiæ rationem habentem ad alia,quod nullus supposuit.si autem mutabile dixerit quis & unum,ut materiam quidem non est possibile hoc ipsum supponere,secundũ autem alium modum possibile est fortasse principium hoc ipsum dicere:ueluti propinquiorem materiam,ac si nullũ ex prima materia possit fieri,nõ facto prius igne,si ignis sit principium,& propter hoc in aliorum naturam mutato:dico scilicet aeris,aquæ,& terræ,ut opus sit quod aer fit,prius ignem factum esse.similiter quoq; & aquã per ignem primo procedentem,fieri aquam,& in alijs similiter.hæc igitur si unum sit principium.Si autem plura,aut erunt pauciora quatuor, aut ipsa quatuor omnia:plura enim nullus supposuit. si igitur aliqua ipsorum quatuor principia ponamus,necesse rursus hæc,aut immutabilia, aut mutabilia dicere.& si immutabilia, aut ut materiam supponi alijs,aut non:& omnia simpliciter quæcũq; de uno dicta sunt.eadẽ quoq; possibile est dicere & in pluribus,sed paucioribus quatuor.Si autẽ quatuor sint, aut immutabilia,ut Empedocles,dicemus,aut mutabilia: & si mutabilia,aut omnia ut ei uidetur,aut quædã sic,quædam uero non,ut Plato dicebat,terram immutabilẽ putans esse.uniuersa igitur diuisio eiusmodi est.Inuehitur autem primum contra secundum membrum diuisionis, dicens unum quatuor elementorum immutabile esse,principium materiale aliorum.deinde cum hoc confutauerit, dicet & quædam aduersus Anaximandri opinionẽ,quã & in præaccepits confutauit.confutat autẽ & nunc per alias quasdam rationes,& post hæc uertitur ad quartũ membrum,quod unum ipsorum quatuor mutabile supponit.tertium enim,nec sermone dignum putat,quod dicit unum aliquod quatuor esse principium immutabile existens,& in materiæ ordine non suppositum,ut stultũ. si enim immutabile est,& ut materia nõ supponitur,quo modo erit principium aliorum,nullam habens habitudinem ad ipsa?quibus autem prædicta membra rationibus confutantur eisdem,& quæ aliqua ipsorũ quatuor principia supponit,suppositio confutatur, nam & hæc eadẽ, aut immutabilia,aut mutabilia supponit: & aut materiæ rationem habentia adinuicem,aut non.quare & confutationes communes erunt,ut procedente ostendemus sermone.

Si enim est naturalium corporum materia,quemadmodum & uidetur quibusdam,aqua,& aer, & huiuscemodi, necesse aut unum,aut duo esse hæc,aut plura. Vnum itaque omnia nõ est possibile,ut aerem omnia,aut aquam,aut ignem, aut terram, siquidem mutatio in contraria:si enim erit aer,siquidem remanet,alteratio erit,sed non generatio.Simul autem nec sic uidetur,ut aqua sit simul,& aer, uel aliud quodcunque. est itaque quædam contrarietas,& differentia,cuius habebit alteram partem ignis,ut caliditatem. atqui non erit hoc ignis, aer calidus.alteratio enim tale est & non apparet. simul autem rursus, si erit ex igne aer calido in contrarium mutato erit:inerit igitur aeri hoc,& erit aer frigidum quid. quare impossibile est ignem aerem calidum esse: simul enim idem calidum,& frigidum erit. aliud quid igitur præter utraque idem erit,& alia quædam materia communis. eadem autem ratio & de omnibus,quod non est unum ipsorum,ex quo omnia.

Nunc confutat membrum,quod dicit,aliquod unum naturalium,& simplicium corporum materiam esse aliorum.cum dixisset ꝙ necesse est supponentem principium aliorum,ut immutabile,& materiæ rationem habens,aut unum quid quatuor supponi,aut duo,aut plura,cõsequẽter ut in uno sermonem examinat,dicens, unum quidem omnia non possibile est esse:per ea enim per quæ ostendimus impossibile esse unum quid quatuor materiam esse aliorum,per eadem ostendimus ꝙ neq; duo possibile est esse,neq; tria.iccirco ut in uno facit sermonem. concesso igitur inquit ꝙ mutatio fiat in contraria,impossibile est aerem,aut aquam materiam esse reliquorum. hoc enim utens,consequenter ostendit impossibile ipsum, ut addiscemus.Cum uero dixisset illud,siquidem remanet, dimisit alterum subaudiri.est autem hoc illud, si non remaneat sed mutetur.hoc enim est quod contra diuiditur, quod in consequentibus examinat, quod est quartũ mẽbrum traditæ diuisionis.Quomodo autem interim quod præsens est confutat,non posse unum quatuor materiam esse reliquorum immutabilem speculandum.Si igitur ex uno,inquit,quatuor non mutato, sed in materiæ ordine subiecto,& sustinente,alia perficiuntur,primum quidem inquit non erit ulterius generatio,sed alteratio:nam quę circa formarum secundum qualitatem fit mutatio,alteratio est:sunt uero elementa omnia formata,quorum unum proponitur sustinens alia facere.deinde inquit si quidem existens aer(supponatur enim hoc existens principium,) ignis fit,erit idem ignis,& aer,quod apparentibus repugnat,& contraria eidem inducet inexistentia. si enim, ut suppositio dicit,aer remanens fit ignis: quoniam necesse est oppositionis secundum calidum, & frigidum tangibilis existentis,alteram esse in igne, ponatur calidum esse. erit igitur aer factus ignis nihil aliud,quàm calidus aer, & ob hoc erit uerum,nõ esse generationem quod fit, sed alterationem.deinde & contraria in eodem ex necessitate habebit.si enim ignis aer factus calidus effectus est, manifestum ꝙ prius nõ erat calidus.nam si erat calidus, quo pacto factus est calidus?si autem non habebat caliditatem,cõtraria omnino detinebatur qualitate:nam mutatio est ex contrarijs,& præacceptum est,ꝙ contrarietates communes sunt ab omnibus occupatæ. si enim aer non existens calidus factus est calidus,cum in ignem est mutatus,frigidus erat,existens aer,sed & nunc ignis existens seruauit aeris naturam:in eodem igitur habebit frigiditatem
Com.20.

giditatem quidem ut aer, caliditatem uero ut ignis. idem quoq; & si manens aer, & in ignem mutatus, siccus factus fit: erat enim humidus, simul ergo siccus erit & humidus. ostendit autem hoc & econtra, reflectens enim inquit ignis in aeris substantiam, abiicit caliditatem: hanc autẽ abiiciens frigiditatem, ex necessitate possidet, ex assumpta dignitate. si autem frigidus existens natura, factus est ignis, & non mutatus (hoc enim supponitur) in eodem ergo caliditatem, frigiditatẽq; possedit: quod est impossibile. aerem autẽ frigidum dixit per suppositionẽ sermonẽ producens, nam secundũ ueritatẽ secundũ humidum & siccum mutatio fit in generatione ignis ex aere. Ibi tamen { Simul autem rursus si erit ex igne aer, } & reliquis non uidetur mihi necessaria conuersio: neq; n. supponitur manens ignis, & factus aer, sed mutatus. si autẽ hoc non ut calidus mutatur ut fiat aer, sed ut siccus. Forte autem neq; id quod prius, necessariũ est: manens enim aer fiat ignis, & alteretur, sed non secundum calidum necesse est alterari, ut simul calidus sit, & frigidus: est enim calidus, sed secundũ siccũ mutatus: & absurdũ. s. humidũ simul esse siccũ, sed non calidum, frigidumq;. si igitur nõ possibile est aliquẽ aerẽ remanentẽ immutabilẽ ignẽ fecisse, manifestum q; aliud quid subiectum idem manẽs utraq; erit, & ignis, & aer, quandoq; quidem hoc, quandoq; uero illud factum: quod est ipsa materia.

Tex.c 32 *Sed neq; aliud quid præter hæc, uelut medium aliquod aeris & aquæ, aut aeris & ignis, aerẽ quidem crassius & igne, alijs uero tenuius: erit enim aer, & ignis illud cum contrarietate: sed priuatio alterum contrariorum, quare non contingit solum illud fieri unquam, quemadmodum aiunt quidam infinitum, & continens.*

Cõm. 32. Ex dictis inquit manifestum est, q; nullũ quatuor potest materia reliquorũ esse, sed neq; aliud quoddam corpus existens, & subsistens, præter quatuor, potest materia esse ipsorũ quatuor. & uertitur hic cõtra opinionem Anaximandri, supponentẽ corpus aliquod subsistẽs, mediũ aeris, & ignis, aut aeris & aquæ, quã etiã prius cõfutauit, confutat autẽ & nunc per alias argumentationes. Intermediũ igitur inquit secundũ Anaximandrum si cũ sit subsistens corpus, remanet in mutatione utrorũq;, cõtrarietatẽ habebit ad utrũq; ex necessitate, & erit secundũ idẽ calidũ, & frigidũ: si enim confessum est, q; id, qđ mutatur ex contrario in contrariũ mutatur, manifestũ q; hoc secundũ Anaximãdrũ corpus cũ sit calidum in mutatione in ignem ex frigido fit calidum. est ergo in ipso frigiditas interius inspecta secundum substantiam, si autem hoc remanens factum est ignis, manifestum q; non abiiciens frigiditatem, factũ est calidũ. in eodẽ igitur habebit contraria: quatenus enim calidum factum est, manifestum q; ex frigido, eo q; oporteat ex contrarijs fieri mutationem: sic frigiditatem in corpore reponimus intermedio. quatenus autẽ rursus ipsum dicimus permanẽs facere ignẽ, hac uia cogimur secundum idem coexistere caliditati frigiditatem, in subiecto dicere: quod est impossibile. Sed melius est hoc modo construere propositum, si hoc intermedium, quod dicunt, igne quidem densius, aere uero rarius, in nullo ab igne differre, nisi in densitate, ita ut raritatem solam assumens ignem faciat, manifestũ q; alia, quæ in igne considerantur inerant ei. erat igitur hoc natura siccum, rarefactione enim, & densatione cætera ex ipso generant. similiter quoq; si densitatem solam assumens factus est aer, cætera quæcunq; sunt aeris inerãt ei. erat igitur humiditas in corpore intermedio: supponebamus autem & siccitatem: idem igitur & siccum & humidum est, quod est impossibile. Aut tertio & breuius sic. si medium ignis, & aeris utrũq; fit: omnis autem mutatio ex contrario in contrarium fit: ignis autem calidus est, frigidum ergo erat: mutatum autem rursus in aquam fit frigidum, calidum ergo erit. idem ergo & in sicco, & humido: mutatus nãq; in ignem secundum siccum humidum erit, in aerem uero secundum humidum, siccũ erit. simul igitur erit siccum, & humidum. & hoc est quod ait: erit enim aer, & ignis illud cum contrarietate. Sed uelut augens impossibilitatem hoc infert; { Sed priuatio alterum contrariorum. } si enim impossibile conceditur esse in eodem esse priuationem, & habitum, impossibile est & contraria in eodem esse: nam & contrariorum alterum quidẽ, quod potius est, formæ, quod uero deterius, priuationi correspondet. dictum est enim etiam in præceptis, q; potius contrariorum formæ proportionatur, ut albi & nigri, album quidem formæ, nigrum autem priuationi. quare inquit non contingit solum fieri, solum fieri dicens ipsum secundum se subsistere. Ex dictis igitur inquit manifestum factum esse, q; non est præter quatuor elementa corpus aliquod alterum subsistens. aut itaq; solum fieri est id, quod est extra qualitatem aliquam alterum esse, ut caliditatem, aut frigiditatem: ostensum est autem, q; necesse est has supponi in corpore existente per se, ut alii dicunt.

Similiter igitur quodcunque horum, aut nihil magis aer, quàm ignis. Tex.c. 33 *Si igitur nullum sensibile prius his, hæc utique erunt omnia. necesse igitur aut semper manentia, & immutabilia adinuicem, aut mutata: & aut omnia, aut hæc quidem, illa uero non, quemadmodum in Timæo scripsit Plato. Quod* Tex.c. 34 *igitur mutari necesse adinuicem, ostensum est prius: quod autem non eodem modo celeriter alterum ex altero dictum est prius, quod habentia quidem cognationem celerius fiunt ex se inuicem, quæ uero non habent tardius. si igitur contrarietas una est, secundum quam mutantur, necesse est duo esse: materia enim ipsum medium insensibilis, & inseparabilis. quoniã autem plura uidentur entia, duæ utiq; erunt quæ minimæ: duabus autem existentibus non est possibile tria esse, sed quatuor, quemadmodum apparet: tot enim coniugationes: sex enim existentibus duas impossibile est factas esse, quia contrariæ sunt adinuicem.*

Cũ demonstrauisset q; impossibile est unum quatuor Cõm. 33. materiã esse reliquorũ, addidissetq; contradictionem aduersus Anaximandrũ, nunc cõcludens, inquit q; æquali ordine existente cuiusq; quatuor elementorũ, necesse est singulum ipsorum materiam esse, & principiũ corporeũ, aut nullum ipsorum. si igitur in uno, ostendimus non posse materiæ ordinem retinere ad alia, proculdubio nullum ipsorum erit materia reliquorum. demonstrauimus autẽ q; nullum quid aliud corpus præter quatuor, secundum Anaximan. generabit, ut materia cæterorum. Per rationes autem, quibus demonstrauimus non posse unum aliquod quatuor esse materiam reliquorum, per easdem ostendetur, q; neq; duo ex ipsis, ut ignis & terra, ut dicebat Parmenides, erunt materia reliquorũ, aeris. s. & aquę etenim si remanens, & non mutatus ignis, & terra facit aerẽ, & aquam, procedent prius dictæ rationes. similiter aũt neq; tria erunt materia reliqui. si ergo neq; aliud corpus præter quatuor est principiũ materiale entiũ, neq; ipsorum quatuor unũ quid, neq; aliqua ipsorum quatuor duo, aut tria: necesse est autẽ esse principium corporeum entium: hæc utiq; fuerint inquit omnia quatuor, principium corporeum non sui mutuo, hoc enim ostensum est esse impossibile, sed compositorum. horum uero materia non est corporea, sed incorporea & informis: hæc uero omnia quatuor materia sunt consequentium compositorum. Sed si principiũ sunt omnia, & materia corporũ cõpositorum, nunquid inquit, ut immutabilia secundum Empedo. aut ut adinuicem mutabilia. & si mutantur adinuicem, nunquid alia quidẽ mutantur, alia uero nõ, ut Plato dicebat terram immutabilem supponens, aut omnia adinuicẽ mutantur, ut demonstrauimus, quoniam & omnia contrarietatem habent adinuicem. Hæc autem cum dixisset, meminit prius dictorum, resumens rationẽ, quòd omnia adinu-

uicem mutantur, quia omnia habent adinuicem contrarietatem, & q alia quidem facilius mutantur, quęcunq; habent adinuicem aliquam communicationem, alia uero tardius, quæcūq; nullam habent adinuicem cognationē: & q necesse est quatuor esse corpora simplicia, quia duæ sunt contrarietates, quibus mutantur adinuicem, & quæ calidi, frigidi, humidi, & sicci. duabus uero contrarietatibus inuicem complexis, sex fiunt coniugationes, quarum inconstantes sunt duæ, reliquæ autem quatuor constantes, quæ quatuor elementa formant. si quidem enim inquit est una contrarietas, qua mutantur elemēta; ut quæ calidi, & frigidi, duo essent sola elemēta, hoc quidem frigidum, illud uero calidum: materia enim inquit nō facit aliquod tertium: quoniā est media, hoc est subiecta contrarietati, & successiue recipiens utrūq; contrariorum, ipsa insensibilis existens, & informis, & nunquā per se subsistens.

Tex.c.35 *De his igitur dictum est prius. Quod autem, quoniā mutantur adinuicem, impossibile est principium quoddam esse ipsorum, aut in extremo, aut in medio, ex his est manifestum. in extremis igitur non erit, quoniam ignis erit, aut terra omnia: & eadem ratio dicere ex igne, aut terra esse omnia.*

Com.33. Cum demonstrauisset q impossibile est unū aliquod quatuor immutabile manens principium esse aliorum, ostendit nunc q neq; mutabile existens principij rationem obtinebit ad alia, ut ostensum sit, q neq; ut immutabile, neq; ut mutabile, possibile est supponere unum aliquod principium esse aliorum. est autem quod nunc examinatur quartum sectum eorum, quæ à principio ex diuisione sumpsimus, quod dicit unum aliquod quatuor mutabile existens, principium esse aliorum. Sciendū est autem quemadmodum & ante dicebamus, q qui mutabile hoc supponunt, non possunt primi, & uere principij rationem seruare. oportet enim principiū immutabile manere: nam non esset principium: deinde à quo accipiens alia faciat, non est accipere, ipso uno supposito: dicere.n. ipsum à seipso mutari est impossibile. Sed dixerit quis sic principium esse unum aliquod aliorum, ut per hoc alijs procedentibus, hoc est ueluti, ex hoc mutatis omnibus, et in hoc resolutis, ueluti si dixerint ignem esse aliorum principium, ac si nullum aliorum esse possit, nisi ex hoc mutetur, sed & aer, & aqua, & terra ex igne fiant, & in hoc resoluantur, & neq; aer aliquid fiat, quod prius ignis factum non sit, neq; aqua rursus, ueluti hoc secundum ordinem in generatione præordinato, & hoc primo ex informi materia, exempli gratia facto, & his ex ipso genitis & in ipsum resolutis. suppositio igitur huiusmodi quędam esse potest. Sed uideamus quo pacto huic obstat Aristo. neq; igitur extremorum inquit, neq; mediorū aliquod potest, ut id quod mutatur principium esse aliorū, dicit autem extrema, ignem, & terram, media uero aerē, & aquam. & primum ostendit, q non potest extremorū aliquod esse principium. si enim inquit supposuerimus ignem, aut terram esse principium, erunt omnia ignis, aut terra. & quærimus quomodo nam ex hoc dicto, q ex igne mutato alia fiant, concludit ignem esse omnia: nam si mutatus, & non remanens ignis facit aerem, & aliorū singulum, quō nam deceret, ignis fuerit aer, aut aliorū singulum? Sed forte dicet quis, q etsi mutetur, non tamen uniuersam mutat naturam: ut & in quatuor elementis dicimus. nam etsi mutata adinuicem, & temperata faciunt composita, non tamen perfecte corrumpuntur. sed quod quidem syncerum est, deperditur: non tamen tota ipsorum natura mutatur. Ad eum igitur, qui sic dicit mutatū ignē facere cætera, & concludentē q erunt omnia ignis, dicendū est, q quando quidē aliquod cōpositū ex alijs perficitur, rationē habet nō perfecte à propria mutari natura, quæ est secundū qualitates, quibus simplicia formantur. sed quando simplicia ex se mutuo fiunt, impossibile est hoc supponere. unū quodq;.n. simpliciū summas habet qualitates, & puras, & nō castigatas mixtura contrariorū, ut cōposita. nam quo pacto possibile est ignem siccum existentē, manentē quodammodo in propria natura fecisse aerem humidum existentē? non enim medium humidi, & sicci est aer, sed supreme humidū, ut & ignis siccum, summe. necesse est igitur uniuersam naturā ignis mutari, ut fiat aer, nisi cōtraria in eodē supposuerimus, quod est impossibile. secundū igitur hunc intellectum non est consonū rationi cōcludere, q omnia erunt ignis, supposito igne principio. Sed uidētur potius aliud quid uerba hæc innuere: eadē enim inquit ratio est dicere ex igne, aut ignem esse omnia, hoc est dicentes ex igne mutato, omnia fieri, ignem omnia supponimus, eo q ex hoc mutato omnia fiant, ueluti etiam si ex materia ignis, omnia fieri diceremus. Verū nec sic aliquod absurdū sequetur. quod enim absurdum est ignem dicere secundum subiectum omnia, ut & materiam esse secundū subiectū omnia, aut trifariam dimensa. & ut simpliciter dicamus, ut nō est absurdū dicere omnia generabilia eadē esse secundū subiectū, & materiā, sic absurdū nō est, quantum ad præsentes sermones, omnia ignē secundum materiam supponentē, considerare secundū formā solū differētiā, si autē non est absurdum ex materia ignis omnia dicere, siquidem potest quod uniuersaliter est materia diuersas formas suscipere, manifestum q neq; ex igne mutato alia generare, & sic omnia ignem dicere, absurdum erit. nisi forte similiter absurdum est, & ex igne mutato alia dicere fieri, & ex igne, ut ex materia reliqua omnia dicere generari. Quantum igitur ad dicta, non uidentur magnam necessitatem habere hæ confutationes: sed licet uniuersa si una ratione, quemadmodum & ipse consequenter progrediens faciet, destruere unum, quodcunq; sit quatuor principiū reliquorum supponere. si enim omnia adinuicē contrarietatem habent, ostensum est autem omnia, quæ adinuicem contrarietatem habent, adinuicem mutari: procuIdubio omnia mutabuntur inter se: nec erit hoc quidē primū, illud uero secundū, nec hoc quidē principiū, illud uero ex principio. ad id igitur, quod est nullum extremorum esse principium, cum tot solum dixit, q.s. ignis omnia erunt, contentus fuit: sed quòd nec mediorū aliquod erit principium per plura construit.

Quòd autem neq; medium, quemadmodum uidetur quibusdam, aer quidem & in ignem mutatur, & in aquam, aqua uero & in aerem, & in terram, extrema uero non amplius in se inuicem. Oportet enim stare, & non in infinitum hoc procedere recta, ad utraq;: infinitæ enim contrarietates in uno erunt. Sit enim terra in quo T, lympha & aqua in quo L, aer in quo A, ignis autem in quo I. si itaque A mutatur in I, & L, & contrarietas erit eorum, quæ A, I. sint hæc albedo & nigredo. rursus si in L ipsum A, erit alia: non enim idem L & I: erit autem siccitas, & humiditas, ipsum quidem S. siccitas, ipsum uero Hu, humiditas. non igitur siquidem manet album, erit aqua humida, & alba. si uero non, nigra erit aqua: in contraria enim est mutatio. necesse igitur aut albam, aut nigram esse aquam: sit autem primum. similiter igitur & ipsi I: ipsum S inerit siccitas. erit igitur & I. igni mutatio in aquam, contraria enim sunt: ignis enim quod primum nigrum erat, deinde uero siccum, aqua autem humida, deinde uero alba. apparet itaque quod in omnibus adinuicem mutatio erit, et in ijs quod & T terræ inerunt reliqua, & duo cognata, nigrum & humidum: hæc enim nondum coniuncta fuerunt.

Nūc proponit ostēdere, q neq; mediorū aliquod principiū erit, ut quidā opinati sunt, rōnabile putātes unū aliquod horū principiū supponere magis, quia utrūq; ipsorū ad utraq;, & in cōtraria mutātur, quod est propriū principij in cōtraria. s. mutari, cū extrema nō nata sint secundum illos ad utraq; mutari. sed hoc quidem consequen- Com. 24.

ter

ter examinabitur, nunc uero dicẽdũ est ꝙ si quæ ad utraque mutantur, rationabile est principiũ supponere, neque magis hoc medium, aut hoc oportet supponere, sed æqualiter ambo. quõo igitur unũ quid reliquorum dicunt esse principiũ. Deinde qui aerẽ principiũ supponunt, & hũc dicunt in ignem, & aquam mutari, & hæc in aerẽ, & per hunc adinuicem, ignem uero, & terram & ipsa immediate quidẽ non mutari adinuicem, sed per aerem mediũ, & iccirco principium esse, eo ꝙ omnia ex ipso mutentur, primo per ipsum permeantia, & in ipsum omnia resolui. Qui itaq; hæc dicunt quid nã dixerint de aquæ in terrã mutatione? hæc enim immediate fit, per aerem minime pertrãsiens, quod oportebat factũ iri, siquidẽ principij rationẽ habet aer ad omnẽ mutationẽ. Similiter autẽ & ad eos, qui aquam principiũ esse dicunt, dubitandũ est de mutatione ex aere in ignem, & ignis in aerem. nã & hæ immediatæ erunt, per aquam minime procedentes. hæc igitur intantum, exterius ad suppositionem dicẽda sunt. Videamus autem consequenter quomodo dicunt extrema nõ mutari adinuicem: & quomodo quod ab ipsis dicitur sit destruendum. Vltima dicunt illi non amplius mutari adinuicem. nam ut ultima existentia nõ amplius habent in quod mutentur, sed rursus reflectuntur in aquam, & aerem. si enim dicunt illi ultima non reflectuntur, sed mutãtur rursus, in infinitum erit mutatio. timentes igitur in infinitum supponere mutationem, & nequeuntes cognoscere quòd circulo generatio perficitur, ex quo incepit in idem desinens, ex igne aer & sic aqua, deinde terra, & rursus ignis, mutatione consequenter facta, & non in infinitum eunte. quia non in rectum fit, sed in circulum uertitur. quod cum illi, ut dicebamus, non cognouissent, timuerunt extrema supponere adinuicem mutari: nam ad ea usq; putauerunt oportere mutationem stare, ne in infinitum fieret. iccirco aduersus eos inuectus Aristo. dicit, oportet enim stare, & non in infinitum inquit fieri mutationem, sic ut in rectum procedentem oportet recipere. nam & si in infinitum fiat mutatio, non tamen in rectũ, sed per reuolutionem eorundem in eadem: nam in rectũ usq; ad ultima firmatur. propter hoc ergo non est impossibilis extremorum in seinuicem mutatio, immo necessaria, ut circulus generationis seruetur. Et quòd quidẽ nõ sit possibile in infinitum in rectum ire mutationem consequenter pertractaturus, distulit nunc absurdum quod sequitur, innuens illud, quòd infinitas in uno contrarietates dicere coguntur. Ostendit quoq; consequẽter, quòd etiam ultima mutantur adinuicem. ostendit autẽ ipsum, utendo eo, quod prius dictum est, quòd habentia contrarietatem adinuicem, omnia adinuicem mutantur. ostendit autem quòd unumquodq; ad reliqua habet contrarietatem, ita ut uniuersaliter quod dicebamus, ostendatur quòd omnia adinuicem mutantur, non solũ media, sed etiã extrema. Et forte, quia non posuit certas confutationes præacceptæ opinionis eius, quæ unum aliquod extremorum principiũ supposuit, propter hoc nunc cõmunẽ quandã exponit confutationẽ huius, ꝙ nullũ quatuor principiũ reliquorũ sit. nã si ostenderit quòd omnia habent adinuicem contrarietatẽ, proculdubio omnia adinuicem mutantur: si autẽ hoc, non erit aliquod ipsorũ, separatũ primũ, neq; principiũ, neq; extremorũ, neq; mediorum, sed omnia æqualiter adinuicem mutantur, & extrema, & contraria, & consequenter adinuicem posita. Ostensionis uero modus huiusmodi quidã est. supponantur inquit terra, & aqua, & aer, & ignis, quorũ singulum significat per elementũ, quod est in principio nominis. si ergo dicis aerem mediũ existentẽ mutari & in ignem, & in aquam, non certe secundum eandẽ oppositionẽ mutatur in ignem, & aquam: nam erit eo pacto ignis aquæ idem. si enim quatenus aer mutatus factus est ignis, secundum hoc & in aquam translatus mutatur. quatenus igitur differt ab aqua, eatenus ab igne distabit. si autem secundum idem ab eodem, ut ab aere distabit ignis, & aqua, necessario idẽ erunt inter se & aqua, & ignis, quod est absurdum. non ergo secundum eandem oppositionẽ mutatur in ignem, & aquam aer. igitur secundum aliam, & aliam. & supponatur in ignem quidem secundum album, & nigrum mutatus: ut sit ignis quidem niger, aer uero albus. sed in aquam secundum alteram oppositionem, humidi, scilicet & sicci, ut sit aer quidẽ siccus, aqua uero humida. sed mutatus, inquit, in aquam secundũ siccum, & humidum potest etiam seruare albedinem, potest quoq; & ipsam mutare, sed supponatur seruans. sit igitur aer quidem albus & siccus, aqua uero humida & alba. erit ergo contrarietas aquæ etiam ad ignem: siquidẽ hæc est alba, ignis uero niger per suppositionem: quare & adinuicem mutantur, siquidem suppositum est, quæ contrarietatem adinuicem habent, adinuicem quoq; mutari. Eadem quoq; erit ratio rursus in aqua: si enim mutatur & in aerem, & in terram, non secundum idem rursus mutatur in utrũq;, quoniã erit idẽ aer, & terra. quare secundum aliud quidem in aerem, & secundum aliud in terram: in aerem quidem secundum humiditatem, & siccitatem mutatur, in terram uero relinquitur secundum album, & nigrum mutari: si quidem duæ solæ sunt oppositiones. hoc quippe concessum est, quia consenserunt quatuor esse simplicia corpora: quatuor enim existẽtibus corporibus necesse est duas considerari oppositiones. existẽte igitur aqua alba, & humida, aer erit, ut prius dictũ est, albus, & siccus: differentia enim est huius ad aquam per humidum, & siccum. terra autem nigra, & humida, siquidem secundum nigrum mutabatur in hanc aqua. erit ergo contrarietas aeri ad terram, & mutabitur in hanc. rationis ergo demonstratio huiusmodi quædã est. Quærit autem Alexander quõ nam cum proposuisset ostẽdere, ꝙ extrema mutantur adinuicem, hoc quidẽ non uidetur ostendens. ꝙ autem contraria adinuicem mutantur, hoc potius demonstrat, & inquit, ni forte etiam à principio extrema uocauit contraria. deinde quod & uerius est, ex appositis demonstrauit, ꝙ omnia adinuicem habent contrarietatem. si autem hoc, proculdubio etiã mutantur omnia adinuicem. quòd autem demonstrauit extrema contrarietatem adinuicem habentia, scilicet terrã, & ignem, manifestum est. siquidem posuit ignem nigrum esse, & siccum, terram uero nigram, & humidam: mutatur igitur terra in ignem secundum humidum, & siccum hac ratione. habemus igitur ex ostensis, quòd non solum nullum mediorum est principium, sed quòd neq; extremorum. si enim æqualiter extrema, & simpliciter omnia adinuicem mutantur, nullum magis erit principium hoc, quàm illud.

Quod autem in infinitum non est possibile procedere, quod ostensuri ad hoc ante deuenimus, manifestũ est ex his. Si enim rursus ignis in quo I, in aliud mutatur, & non reflectet ut in PS, contrarietas quædam igni, & PS alia inerit ab illis, quæ dictæ sunt: nulli enim idem supponitur eorum quæ T, L, A, I, ipsum PS. sit itaque ipsi quidem I ipsum B, ipsi uero PS ipsum M, B, itaque omnibus inerit T, L, A, I: mutantur enim adinuicem. sed hoc quidem sit nondum demonstratum. illud tamen manifestum, quòd si rursus PS in aliud, alia contrarietas, & ipsi PS inerit, & igni ipsi I. similiter quoque semper cum addito contrarietas quædam inerit his, quæ antea. quare si infinita, & contrarietates infinitæ uni inerunt. si uero hoc, non erit neque definire ullum, neque fieri. oportebit enim, si erit aliud ex alio, tot pertransire contrarietates, & adhuc plures. quare in aliqua quidem nondum erit mutatio, uelut si infinita intermedia: necesse autem, siquidem infinita elementa. Amplius autem neque ex aere in ignem, siquidem infinitæ contrarietates. fiunt autẽ & omnia unũ: necesse est. n. omnes inesse, inferioribus quidẽ ipso I eas, quæ superiorũ, his Tex.c.36

uero eas, quæ inferiorum: quare omnia unum erunt.

Cõm. 15. Cum demonstrauisset ꝙ si supposita fuerit recta in infinitum fieri generatio, necesse est omnia in infinitũ mutari, quoniam & omnia ostenduntur adinuicem habentia contrarietatem nunc hoc ipsum percurrit, ꝙ impossibile est in infinitum fieri mutationem, cum & prius innuerit impossibile dicendo, infinitæ enim contrarietates in eodem erunt, ita ut hoc confutato manifestum fiat omnia adinuicem mutari. Et fortasse contradicet quis, ꝙ et si in infinitum supposuerimus fieri mutationem, nõ solũ in rectum consequentium seinuicem erit mutatio, sed etiã quæ remota abinuicem sunt mutabuntur inter se, ut confessum sumamus illud, omnia adinuicem contrarietatem habentia, adinuicem quoq; mutari. Sed sciendum est, ꝙ hoc ipsum pertractat nunc, ꝙ si infinita quis supposuerit elementa, altero in alterum mutato in rectum, in contrarium circũuertuntur, quæ sunt ipsius suppositionis, ꝙ nullum elementorum in aliquod reliquorum mutabitur, neq; quę remota sunt, adinuicem, neq; quę proxima sunt ita ut penitus impossibilis sit suppositio. Si enim supposuerimus unum quid extremorum, aut ignem, aut terram nõ reflecti reuoluram in circulum, sed in rectum in aliud quid quintum consequens mutari, erit aliqua contrarietas, qua mutata est, altera existens præter alias, quibus quatuor cõsequenter mutabantur. & supponatur inquie ignis, neq; reflectens, & in aerem mutatus, neq; circulo in terram, sed in aliud quoddam quintum, ut in quo PS, erit igitur aliqua contrarietas, qua mutabatur I. in PS. & supponatur contrarietas M, & B, qua nullum aliorũ, quæ sunt A, L, T, mutabatur, præterquam solum I, & PS, inerit ergo alterum oppositionis ipsi PS, ut id, quod est in quo M, quod uocetur malum: igni uero, & reliquis omnibus ipsum B, quod uocetur bonum: huiuscemodi enim sumptæ sint contrarietates, quæ ab omnibus participentur. si quoque rursus consequenter mutatur ipsum PS, in aliud quid, addetur contrarietas, & si rursus illud in aliud, tertia addetur contrarietas, & si in infinitũ hoc fiat, consequenter infinitæ erunt contrarietates. primum quidem igitur absurdum est actu infinitum supponi. deinde si contrarietates infinitæ, contrarietatum uero duplæ sunt qualitates, nam in qualibet contrarietate duæ sunt qualitates, erit ipsius infiniti duplum. His autem inquit suppositis, neq; definire aliquid horum possibile erit, & ratione comprehendere infinita, neq; omnino subsistere, aut fieri aliqua ex seinuicem possibile erit, sed auferatur omnino mutua mutatio. sequetur etiã inquit omnia eadem esse. sed quo pacto horum singulum demonstratur consequenter in litera considerabimus. Sed illud inquisitione dignum est, quomodo secũdum unũquodq; elementũ, una apponitur cõtrarietas. ꝙ. n. infinitis existẽtibus elemẽtis, necesse est & infinitas esse cõtrarietates, manifestissimũ est: si. n. finitæ essent cõtrarietates, necesse & complexiones, & cõiugationes ex ipsis. & si multo plures sint cõtrarietatibus, finitas tamẽ esse. nã quemadmodũ uia, & rõne cõprehendere possibile est ex duabus cõtrarietatibus quot fiunt coniugationes, ꝙ. s. quatuor: sic & multitudine omni, qualiscũq; sit contrarietatũ, numerabili, & dicibili existente, necesse est & cõiugationes numerabiles, & finitas esse. ꝙ aũt si infinita sint elemẽta nõ erunt cõtrarietates finitæ præmanifestum est. sed nõ hoc quærit ratio, sed si secundũ unũquodq; elementum appositum etiam contrarietas una apponitur, quod non est uerum: una enim contrarietate apposita, plura fiunt elementa. duabus enim contrarietatibus existentibus, nõ duo solum erunt elementa sed quatuor: si autẽ tres sint contrarietates, octo possunt esse elementa, & ita semper una addita contrarietate multo plura possunt esse elementa. Ad hoc igitur dicendum, quòd & si una contrarietate apposita plura fiunt elementa, non prohibentur concludi proposita. cum enim ostẽsum sit infinitas esse contrarietates, in unoquoque infinitorum existentiũ elementorum, concluditur similiter impossibile, siue secundum unamquãq; cõtrarietatẽ, unum apponatur elementũ, siue plura. utens enim eo, quod est infinitas esse cõtrarietates, ostendit impossibile suppositionis, ut prædictũ est. dicere uero secundũ unũquodq; elementũ unã apponi cõtrarietatẽ, neq; uerũ est, neq; necessariũ: nõ enim quia sermonis gratia aer in ignem solũ mutatur secundũ humidũ, & siccũ, in aliud uero elementorũ nullũ, iã necesse est nullũ aliud secundũ cõtrarietatẽ sicci, & humidi mutari: nã aqua, & terra secundũ hæc mutantur. Propter quid igitur secundũ unũ elementũ unã apponit cõtrarietatem Aristo. Dico igitur ꝙ sequens suppositionẽ dicentiũ solũ in rectum esse elementorũ mutationem: hoc enim supposito impossibile est secundũ eandẽ oppositionẽ duas fieri mutationes: ut uerbi gratia, secundũ eam quæ humidi, ꝙ ignis in aerem mutatur, & aqua in terrã. in rectum igitur & solũ supposita elementorũ mutatione, necesse est oino addito elemento, etiã cõtrarietatẽ omnino apponi. qua præcedens elementum in id, quod consequitur muterur. Quòd autẽ ad suppositionẽ, quæ dicit nõ reflecti generationẽ, etiã Aristo. secundũ unũquodq; elementum, unam addit contrarietatẽ, hinc est manifestũ. cum enim dixisset I, ad PS, mutari secundũ contrarietatẽ M, & B. uerbi gratia, mali & boni: & B, quidẽ ipsi I, & omnibus, quæ sunt sub I, inexistente, M, uero ipsi PS, & omnibus quæ sunt post ipsum, nihilominus I, solũ supponit ad PS, mutari, nullũ uero aliorũ: quapropter necesse est secundũ unãquãq; elementi appositionẽ, & contrarietatẽ oino apponi. Sigillatim aũt nunc uerba cõsideremus. si ignis inquit nõ reflectitur in aerem, puta, aut in terram mutatus, aut in aquã, sed in aliud quid præter hæc ipsum PS, mutetur, necesse est omnino præter duas contrarietates, quæ sunt calidi, & frigidi, humidi, & sicci, tertiã supponi, ut albi, & nigri. exempli causa, qua I, in PS, mutatur: alterum enim suppositũ est ipsum PS, à quatuor elementis. sit igitur ipsum I, inquit mutatum in PS, secundũ contrarietatem M, & B, secundum quam nullum eorũ, quæ erant ante I, mutabatur. quare si ipsi quidem PS. inest M. ipsi uero I, B, hoc ipsum B, quod inest igni, inerit etiam aeri, & aquæ, & terræ: quia nullũ horum ab igne differebat, secundum hanc contrarietatem, sed secundum aliam, ut eam quæ calidi, & frigidi, & sicci, & humidi.

Illud autem aduertendum est, ꝙ ad suppositionem Aristo. dicentem secundum unamquamq; oppositionẽ unã fieri mutationem, sequitur ipsum B, omnibus, quæ sunt ante I, inesse: nullum enim adhuc secundum hoc mutabatur, priusquam ipsum I, in ipsum PS, mutaretur. unde igitur est in ipso igne ipsum B, nisi ex illis? similiter autem et his, quæ sunt post PS, omnibus ipsum M, quoniam in nullum amplius mutatur ipsum PS, secundum hanc oppositionem. si tamen concedamus, ut prius dictũ est, plura generari elementa, una apposita contrarietate, & secundum unam contrarietatem diuersa mutari, non amplius necesse est ipsum B, ipsi I, inexistens iam & his, quæ sunt ante ipsum omnibus inesse. quid enim ꝙ & aliud mutetur secundum hanc contrarietatem, ut se habet in igne & aere? aer enim mutabatur secundum humidum, & siccum in ignem, & non quia ipsum humiditatem habet, iã & quæ ante ipsum omnia: nam terra sicca est. causa autem huius, quia non solum aer in ignem secundum hanc contrarietatem mutabatur, sed etiam terra in aquam. quare Aristo. ut prius dixi, sequens suppositionem, quæ solum ad elementum consequens mutationem facit, sumẽs secundum unumquodq; elementum unam contrarietatẽ apponi, recte dixit, ipsum B. omnibus, quæ sunt ante ignem inesse, siquidem in ipsum inquit mutantur. si enim habet ipsum I, alterum ex contrarietate, quæ est secundum M, & B, dico scilicet ipsum B, necesse est & quæ sunt ante ipsum ignem habere ipsum B, si quidẽ ex ipsis factus est ignis, & mutabanẽ illa in hũc. si. n. nõ haberẽt,

quæ

quæ sunt ante ignem ipsum B, unde nam est in ipso igne ipsum B. nullum enim illorum secũdum B, differebat ab igne, ut prius dictum est. sed hoc inquit mutari quatuor elementa adinuicem sit nondum demonstratum, ut ad eam, quæ nunc pertractatur suppositionem; quoniam si dicamus omnia adinuicem mutari quatuor, circulo inducemus fieri ipsam generationem, quod aufert nunc proposita suppositio in rectum, & quæ consequenter solum dicit fieri mutationem. idcirco ponatur ut nondum demonstratum. Sciendum tamẽ est, ꝙ quo indigemus ad demonstrandum ipsum B, ipsi I, & omnibus, quæ sunt ante ipsum inesse, hoc nõ aufertur, nec prohibetur à suppositione dicẽte, sit nõ oĩa adinuicẽ mutari: sufficit enim quæ in consequens fit uniuscuiusq; mutatio, ipsorũ quatuor & finiens in ipsum ignẽ, ostendere ꝙ inest oĩbus, q̃ sunt ante I, ipsum, B, ex quibus mutaris cõsequẽter ignis genitus est. si. n. nõ fuisset in ipsis ipsum B, nunquam factus fuisset ex ipsis ignis habẽs B. Quod igitur inest his, quæ sunt A, L, T, eius cõtrarietatis, quæ est secundũ B, &, M, altera partiũ. s. B, hinc demonstratur, nõ ex eo, q͛d omnia ad seinuicem mutentur. Quòd aũt ipsum B, ipsis inest, & ipsum M, ostenditur ex eo, ꝙ nulliũ aliorũ secundũ hanc mutatũ est oppositionẽ, præter ipsum I, P S. quare nihil neq; secundũ hunc differebat ignis ab his, quæ ante ipsum: cõmune igitur inest eis ipsum B. sed & illud inquit manifestũ, ꝙ si addiderimus aliud elementũ post ipsum PS, ut, B, & mutatur PS, in B, alia opus est rursus contrarietate, secundum quã fiat mutatio, præter illam, quæ erat in I, & PS, similiter quoq; se habebunt & quæcũq; alia elemẽta addiderimus. Deinde inductũ absurdum concludens, ꝙ si secundũ singulũ inquit elementum contrarietas apponitur: infinita aũt elementa: infinitæ erunt contrarietates, & in unoquoq; elemento infinitarũ contrarietatũ, alteræ partes inerunt, & ipsę secundũ naturã infinitæ existentes. si autẽ infinitæ in unoquoque inerunt, uide quid sequetur. nihil enim inquit erit definire, neq; generari. & quod quidẽ nõ circũscribentur infinita manifestissimum est, neq; subsistent. Sed q͂uo neque generari ipsa ex seinuicem dicit, considerandum. oportebit enim si erit alterum ex altero, tot pertransire contrarietates, & adhuc plures, si infinitæ, inquit sunt cõtrarietates in unoquoq;, oportebit quod generatur, tot quot singulum habet, (habet autem infinitas) pertransire contrarietates. hoc autem fieri nequit, nam infinitum pertrãsiri nõ potest. q͞m autẽ dixit tot, uidetur autem hoc determinati numeri significatiuum, infinitum autẽ quocunq; assumpto. semper maius & amplius est, propter hoc uelut certius loquens addidit, & adhuc plures. Quomodo autem quod fit necesse est infinitas pertransire contrarietates, considerãdum. quædam enim mediorum si sumpserimus, consequenter mutari, ut ad ultima perueniant, & mutentur in hæc, oportebit ipsa per infinitas pertransire, ut in ultimum mutentur: hoc autem est impossibile: quare nunquam in illud mutabuntur, neq; unquã ad ipsum peruenient: si quidem media est infinita inter id, q͛d mutatur, & ipsum ultimum distantia. sicut autem medium in ultimum non mutatur, quia neq; perueniet aliquando ad ipsum, sic neq; aliud quid unquam ad medium mutabitur, ut id quod è principio, quod neq; accipere est: nõ est enim infiniti principium. similiter neq; hoc, neq; mediũ quodcũq; perueniet, quoniam infinita est, quæ ex medio est, ad principium distantia. quòd igitur nullum eorum, quæ sumuntur in medio mutatur ad ultima, manifestissimum est. Dicit autem ipse quòd neq; consequentia seinuicẽ in se mutuo mutantur: non enim inquit ex aere in ignẽ erit mutatio, si infinitę erunt contrarietates. hoc autẽ quomodo, inquit, inquisitione dignum est. non enim omnes pertransit infinitas contrarietates; ut fiat ex aere ignis, sed secundum unam solam mutatum contrarietatem generatur, reliquis eisdem manentibus. Ni forte igitur communi ratione, quoniam infinitum impossibile est subsistere: propter hoc nihil utiq; fiat eorum, quę infinitas habẽt contrarietates. Sed forte dixerit quis, ipsa subsistẽtia supponens, considera, si possunt ex seinuicem fieri: possunt autem, siquidem secundum unius contrarietatis mutationem consideratur, eorum quę se consequuntur ex seinuicem generatio. melius igitur est, ut inquit Alexand. ad id quod consequens, ipsum sumere dictum. Ostendit autem consequenter quòd omnia elementa eadem erunt inter se. si autem eadem omnia, igitur neq; ex se mutuo generabuntur, nec erit mutatio alicuius eorum in aliud: nihil. n. fit quod iam est. Mihi autem uidetur propositum sic accipere. si est in rectum mutatio elementorum infinitorum existentium: demonstrauimus autem, quòd quędam non mutantur in aliqua mediorum, quia oportet infinita pertransire, infinitum autem pertransiri nequit. sit itaque aer medium, non igitur in ignem mutabitur. ut enim ex hoc mutatio obuiet, infinitis indigebit mutationibus: hoc autem est impossibile. si ergo in ipsum ultimum terminum peruenire mutationem, quę est in aerem, est impossibile, neq; igitur in id quod sibi consequens est, ignem scilicet aer mutabitur. Deinde proponit ostendere aliquod sequens ad suppositionem dicentem, quòd in rectum et in finitum fit mutatio, omnia scilicet eadem fieri. omnibus enim inquit, quæ sunt supra I, & infra I, eędem insunt cõtrarietates. quòd igitur si omnia quę sunt ante I, elementa, easdem his, quę sunt post I, contrarietates habent, accidit omnia esse eadem, manifestissimum est. si enim easdem habent contrarietates omnia, quæ sunt ex utraque parte ipsius I, eadem inter se erunt, & quę ab ipso PS, & sursum procedenti, & quę ab ipso A, aere, usq; ad inferiora. quare idem erit aer, quod est A, ipsi PS. & ut simpliciter dicamus omnia superiora omnibus inferioribus. sic autẽ rursus si sumpserimus quę sunt ex utraq; parte ipsius A, eadem ratione eadẽ existentia inter se, erit I, ipsi PS, idẽ, & omnibus superioribus. si autẽ rursus quę sunt ex utroq; latere ipsius PS, eadem inter se sumpserimus, idẽ erit ignis aeri. quare & omnibus quę sunt post ipsum: ostensum est autem per præacceptũ, quòd etiam omnibus quę sunt ante ipsum: quę autem ante ipsum aerem, omnia his quę post ipsum omnibus eadem sunt: quare manifestum est ex his, quòd & ignis, & omnia, quę sunt ex utroq; latere ignis, omnia inter se eadem erunt. Quod igitur si demus omnia, quę insunt superioribus, eadem esse his quę insunt inferioribus, concludetur eadẽ esse omnia inter se, manifestissimum est ex prędictis. sed quòd eędem sunt contrarietates, non est adhuc manifestum, ut sequens ad suppositionem dicentem, consequenter & in rectum fieri mutationem, & hoc est manifestum ex prius dictis ab eo exponente suppositionem. si quidẽ I, in PS, inquit mutetur, secundum contrarietatem mutatur, secundum quam nullum est mutatum alterum, ut eam, quę est secundum M, & B, & inerit quidem ipsum M, ipsi PS, igni uero, & inferioribus omnibus ipsum B. rursus autem ipsum PS, secundum aliud manẽte in ea, quę post ipsum, commune manet ipsum M, in omnibus quæ sunt post ipsum PS: quare omnia, quę sunt post I, omnibus quę sunt ante ipsum I, contrariantur secundum ipsum B, & ipsum M, rursus ipso PS, in aliud mutato secundum aliam contrarietatem, erit rursus his, quę post ipsum PS, contrarietas ad ea, quæ sunt ipsius PS. manifestum est igitur ex his, quòd non eadem erunt omnia, sed totum contrarium, contrarietatem omnia habere ad omnia.

Quærendum est igitur quomodo hoc uerum ponit Aristote. Ni forte ex eo, quòd infinitæ sunt: quæ sunt in unoquoque contrarietates hoc construit. si enim infinitas dicis unumquodque habere contrarietates, infiniti uero non est amplius accipere, non erit aliqua contrarietas, quæ non sit in unoquoque. quare eadem omnia erunt. Sed neque hoc rationem habet. qui enim infinitas supponit contrarietates, duplices ad ipsum infinitum qualitates facit. quare cum dicatur unum-

quodq; infinitas habere contrarietates, non ut utrasque partes contrarietatum habens dicitur, sed ut alteram partem contrarietarum solã. quare non absurdum est in his quidem alteras contrarietatum considerare: in alijs uero alteras. Melius est igitur secundum hunc modum intelligere sermonem ipsum, per se examinantem in propria natura hoc ipsum theorema, non ut continuum ad dicta: si enim I, in ipsum PS, dicis mutari, PS, uero non amplius in I, reflecti, neq; mutari, non erit contrarietas ipsi PS, ad I. si enim esset mutaretur etiam ipsum PS, in ipsum I, idẽ ergo erit. & ita consequenter discurrens per omnia, ostẽdens eadem existentia inter se. Si uero quis dicat, ꝙ hoc ipsum à principio supposui, habere ipsa adinuicem contrarietatem I, & PS, quando ipsum I, supposui in ipsum PS, mutari, dicam ad hunc quòd hanc ipsam, quã supposuisti contrarietatem, tu ipse destruis, dicens non amplius ipsum PS, in I, mutari: sic autem uniuersaliter supponens superiora in inferiora non mutari, destruis ipsorũ contrarietatem, quam supposuisti. in uniuscuiusq; ad id, quod consequitur mutatione. sublata autem contrarietate, eadẽ erunt inter se oĩa, quod rationabiliter cõclusit.

Tex.c.37 *Mirabitur autem aliquis dicentium plura uno elementa corporum, ut non mutentur adinuicem, quemadmodum Empedocles inquit, quomodo contingit dicere ipsis esse comparabilia elementa, quamuis dicit sic. hæc enim æqualia omnia. Si igitur secundum quantum necesse idem aliquod esse existens omnibus comparabilibus, quo mensurantur, ut si ex aquæ hemina fuerint aeris decem, idem igitur essent ambo, si mensurantur eodem. si uero non ita comparabilia secundum quantum, ut quantum ex quanto, sed quantum possunt, aclut si hemina aquæ æque potest infrigidare, & decem aeris, & sic secundum quantum, non quatenus quantum, comparabilia, sed quatenus possunt aliquid. esset autem atique & non quanti mensura comparare potentias, sed secundum proportionem, quemadmodum ut hoc calidum, hoc autem album. hoc uero ut hoc, significat in quali quidem simile, in quanto uero æquale. absurdum itaque uidetur, si corpora immutabilia existentia non proportione, comparabilia sint, sed mensura potentiarum, & esse æquale calidum, aut similiter ignis tantum, & aeris multiplex. idem enim plus, eo quod eiusdem sit generis, talem habebit rationem.*

Com.26. Cum demonstrauisset ꝙ non potest unum quatuor elementũ esse aliorum, neq; ut immutabile, neq; ut mutabile, cũq; ostensum sit eisdem rationibus, ꝙ neq; aliqua ex ipsis elementa sunt reliquorum, consequenter superest quærere si quatuor elemẽta sunt omnia. dictum est enim ab ipso superius quòd si nihil sensibile est prius his, hæc utiq; omnia fuerint. quoniã igitur necesse est hæc, aut immutabilia, aut ut mutabilia, elementa esse aliorum, propositum est ei in pręsenti ostendere quòd non sunt immutabilia, ut hoc cõfutato, derelinquatur uera opinio, dicens omnia esse elemẽta, ut adinuicem mutabilia. Quoniam autem propositæ ad confutandum opinionis Empedocles est præses, aduersus hunc inuehitur, ostendens ꝙ neq; generationem, & corruptionem, quæ secundum naturam possibile est esse secundum ipsum, neq; augmẽtationem, neq; motum secundum naturam. sed priusquã eius opinionem de elementis confutet, ostendit ipsum dissona sibiipsi dicentem. immutabilia siquidem ipsa supponens esse, comparabilia ipsa esse dicit, scribens, hęc enim æquaq; omnia sunt. Primum ergo ostendit quòd impossibile est Empedocli immutabilia supponenti elementa, comparabilia ipsa dicere. si enim comparabilia sunt inter se, ut dicamus ignem esse æqualem aeri, aut secundũ quantitatem erunt, aut secundum potentiam, & qualitatem. qualitatem autem, aut eandem, ut quando dixero similem esse ignem aeri: quoniam ut ignis est calidus, sic & aer. aut secundum aliam & aliam qualitatem congregationis facta comparatione aut secundum aliam, hoc est contrariam, ut quando dixero sicut ignis est calidus, ita est aqua frigida: aut non contrariam, sed alteram genere, ut cum dixero, sicut hoc est calidum, ita hoc est album secundum proportionẽ facta iuxtapositione. Ostẽdit igitur quòd primum non est possibile, secundum magnitudinem comparationem ipsorum considerare, cum immutabilia sint. considerare enim sic ipsorum æqualitatem, ut totalitatum æque magnarum adinuicem existentium, stultum est. nam hæc quidem etiam manifeste apparent non sic se habentia, ut terra, & aqua: siquidẽ enim in terræ concauitatibus aqua consideratur, terra est maior: alia uero occultam habent demonstrationem æqualitatis, ut aer & ignis, & ad utrumq; collata aqua. sic igitur non est possibile æqualia inter se esse elementa. Sed si comparabilia ipsa dicat secundum magnitudinem, sic utique ipsa dicat, ut ipsa inter se mutentur, æquali materia unicuique ipsorum subiecta: ueluti si dicamus totam aquam æqualem esse toti aeri, eo ꝙ æqualis, & eadem sit in utroque materia, quæ & extensa aerem facere potest, & rursus contracta aquam: hoc autem est impossibile ei considerare, nisi ex partium adinuicem mutatione: quoniam enim uidemus pedalem aquã in decupedalem aerem, exempli gratia mutari, si sic accidat, dicimus sic æqualem esse pedalem aquam decupedali aeri, eo quòd ex eadem materia ambo sint rarefacta, atque densata. & hanc in totalitatibus seruari proportionem excessus, quę & in partibus consideratur. sic enim & Aristo. in Meteoris proportionem aquæ ad aerem sumpsit ex partium mutatione. quam enim, inquit, habet aqua tanta proportionem ad aerem ex ipsa generatum, hanc decens est & totum aerem, ad aquæ totalitatem habere. quod igitur nõ est possibile secundum magnitudinem comparabilia esse aliter, quàm habendo æqualem materiam, quæ possit magnitudinem utriusque comparabilium recipere, & ꝙ huiusmodi iuxtapositio ex partium adinuicem mutatione consideretur necessario, satis dictum est. quapropter inconsonum est comparabilia dicere, secundum magnitudinem esse elementa ei, qui ipsa seruat immutabilia. Consideremus igitur, an secundum potentias possibile sit ipsa dicere comparabilia, ut uerbi gratia, ut est ignis pedalis calidus, sic est decupedalis aer, secundum eandem uirtutem considerata comparatione. Sed neque hanc possibile est cõsiderare, si immutabilia sint elementa, eiusdem enim qualitatis una, & eadem est subiecta materia. quare si dicis decuplum aerem æqualem habere potentiam decimæ parti ignis, remissam consideras aeris potentiã, ignis uero intentam: una autem & eadem existente materia subiecta, remissam potentiam intendi possibile est, & intentam remitti. necesse est enim una, & communi existente amborum materia, potentia in ipsa considerari, ꝙ utrumque est. Idem quoque erit sermo, comparatione secundum contrarias qualitates sumpta, dicentibus nobis ut ignis siccus est, sic aer est humidus, aut ut ignis est calidus, sic aqua est frigida. qui enim contrarias dicit uirtutes, & unam amborum materiam, corpus trifariam dimẽsum, etiam mutationem necesse est considerare: contraria enim necesse est inter se agere & pati abinuicem, quoniã neque contraria aliter esse dicerentur. Si ergo neque secundum magnitudinẽ, neq; secundum potentiã, aut eãdẽ aut cõtrariã possibile est comparationem elementorum considerare, si ipsa immutabilia seruentur, quærendum est nunquid secundum tertium modum possit Empedocles considerare elementorum cõparationem, secundum proportionem potentiarum diuersorum generum, ut dicat, ut hoc calidum ita hoc album. inquit autem Aristo. ꝙ secundum hunc solum modum possibile est ei comparabilia elementa dicere, immutabilia supponenti ipsa. neque enim possibile est dicere diuersorum generum potentias agere omnino, aut mutari adinuicem, ut albedinem

nem

nem in dulcedinem. Quantum igitur ad id quod est, non euerti de immutabilibus elementis suppositionem, recte se habet hoc modo considerata comparatio, eo ꝙ nō inducit, ut aliæ, mutationem elementorum. Verum ipsa secundum se opinio non inconfutabilis existit, nisi alteram solam potentiam coordinationis considerauerit quis in elementis existentem, alteram uero minime ut si albedinem dicat esse in elementis, nigredinem uero minime, & dulcedinem quidem dicat ipsa participare, amaritudine uero non. sic & in calido, & frigido primum quidem extraneum est hoc, has quidem inesse, contrapositas uero non. deinde etiam frustra erunt, non habentes in quod agant, aut à quo patiantur. si autem sint quidem contrariæ, sed oppositionem dixerit secundum eas, quæ diuersorum generum considerari, & solum procedent prius dictæ rationes: ubi enim est contrarietas, ibi & passio ex necessitate est & mutatio: quoniam non fuerint contraria, quæ non pugnant adinuicem, & quæ se mutuo non corrumpunt. His igitur prædeclaratis, uerba ipsa consideremus. ꝙ igitur secundum magnitudinem, & moles non est possibile comparabilia esse demonstrat. cōcessum est enim ex sensu ꝙ non omnia sunt molibus æqualia: aer enim terra est maior, & aqua quæ in eius concauitates confluxit: incerta uero est aeris & ignis ad inuicem secundum quantitatem collatio, ne dicam ipsum succensum fomitem, qui continet aerem, rationabile esse maius aere, et inferioribus oībus: quare impossibile est molibus æqualitatem sumere. Poterunt ergo æqualia dici molibus, ut ex ęquali subiecto factæ in utrumque mutationis, quòd tantum quidem subiectum rarefactum aerem facit, uerbi gratia decuplum, densatum uero decimum huius secū dum molem aquæ. hoc enim significat apud ipsum illud & hoc quo mensurantur, hoc est secundum ꝙ æqualia sunt subiecto. hoc autem sic se habente non fuerint immutabilia elementa. existente eis communi subiecto, qd' contractum quidem facit aquam, extensum uero raritate aerem: hoc autem mutatio est. Hæc cum dixisset, ad eā quæ est in potentijs, transiuit æqualitatem, & inquit. si enim non secundum quantum æqualia dixerit, eo ꝙ ex æquali aliquo subiecto, & maius ipsorum, & minus generatum sit, ut prius dicebamus, relinquitur secundū potentias dicere esse ipsa comparabilia, quoniam æquantur potentiæ ipsorum secundum quantitatis proportionem, & interim eadem potentia supponatur, ut quæ est in decuplo, uerbi gratia aere caliditas æqualis fiat, undecimæ secundum molem ignis parti. Illud uero { Non ut quantū ex quanto, } significatiuum huius est, ꝙ non ex aliquo æquali quanto mutentur & in maius, & in minus densatione, & rarefactione, sed secundum potētiam ęqualitas sumatur. Sed priusquam dicam quę ad hāc suppositionem sequuntur absurda, transit ad æqualitatem secundum proportionem potentiarum, in qua sumit quæ genere differunt, ut album & calidum, similitudinē quādam, & proportionem secundum potentias qualitatum habentia adinuicem, ut dicamus ꝙ quantū est hic ignis calidus, tantum est hæc aqua alba. sic enim tantummodo potest comparabilia ipsa Empedocles dicere, immutabilia dicens. non enim mutatur album in calidum, aut econtra: nam ea, quæ diuersorum generum, in se mutuo mutabilia sunt. Quod uero additur { Hoc uero, ut hoc in quali quidem significat simile, in quanto uero æquale } uult significare ꝙ si non secundum quantum comparabilia sunt elementa, sed secundum dictam proportionem male dicebat Empedocles: hæc enim ęquaq; omnia: nā ęquale quidem in quantitate, in qualitate uero simile. oportebat ergo similia dicere, sed non ęqua. absurdum tamen inquit uidetur, si non proportione hęc comparabilia dixerit, immutabilia dicens, sed mensura potentiarū. impossibile est enim ipsa mensura potentiarum comparabilia dicere esse: exempli causa, ut hæc aqua frigida est, sic & decuplus ad ipsam aer. nam differentia secundum quantitatem, ęquale posse dicere eisdem potentijs, nō est immutabilia ipsa seruantis, ut iam demonstrauimus. amplius enim & minus secundum eandem potentiam non aliter est, quam ob id ꝙ ex eadem materia: hoc autē intensione, & remissione potentiarum contingit: hoc autē est mutatio. solum igitur ea, quę est diuersorum generum potentiarum, & ob hoc adinuicem non mutatarum proportio, comparabilia potest elementa Empedocles dicere. Cum autem dixisset { Aequale calidū } quoniā ęquale est quanti, mutauit statim in simile dicens { Aut similiter ignis tantum } Quomodo autem est possibile in pauca mole aeris, & in minori ignis similem esse caliditatē, ostendit inducens { Idem enim plus, eo quod eiusdem sit generis, talem habebit rationem } idem quidem in potentia sumēs. nam supponitur & ignis, & aer calidus. ipsum autem plus, in molibus: supponitur enim multiplex aer ad molem ignis, in caliditate autem ęqualis ei. impossibile est autem eandem potentiam in diuersis esse magnitudinibus, non una & eadem supposita amborum materia. si autem inęquales moles ignis, & aeris, similiter sunt calidi. si ergo ęqualem sumpsero igni aeris molem, minor erit quę in aere caliditas ea quæ in igne: quapropter intensione, & remissione idem subiectum fit magis, minusque calidum.

Atqui neque augmentatio utique fuerit secundum Empedoclem, nisi secundum additionem: igne enim auget ignem. Auget autem terra quidem suum genus: æthera quoque æther, hæc autem apponuntur. uidentur autem non sic augeri ea, quæ augentur. Tex.c 38 *Multo autem difficilius est reddere de generatione secundum naturam. ea enim quæ fiunt natura, omnia fiunt, aut semper sic, aut ut plurimum: quæ uero extra ipsum semper, & ut plurimum à casu, & à fortuna. quæ igitur causa huius ex homine hominem, aut semper, aut ut plurimum, & ex tritico triticum, sed non oliuam.* Tex.c.39 *An & si ita compositum fuerit os, non enim ut contigit conuenientibus aliquid generatur, quemadmodum ille dicit, sed ratione quadam. quæ igitur horum causa? non enim iam ignis, aut terra.* Tex.c 40

Com. 17. Cum demonstrauisset ꝙ inconsona ipse sibi Empedocles supponit, immutabilia dicens elementa, & comparabilia esse adinuicem, demonstrat nunc ꝙ neq; augmentatio est secundum ipsum, neq; generatio, quæ est secundū naturam, si immutabilia sunt elementa: & interim ꝙ augmentatio non est nisi æquiuoce quę secundum appositionem dicitur. etenim si quis aquam aquę addiderit, & fecerit ampliorem, consueuimus dicere aquam auctam esse. similiter in ędificio, aut in opere fictili appositione exterius facta. sed hoc non est augmentatio, sed similis appositio, quę enim fit naturalis augmentatio prius demōstrauit in primo sermone, ꝙ. s. alterata carne augente, dico nutrimento, & apposito partibus, & ab alteratiua in eis potentia eis assimilato, & eo quod augetur secūdum omnes dimensiones crescente. Sed & causam, inquit, generationis secundum naturam difficilius est assignare. secundum naturam autem dixit, quoniam generātur quædam etiam secundum artem, & electionem, & fortunā. Empedocles quidem enim coeuntibus inquit elementis, quouis modo contingat, alias alia generari. hoc enim & Aristo. significauit cum dixit, sed non ut contingit conuenientibus nihil fit, ut ille inquit. sed quæ quidem à fortuna fiunt, & casu rara: quę uero à ratione, & natura semper similiter, aut ut plurimum: semper enim ex homine homo, & ex uite uitis. si enim fortuna in raris est, ergo quæ non raro, sed semper, aut plurimum fiunt, non à fortuna, sed à ratione, & natura fiūt. Prętetea si impassibilia sunt elementa, nullius erit generatio, sed solū mistio, fœdusq; mistorum. hoc autem non uidetur sic se habens. unde. n. uariȩ compositorum species, & animatorum distinctio per membra officialia. mistio enim medietatem conuę-

nientium facit solum, non substantiæ mutationẽ, nec mẽbrorum instrumentalium fictionem. nihil igitur utcũque conuenientibus fit, ut ille dicit, sed ratione aliqua. Quid igitur huius est causa, non certe ignis, aut terra. si enim non quęcunq; mistio os facit, aut neruum, aut carnẽ, aut quod uis aliud, sed in ratione eius, quæ fit secundũ quãcunq; partem mistionis, est aliqua eius, quæ est secundũ rationem, & in ordine quodam generationis causa. non enim certe inquit terra, hoc est elementorum cõgressus. nam ut dixi temperiem quandam, & medietatem potentiarum, congredientia elementa faciunt, non tamen substantiam ossis, aut nerui, aut uenæ, aut aliorum similariũ aut instrumentalium alicuius. necesse est igitur rationem & naturam causam dicere horum effectiuam, quam ille non tradit.

Tex.c.42. *At uero neque amicitia & lis, congregationis enim solum, hæc uero disgregationis est causa. hoc autem est substantia, quæ est uniuscuiusque, sed non solum mistio, & fœdus mistorum, quemadmodum ille dicit. fortuna uero in his nominatur, sed non ratio est autem mista esse, ut contingit: torũ enim quæ natura sunt, causa est sic se habere: & uniuscuiusque natura est hæc, de qua nihil dicit. Nihil igitur de natura dicit, at qui & bene hoc, & bonum. qui uero mistionem solam laudat, quamuis elementa distinguit non lis, sed amicitia natura priora Deo; Dei autem & hæc.*

Com. 18. Sed nec amicitia, & lis, causa est inquit generationis secundum rationem: solius enim congregationis amicitia secundum ipsum, disgregationis uero lis est causa. quid igitur est faciens in ratione mistionem: nam in mistione quæ est in arte, uirtutes conuenientium simplicis mistionis sunt causæ: rationalis uero congressus, & ad quantũ congregationis ars est causa: quapropter aliud quid præter amicitiam causam esse dicendum est mistionis, quæ est secundum rationem: hoc autem est quod uocamus naturam, quod est uniuscuiusq; substantia. Empedocles uero hoc ipsum solum, mistionem quæ ab amicitia fit, & segregationem quæ à lite, naturam nominari dicit. sic autem secundum ipsum, etiam quouis modo à fortuna mista sine ratione uniuscuiusq; naturam oporteret uocare: & similiter ea quæ disgregantur. si ergo est & in his quę præter naturam: non ergo fortuita mistio, nec rursus segregatio natura iure uocetur, sed quæ est secundum rationem, de qua Empedocles nihil dixit. sed & secundum rationem, inquit, mistio secundum quam uniuscuiusque substantia designatur, ipsum bene, & bonum cuiusq; est: unicuiq; enim bonum est, quod est secundum naturam: hoc autem est, quod secundum rationem. sed Empedocles hoc derelinquens mistionem & solum laudat: cum tamen si non secundum rationem fiat, dedecore potius digna est, corruptionis enim causa fit. Quoniam autem Empedocles Deum uocans ipsum sphærum, & mundi machinam, amicitiam quidem laudat ut causam huius, per omnium congregationem. litem uero uituperat, ut Dei disgregatiuam: priora enim existentia elementa ipso sphæro, ab amicitia congregata, ipsum fecerunt. Aristote. igitur in contrarium circũuertit Empedoclem, quòd potius disgregationis est causa, secundum ipsum amicitia. si enim ex elementis sphærus est factus, non certe manẽtibus ut se habent secundum naturam. ergo disgregauit ab eis, quæ singulum ipsorum ante sphærum designabãt qualitates à subiectis ipsarum: non enim aliter unam formam sumpsissent uniuersa, quæ ipsius sphæri sunt. si ergo disgregatio est ueluti formæ à materia separatio: hoc autem amicitia fecit: igitur disgregationis magis est causa. Illud autem { Dei autem & hæc, } scilicet elementa, & non solum sphærus est Deus. Ni forte igitur hoc dicens, significauit ꝙ non magis amicitia laudabilis est, ut faciens sphærum Deum existentem, quàm uituperabilis, ut disgregans elemẽta, & corrumpens. { Dei enim & hæc } aut scilicet ut Empedocle hæc ipsa dicente Deos, aut ut ad suppositionẽ sequente potius. si enim priora sunt sphæro, & immutabilia, cur nõ sequetur, & hæc Deos dicere.

Tex.c.42. *Amplius autem de motu simpliciter dixit. non enim sufficit dicere, propter quid amicitia, & lis uincit, nisi hoc erat amicitiæ esse tali motu, liti uero tali. oportebat igitur aut definiuisse, aut supposuisse, aut demonstrasse, aut acriter, aut leniter, aut alio quodammodo.* Tex.c.43. *Amplius autem quoniam uidentur & uiolentia, & præter naturam mota corpora, & secundum naturam, ut ignis sursum quidem non uiolentia, deorsum uero uiolentia, ei autem quod uiolentia, quod est secundum naturam contrarium, est autem quod uiolentia, erit igitur & secundum naturam moueri. Hoc igitur amicitia mouet? An nõ, econtrario enim terram sursum, & disgregationi assimilatur: & magis lis causa motus est secundum naturam quã amicitia: quare etiam omnino præter naturam amicitia utique magis fuerit.*

Com. 19. Cum nihil inquit de motu determinauisset, & quis est & quorum, simpliciter sic amicitiam dicit mouere, & litem, hanc quidem distinguentem, separantemq; abinuicẽ elementa, illam uero ex distinctis, distantibusq; coniungẽtem. oportebat igitur inquit prius, aut distinguere quę sunt de motu, aut supponere, aut demonstrare, nam hæc sunt sciẽtiæ opera. principia enim supponunt, & definiũt; ut quòd punctũ imperfectibile est: quòd triangulorum tres sunt species, ęquilaterum, æquicrus, scalenus: quòd circulus est figura plana una linea contenta, ad quam à medio concidentes æquales inter se sunt. quæ uero sunt post principia demonstrant. nisi fortasse inquit sint per se motus amicitia, & lis similiter. sed non hoc dicit Empedo. sed motus causas amicitiam, & litem: quare nihil de motu dixit. Empedocle uero amicitiam quidem laudante, ueluti causam motus secundum naturam, litem uero uituperante, ueluti contrarij: dicit enim. Ego quoq; huc uem fugiens diuinitus, & errabundus, liti irascenti obediens. in contrarium rursus ipsum Aristote. circunducit, ostendens, quòd secundum suas suppositiones, amicitia quidem motus præter naturam, lis uero eius, qui secundum naturam, est causa. Hoc autem prius ostendit, quòd est motus secundum naturam, & præter naturam. cum enim ostendisset quòd est uiolentus motus, ut ignis deorsum, & glebæ sursum, & rursus non uiolentus, ignis quidem sursum, glebæ uero deorsum, concludit quòd quoniam hæc contraria, uiolentus autem præter naturã est, igitur non uiolentus est secundum naturam. si ergo lis est disgregationis causa, disgregata autem ex sphæro elemẽta, deferuntur & mouentur, terra quidem deorsum, & ad medium, ignis uero sursum & ad circũferentiam, hi autẽ sunt horum secundum naturam motus: lis igitur naturalis elemẽtorum est causa. amicitia uero congregans hæc, & in unum ducens, terram quidẽ à medio excutiet, ignẽ uero à circũferentia, ut ambo in unum cogat, hoc autem est præter naturam mouere ignem, & terram, facientem ipsa extra moueri à naturalibus locis. igitur sicut se habent motus, & mouentia se habebunt. sic itaq; & amicitia præter naturam erit, lis uero erit secundum naturam.

Simpliciter autem nisi amicitia & lis mouerent, horum corporum nullus esset motus, neque quies. sed absurdum.

Tex.c.44 *Amplius autem & apparent mota, disgregauit enim lis. latus autem fuit sursum æther non à lite, sed aliquando quidem inquit uelut à fortuna. sic enim cucurrit aliquando, multoties quoque aliter. aliquando autem inquit natum esse ignem sursum ferri, æther uero inquit longis terram ingrediebatur radicibus.*

Com. 30. Secundum Empedoclem inquit, auferentur omnino

motus

motus naturalis,& quies. si enim etiam non existente amicitia,& lite,à seipsis mouentur elementa,non fuerint causæ motus ipsorum amicitia,& lis.si autem hæc sola motus ipsorum sunt causæ,auferemus ipsorum secũdum naturã motũ.qui.n.est ex alio,& nõ ex seipso, est prҿter naturã ei qđ mouetur.sed si est præternaturalis oino est & naturalis.nã ad se mutuo referũtur naturale,& prҿter naturã. sed & si inquit,ipse nõ dat eis motũ ex seipsis:neque hoc ipse annotauit, lis tamen inquit distinxit solum elementa à sphæro.distinctis autem lata est terra quidẽ deorsum,ignis uero sursum, secundum naturam. habent igitur & ex seipsis & naturalem motum:quapropter neque in proprijs suppositionibus insistit Empedocles. Dicens autem inquit à lite,& amicitia moueri elementa, ueluti non aduertens ad ea quæ dicit,quandoque quidem à fortuna,quandoque uero à natura ipsa ferri dicit.quare ex nunc appositis eius uerbis,dat eis etiam motum ex se.nihil igitur distinguens manifestum, aut de motu simpliciter,aut de motu elementorum dixit Empedocles.

Simul autem & mundum similiter se habere dicit in lite nunc, & prius in amicitia. quid igitur est mouens primum, & causa motus? non enim utique amicitia & lis,sed cuius motus,hæ sunt causæ. si uero est,illud principium.

Com. 31. Aliud rursus absurdum ad Empedoclis suppositiones infert:similiter enim se habentem mundum moueri dicebat,& in lite nunc,& prius in amicitia.si igitur amicitia, & lis alijs,& contrarijs mouent motibus, hæc quidem sphærum disgregans,illa uero elementa congregans,mũdus uero similiter se habet nunc & prius,altero ergo mouetur motu ex seipso,& æterno,neque lite ipsum mouente,neque amicitia. erit igitur aliqua præter has motus æterna causa,& neque lis, neque amicitia: quandoque enim manet horum utrunque.Quærit autem Alexander quomodo similiter se habere mundum dicit nunc & prius,utrum eundem,an alium,& alium. Videtur autem in quit idem mundus ab ipso dici.si enim quis inquit dicit mundum esse,& eam quҿ à lite fit, disgregationem, & eam quæ ab amicitia,congregationem, quo pacto ulterius alterum fuerit prҿter litem,& amicitiam mundi motiuum.si autem mundum dicat naturale corpus,congregabitur hoc,& segregabitur subiectum existens ex elementis,& sphæro:mouebitur autem & alicubi proprio motu,ue naturale corpus. Aut similiter inquit mundus & idem est,& mouetur,& in lite nunc, & in amicitia prius.in medijs autem interceptionibus motuum,qui ab eis fiunt,& prius quando litem amicitia uincebat,& nũc quando amicitiam lis,mundus est,altero motus motu,et non his,quibus amicitia,& lis mouent.

Tex.c.45 *Absurdum quoque, & si anima ex elementis, aut unum aliquid ipsorum: alterationes enim animæ quomodo erunt? ut musicum esse, et rursus immusicum, aut memoria, aut obliuio: manifestum enim quòd siquidem ignis ipsa anima, passiones inerunt ipsi, quæcunque igni, quatenus ignis. si uero mistum, corporeæ, horum autem nullum corporeum. sed de his alterius opus est considerationis.*

Com. 32. Omnia ex quatuor generans Empedocles, animam quoque ex his generabat. Terra enim terram cognoscimus,aqua uero aquam, Aethere autem ҿthera diuum, igne uero ignis est manifestus:Amore amor, lite quoque tristi lis.Si ergo ex elementis est anima, easdem habebit passiones,quas habent & elementa: nullam autem passionem corpoream habet anima,qualem sustinent terra, & aqua,ignis,& aer.musicum enim & immusicum,memoria,& obliuio,artes,& scientiҿ animҿ sunt passiones, & nulli elementorum accidunt.non enim sunt corporeҿ passiones hҿ,neque sensibiles,sed neque eҿ quҿ sunt elementorum ipsi animҿ,raritas,densitas, caliditas, frigiditas,leuitas,grauitas,aut aliqua earum, quæ circa corpora considerantur. Prҿterea,si immutabilia sunt secundum Empedoclem elementa:mutatur autem anima secundũ cognitionem,& ignorantiam, uirtutem,& uitium, non utique ex elementis fuerit.supersedit autem ab his sermonibus,reponitque ad librum de Anima non immerito.

Tex.c.46 De *elementis autem, ex quibus corpora constant, quibuscunque quidem uidetur esse aliquod commune, aut mutari ad inuicem, necesse si alterum horum, & alterum accidere.*

Com. 33. Cum compleuisset sermones aduersus Empedoclem, & omnia pertransiuisset membra propositæ diuisionis, & alia quidem confutauisset, solumq; illud membrum dereliquisset, dicens quatuor elementa principia esse mutabilia,rediens ad doctrinam de ipsis,inquit, ꝙ quicunque ipsa mutabilia supponunt,consecutiue etiam cõmunem ipsis materiam subijci debent:& econuerso, quicunque communem materiam supponebant,etiam mutari ipsa,adinuicem dicebant.consequuntur enim se mutuo dicere commune subiectum,& mutabilia ipsa dicere, & mutabilia ipsa dicenti communem materiam supponeret.quicunque uero immutabilia supponentes dicunt ex ipsis fieri alia,ueluti ex lignis, & lapidibus taliter compositis domum,in absurda incidunt,cum non possint dicere,unde sit carnis forma,aut ossis perfecta, aut aliqua aliorum cuiusq;. Sed habet & hoc,inquit,dubitationem etiam aduersus eos,qui ea dicunt mutabilia.Cum autem dixisset hoc,primum exponit quo pacto illi,qui immutabilia ea supponebant,non possunt seruare compositorũ generationem.si enim elementa,inquit, immutabilia manentia,& solum sibijnuicem iuxta posita,secundum hãc compositionem fecerunt carnem,ut lapides, & lateres, & ligna domum,non erit ex quauis parte carnis ignem, & aquam,& alia generari:quemadmodum nec ex quauis parte domus possibile est secerni omnia.neque enim ex lapidibus unquam secernentur lateres,& ligna:similiter autem neque secundum illos erit segregatio omnium ex carne.nunc autem hoc manifeste inquit, uidemus, ꝙ ex quacunque carnis,& ossis parte segregantur terra,et aqua,& aliorum unumquodq;.possibile est enim eandẽ caruunculam comburentem in ignem conuertere,aut in aerem,& putrefacientem terram fecisse:dissoluere quoque in aquam possibile est ab humida substantia deuictam.quapropter falsa est & manifestis repugnans eorum suppositio.Forte autem ad hæc dicerẽt illi,ꝙ ex omni quidem carne dicimus compositionem omnium: non tamen concedimus ex quacunq; parte carnis omnia secerni.nam & si secundum apparentiam uideatur ex quacunq; parte eius secerni omnia,non est uerum. est enim aliquid in ea, quod solum est ignis, & quod solum est aqua uidetur autem sensui ex quacunque omnia generari,quoniam ad tenues partes unumquodq; compositionem facientium per totam carnem seminatũ est,ut nõ sit accipere per sensum separata ipsa à se inuicem,ut in collyrijs se habet,quҿ ex multis cõmistis constant,ut quod ex quatuor,aut quod ex sex speciebus conficitur. sic igitur illi fortasse respondentes dicerent. Si autem quis dicat ad eos,ꝙ similarium naturam tollunt, non dicentes omnem quanuis particulã carnis esse carnem:hoc.n.est similare,cuius partes similes toti sunt,& inter se: dicenҿ ad eum,ꝙ uniuersaliter quidem similarium naturam nõ tollimus,siquidem quatuor elementa similaria dicimus esse,carnem uero & os,non ponimus esse similaria.sic igitur demonstrat ex immutabilibus elementis,impossibilҿ esse carnem facere,& os,& aliorum quodcunque,Dicit quoque dubium esse sermonem & his,qui ipsa dicũt mutari adinuicem,quomodo nam simul est, & forma carnis,& ossis,aut aliorum cuiusdam similarium.si enim dicunt ipsa non seruari in mistione,aut uno contrariorum corrupto,utputa igne,& erit uniuersum aqua,aut ambobus corruptis,materia derelinquetur: quoniam et dicunt hoc ipsum compositum medium esse simplicium,& po-

tentia quidem omnia,actu uero nihil.hæc autem omnia materia congruunt nominari:nam & medium hęc uocatur,& potentia quidem omnia,actu uero nihil.Ponit autem solutionem eius quę fertur contra propriam opinionem dubitationis.Est autem propria opinio adinuicem elementa mutari.Soluit autem dicens,quod & in sermone de mistione dictum est prius,in composito enim,& si dicamus synceram ignis formam corruptam esse, sed calidum non penitus esse corruptū dicimus: calidum enim adhuc esse compositum,quanuis non syncerus ignis sit: nam non omne calidum ignis est, sed est syncerus quidem ignis summe calidus,& syncera aqua summe frigida,composita uero non summe,sed ut ad summe calidū, frigidum:ut autem ad summe frigidum,calidum : sic & in frigido dices,q summe quidem frigidum corruptum est,& non est amplius aqua pura in composito nisi potentia:non tamen omnino corruptum est: esse enim frigidum collatum ad summe calidum.quare dicentes calidi quidem,& frigidi corruptas esse summitates:generari autem compositum,quod ad summe quidem calidum,frigidum est: ad summe uero frigidum,calidum, non ulterius dicimus seruari extrema actu,nec materiam inducemus. Eadem quoque ratio et in humido,siccoq;. actu enim dicimus ipsum esse siccum,& humidum, non summe, sed ut siccum quidem ad aliquid,collatum humido summe, humidum quoq; secundum quid collatum summe sicco. rursus potentia dicimus ipsum esse siccum,& humidum, & non actu.summe enim siccum,& humidum in elementis considerantur: hæc autem corrupta sunt, & non sunt in composito nisi potentia:.potentia enim sunt in composito elementa,& non actu. sed non eo modo potentia, quo & materiam dicimus potentia,utrunq; esse contrariorum:nam materia est omnino priuata, & nihil habet formæ ignec,aut aqueæ, quæ dicitur potentia esse, sed compositum,quanuis nō syncere.habet tamen ignis formam castigatam,& totum hoc ignem non purum,sed ut dixi castigatum.Sed nunquid nec secundum secundum significatum eius,quod in potentia, quo significato dicitur potentia ædificator,qui habet scientiam & habitum ædificatorium, sed hunc non exercet ex aliquo impedimento,aut quia dormit,aut quia materia non affluit.Sed nec in hoc uidetur dici.non enim habemus dicere q compositum habet quidem habitum, & potentiam synceri ignis,sed hanc non promit. non enim habet potentiam ignis.nam si haberet ageret & secundum hanc materia pręsente:nunc autem non uidetur operans. Est igitur & alterum quoddam significatum eius, quod est in potentia præter hæc consueta,cuius uidetur & Aristo.in tertio Physicæ auscultationis meminisse.quòd enim est,& alterū eius quod est in potentia significatum, declarat hinc.nam quod est secundum aptitudinem, & quod est secundum actum extrema sunt, quod uero est medium horum,omne ut quæ est in generatione domus mutatio, alterum est.nec enim sic est potentia domus,quæ edificatur,ut lapides & ligna sunt potentia domus. neq; ut semen potentia homo,sic & quod generatur embryon.neque ut nuper natus puer,est potentia grammaticus, neq; ut qui opportunitatem habet disciplinæ. uerum nec sic ut qui iam edoctus est,& in hoc ipso est latitudo multa: nam hoc quidem formæ propinquius est, illud uero remotius.hoc itaq; manifestum est. Illud uero rursus sciēdum est,quod & animaduersione dignum est.forte enim dicet quis quòd si dicimus syncerum calidum,ut calidū quidem non esse corruptum,sed ut syncerum quidem calidum esse corruptum , non ulterius possumus dicere & ignem,ut ignem quidem syncerum esse corruptum , ut ignem autem simpliciter non esse corruptū.si enim ignis quatenus ignis est,secundum summum & syncerum calidum consideratur:non enim est ignis quatenus ignis,ad aliud quidem calidum,ad aliud uero frigidum,sed summe calidum.si ergo dicis summe calidum,ut summe calidum esse corruptum:est autem ignis quatenus ignis summe calidus,proculdubio ignis quatenus ignis corruptus fuit in composito. Et est uerum dicere ignem quidem, quatenus ignis est,semel esse corruptum , calidum uero quatenus calidum,simpliciter non esse corruptum , sed quatenus summe calidum esse corruptum. & hoc rationabiliter:non enim idem est calidum dicere & ignē:non enim si quid calidum est,hoc iam ignis est: sed si quid est summe calidum hoc & ignis, & si quid est ignis, hoc & summe calidum est.si autem semel ignis quatenus ignis corruptus est,manifestum est quòd compositum est potentia ignis in primo significato eius quod in potentia, quo materiam dicimus esse ignem potentia : nihil enim ignis,quatenus ignis est , habet cōpositum.in calido tñ uera seruantur,quæ dicta sunt prius . quoniam enim ut summe calidum corruptum est,ut autem simpliciter calidum non est corruptum,rationabile est non in primo significato eius,quod est in potentia,dici compositum potentia,esse summe calidum,sed dicetur secundum ea quę superius determinata sunt. hęc quidem intantum dicta sint,de proposita speculatione,prolongata. Redeundum autem est,ad id quod à principio dicebamus.Cum enim demonstrauisset quòd non cogitur materiam inducere ex hoc dicto,quòd neutrum extremorum seruatur in cōposito,quoniam dicit extrema excessus suos perdentia, in mistione medium quid amborum extremorum perficiunt,ne quis dicat quòd si semper in mistione medium quid amborum perficitur,unde nam tanta differentia cōpositorum: carnis, ossis,medullæ,& aliorū,huic ipsi instat,& huius quod est esse differētias in compositis causam tradit,ex diuersa mistione, nam & si quodcunq; cōpositorum omnibus participat,non tamen secundum eādem rationem,sed hæc quidem magis calido participāt, illa uero magis frigido,& illinc etiam composita , & si omnia extrema potentia sint,sed tamen hoc quidem est magis potentia calidum,quod facile mutatur,minus uero quod tardius,facilius autem in ignem mutatur, quod magis igne participat,tardius uero quod minori igne participat. Scire autem oportet , quod & si dicamus , non æquatis quidem elementis adinuicem ipsorum mutationem fieri, deuictis imbecillioribus secundum potentias, & mutatis in fortiorum naturam,ut omnia fiant ignis, aut aqua,æquatis uero composita perfici , non certam æqualitatem sumimus.Eodem quoq; modo, nec cum in composito dicimus extrema medium aliquod perficere, insectile accipimus,& indiuisibile,quale est certum medium,sed quod in multa diuiditur,& multas habet differentias penes magis & minus.siue igitur inquit materia aliqua supponatur omnino,& circa hanc elementa mutabuntur,quoniam frustra esset commune subiectum siue etiam elementa adinuicem mutantur , habebunt aliquod omnino commune subiectum,circa quod adinuicem faciunt mutationem.pugna enim contrariorum fit de aliquo communi utrisque subiecto,hoc ipsum occupare utroque contrariorum uolente.

Quicunque uero non faciunt ex seinuicem generationem, neq; ut ex unoquoque,nisi ut ex pariete lateres , absurdum. quomodo enim ex illis erunt carnes & ossa, & aliorum quod libet? Habet autem quod dicitur dubitationem & apud eos, qui ex seinuicem generant,quonam modo fit ex ipsis alterum quid præter hæc.dico autem ut si ex igne est aqua,& ex hoc fit ignis,est enim aliquod commune subiectum.atqui & caro ex ipsis fit & medulla,hæc autem fiunt quomodo? illis enim dicentibus,ut Empedocles,quis erit modus? necesse enim compositionem esse quemadmodum ex lateribus,& lapidibus , paries,& mistura quoque hæc,ex seruatis enim erit elementis, secundum parua uero adinuicem compositis, sic itaque caro. & aliorum singulum. Contingit autem non ex quauis par- Tex.t 47

te carnis

te carnis fieri ignem, & aquam, quemadmodum ex cera fieret utique, ex hac quidem parte sphæra, pyramis uero ex alia quadam, sed contingit ex utraque utramque genitam esse. hoc itaque hoc modo fit ex carne, ex quacunque ambo. dicentibus autem illo modo non contingit, sed ut ex pariete lapis, & la-
Tex.c.48 *ter, uterque ex alio loco, & parte. Similiter autem et facientibus unam ipsorum materiam, habet quandam dubitationē, quomodo erit aliquid ex utrisque, ut frigido, & calido, aut igne, & terra.*

Com. 34. Quicunque, inquit, non dicunt ex se inuicem generationem habere elementa, sic autem ex inuicem, ut ex unoquoque unumquodque fiat, sed segregari ipsa actu inexistentia, ut ex pariete lateres, hi inquit non possunt carnē, & os ex ipsis facere, propter absurda, quæ consequenter infert. Illi quoque inquit, qui mutabilia dicunt elementa esse, & dicunt ignem, & aquam ex se inuicem generari propter commune subiectum, ex ambobus autem conuenientibus os fieri, & neruos, & reliqua, ipsi etiam dubitabunt quomodo nam oportet dicere ex simplicibus mutatis fieri carnem, & os, & neruum, & aliorum singulum. esto enim quòd ex se mutuo fiant simplicia, sed quomodo ex coeuntibus simplicibus composita non facile est tradere. Deinde cum hoc dixisset, primum exponit sequentia absurda his, qui ipsa immutabilia supponunt. & sic ponit instantias, quæ feruntur aduersus eos, qui ipsa mutabilia dicunt. Cum autem dixisset sequens absurdum, his qui dicunt elementa immutabilia manentia, secundum quandam compositionem facere carnem, & os, non posse, scilicet eos ex quacunque parte carnis ignem facere, & terram, & alia, ex exemplo ceræ declarat, quomodo inquit ex quocunque omnia generari. nam quemadmodum in cera, quanuis sumpserimus hanc partem sphæram facere, illam uero pyramidem; contingit tamen ex ea, quæ pyramidem fecit, sphæram factam iri. & si facta non sit, & ex ea, ex qua pyramis sphæram. hoc quippe modo inquit, hoc quod est ex quauis particula ambo facta iri, etiam in carne contingit. nam & si ex hac quidē parte carnis, aqua fiat, ex alia uero ignis, possibile est tamen ex utraque particula carnis, similiter & aquam, & ignem generari. quod enim mutatur in ignem, poterat & in aerem mutari, quod illi quidē supponere non possunt: apparet autem sic se habens.

Si enim est caro ex utrisque, et neutrum illorum, neque rursus compositione seruatorum, quid relinquitur, præterquam materiam esse ex illis? alterius enim corruptio, aut alterum facit, aut materiam. Nunquid igitur quoniam est & magis, & minus calidum, & frigidum, quando quidem simpliciter fuerit alterum actu, potentia alterum erit: cum uero non omnino. sed ut quidem calidum frigidum, ut uero frigidum calidum, eo quod quæ miscentur corrumpant excessus mutuos, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum utrumque actu simpliciter, sed intermedium.

Com. 35. Nunc dubitationem, quæ fertur aduersus eos, qui mutabilia esse elementa dicunt, exponit. si enim, inquit, dicunt carnem ex ambobus esse nulli eorū, ex quibus est, eandem existentem, non tamen secundum compositionem ipsis seruatis, & immutabilibus manentibus, relinquitur nihil esse quod ex illis fit præter materiam: corrupto enim contrario, aut contrarium generabitur, aut materia. si ergo neque ambo dicunt seruari, neq; alterum, materia erit. Hæc cum dixisset, soluit eam, quæ contra propriam opinionem fertur dubitationem. est autem quod uult dicere hoc. quoniam est calidum, & frigidum, hoc quidem ut summum, & simpliciter dicitur, & sine additione calidum, non alteri comparatum, cum quidem simpliciter fuerit calidum, aut frigidum actu, potentia est contrarium. cum uero non simpliciter fuerit calidum, sed ad alterum, quod ut ad summe calidum frigidum est, ut ad frigidum uero calidum, eo quòd excessus extremorum in mistione castigantur, tunc inquit, neque alterum contrariorum actu erit, sed potentia utraque. neque materia inducitur. corruptia enim extremorum exuberantija media quędam forma superuenit alia. Si autē quis quęrit, quomodo hoc miscibile potentia utrumq; contrariorum dicimus, & medium, cum scilicet materiæ potius hę appellationes conueniant. Sciat quòd & si potentia est utrumq; extremorum, & contrariorum, non iam est materia, quæ proprie prima, & informis est. nam & ignem dicimus potentia aquam, non ob id quòd materia ignis sit, quæ simpliciter & proprie dicitur materia. quod uolunt illi qui dubitant. formatus enim est ignis. Præterea determinatum est prius, in quo nam significato dicitur materia potentia utrūq; contrariorum, & in quo compositum potentia est ipsa simplicia. & simpliciter quoq; Aristo. hoc consequenter distinguit.

Secundum autem id quod potentia magis esse calidum, quā frigidum, aut econtrario, secundum hanc rationem duplo calidum potentia, aut frigidum, aut triplo, aut secundum alium modum huiusmodi. Erunt autem mistorum alia ex contrarijs, aut elementis, & elementa ex illis potentia quodammodo existentibus.

Quoniam dixit ex mistione fieri aliquod medium extremorum, hoc autem medium non est indiuisibile, sed habet differentias, hoc ipsum adnotat, causam dicens. quatenus enim inquit aliquid dicitur potentia esse magis calidum, quàm frigidum, & habere excellens calidum, & magis esse frigidum, quàm calidum, secundum hanc eandem rationem exuperantiæ, aut erit in duplo calidū, aut in triplo. nam excessus hic in aliqua ratione omnino erit, aut dupla, aut sesquialtera, aut tripla, aut alia huiusmodi quadam. Hoc autem cum in medio dixisset, consequenter dicit quòd ex his simplicibus, & contrarijs mistis erunt composita: alia enim dixit pro eo quod est composita: & elementa rursus simplicia ex illis compositis. Cū autem dixisset ex contrarijs, addidit { Aut elementis. } quoniam contraria sunt non ipsa elemēta, ut ignis aqoq; sed secundum quæ formantur. formantur autem secundum calidum & frigidum, humidum & siccum, quæ & proprie contraria sunt. hæc uero neq; sine subiecto aliquo sunt, neq; miscentur. merito ergo subiunxit illud, aut elementorum: ex his enim est mistio. Forte autem possibile est & uerbum illud, { Aut secūdum alium modum huiusmodi } coniungere uerbo illi erunt, tanquam alia quidem ex mistis, alia uero sint ex contrarijs. Com. 36.

Non autem sicut materia, sed dicto modo. & est ita quidem mistio, illo uero modo materia id quod fit.

Cum dixisset quòd simplicia ex compositis fiunt potentia existentibus, id quod simplicia, infert dicēs, quòd non sic composita sunt potentia ipsa simplicia, quemadmodum materia. Quæ igitur est differentia? Quoniā materia potentia dicitur esse elementa ipsa, secundum se nō subsistens, compositum uero formatum, & actu existēs, aliud quid præter simplicia, potentia dicitur esse ipsa simplicia, quapropter secundum nos, & secundum nostram rationem, ex simplicibus elementis corrupto in utroque eorum excessu, mistio est quod fit. sed secundum dubitātes, & dicentes omnino corrumpi formas elementorum in composito, informis est materia id, quod perficitur, & conflatur. quare si & secundum nos, & secundum quòd dubitatio uolebat, quod perficitur potentia est ipsa simplicia, sed non idem est hoc, sed ut quidem nos dicimus, mistio, ut uero illi, materia quod fit. Sed conuenientius forte uerba illa. { Non sic compositum potentia est simplicia, ut materia. } exponet aliquis dicens, hanc differentiam significatorum, quàm & prius diximus in speculatione. differentia uero hæc est, quòd materia quidem di- Com. 37.

citur potentia esse simplicia, nullum habens ipsorum formæ uestigium, quod est primum significatum eius, quod est in potentia: compositum autem non sic. habet enim hoc aliquid formæ simplicium, quantis ipsarum synceritas sit corrupta, quod non potest esse secundum primũ significatum eius, quod est in potentia. Et oportet illud annotare, ꝙ si hoc dicat Aristo. ꝙ nõ secundũ idẽ significatũ eius, quod est in potentia, & materia potentia esse dicit ipsa simplicia, & ipsa cõposita, de necessitate ignẽ, & alia nõ putat quatenus ignẽ perfecte corruptũ esse in cõposito, sed quatenus syncerũ ignẽ: ei uero, quod est ad alterũ calidũ castigatus ignis, idẽ est. Cõuenienter aũt diximus hanc nunc dictã expositionẽ. q̃m dicere cõpositum quidem actu existere, & per se subsistens esse, materiam uero minime, non est differentiam tradidisse eius significationis, quæ est de eo, quod in potentia, quã Aristo. innuit dicens, nõ secundum eundem modum compositum, & materiam dici esse potentia simplicia. Illud autem. { Ita quidẽ mistio, illo uero modo materia id quod fit. } eodem modo intelligendum est, secundũ utrãq; expositionem, ut prius diximus.

Quoniam autem & patiuntur contraria, secundum eam, quæ in primis determinationem, est enim quod actu calidum, potentia frigidum, & quod actu frigidum, potentia calidum. quare si non æquantur, mutantur adinuicem: similiter quoque & in alijs contrarijs & primum quidem sic elementa mutantur, ex his autem carnes, & ossa, & huiusmodi, calido quidem facto frigido, frigido uero calido, cum ad medium uenerint. hic enim neutrum, medium uero multiplex, & non indiuisibile. similiter autem & humidum, & siccum, & huiusmodi secundum medietatem faciunt carnem, & ossa, & alia huiusmodi.

Com. 38. Propositum quidẽ ei est docere quando ex seinuicem elementa generantur secundũ mutationẽ, quando autem cõposita perficiuntur, ꝙ quando quidem excesserit alterum, alterum in plus, mutatur minus à pluri deuictum, et fit uniuersum quale illud: quando uero æquantur contraria, tunc compositũ perficitur, utroq; in alterũ agente, et patiente, ut corrumpantur quidem excellentiæ, fieri uero medium quoddam. intellectus quidem est hic. Expositio uero uerborum huiusmodi, quoniam inquit nata sunt pati à seinuicem contraria, ut in sermone de agere, & pati prius determinatum est, quoniam contrarium potentia est id quod contrarium, ut calidum potentia est frigidũ, necesse est omnino, cum potentius fuerit alterum altero mutari in ipsum, quod debilius est: similiter autem & in sicco, & humido, & reliquis: quod autẽ inducit hoc est, quod quia sunt nata mutari adinuicem, cum contigerit æquata in seinuicẽ agere, primo impetu mutationis, utrũque in contrarium agit, sed quia æquantur potentijs, & neutrum alterum superat, fit quoddam medium summitate utriusq; castigata, sed quoniã mediũ hoc non est indiuiduum, sed in latitudine consideratur, hinc nõ est una quædam forma medij, sed plura composita, carnes, & ossa, & talia. ex his igitur inquit simplicibus castigatis à seinuicem secundum summitates fiunt intermedia. Id aũt: { Hic enim neutrum } pro eo quod est in tali mutatione quod fit, neutrum est extremorum, sed mistura ex ambobus. Cũ autem dixisset, ꝙ caliditas, & frigiditas, humiditas, & siccitas, secundum medietatem faciunt composita addidit { Et alia huiusmodi } quoniam & aliæ potentiæ, ut dulcedo, & acerbitas, quãuis nõ informantes sint: tamen & ipsæ medietatem quandã perficiunt in cõpositis.

Tex. c. 49 *Omnia uero mista corpora, quæcunque circa medij locum sunt, ex omnibus componuntur simplicibus: terra enim inest omnibus, eo quod unumquodque maxime, & plurimum sit in proprio loco, aqua uero, quia indigent quidem terminari composita, solam autem esse simplicium facile terminabilẽ aquã. Amplius autem & terram sine humido non posse consistere, sed hoc esse id quod continet. si enim auferatur omnino ex ipsa humidum, decidet utique. terra igitur, & aqua propter has existunt causas.*

Propositum est ei ostendere in his, ꝙ omnia naturalia composita corpora ex quatuor elementis constant: quoniam enim confutans eos, qui ex immutabilibus elementis constare dicunt corpora, sumpsit ꝙ ex omni parte cõpositorum, ut carnis, omne segregatur elementum, merito hoc ipsum nunc proponit ostendere, ꝙ omne compositum, ex quatuor elementis constat. Illud uero { Quæcunque circa mediũ locum } dixit, non ad distinctionem, uelut quibusdam existentibus mistis, non circa medium locum, qualem aliqui dicunt congressum humidæ, & siccæ exhalationis, quas in metereologicis dicit complexas ascendere, hæ autem natura mistæ non sunt, neq. aliquod compositum perficiunt, sed per iuxta positionẽ sibi mutuo hærent: sed est quod dicitur æquale huic: omnia autem mista, quæcunq; & circa mediũ locũ sunt: inest enim mistis circa mediũ locũ esse. hæc igitur inquit, ex omnibus constant elementis, & demonstrationes consequentes infert. Primũ autẽ ostendit, ꝙ omnibus cõpositis terra participat. est autẽ astructio talis, si unumquodq; inquit maxime circa propriũ abundat locũ, manifestum ꝙ cõpositis in loco terræ existentibus (locus etiam terræ est ipsum mediũ) plurimũ inest terræ. ꝙ autem & aqua necesse est ipsa participare, consequenter manifeste ostendit, ex eo ꝙ non possit terra per seipsam cõsistere, & terminari non ligatam, uelut colla quadam, aquæ complexione. Quomodo autem solam dicit aliorum facile terminabilem esse ipsam aquam, cum tamen aer facilius esse uideatur terminabilis, quia humidior est. At facile terminabile intelligendum est, pro eo quod est terminatiuum, ut ad terræ compositionẽ, uelut hac ex solius aquæ mistione facile terminabili facta, & declarat hoc lutum, quod non propter aerem, sed aquã facile terminabile fit: aqua enim cum sit magis repletiua aere, assidet & unitur huic: aer enim propter leuitatem, & tenuitatem partium præterfugit facile, & mistionem præterlabitur, aqua uero ut grauis, & densior aere, et magis cõplicatur, & adhæret.

Aer autem, & ignis, quia contraria sunt terræ, & aquæ: terra enim aeri, igni autem aqua contraria est, ut contingit substantiam substantiæ esse contrariam, quoniam igitur generationes ex contrarijs sunt, existit autem alterum extremum contrariorum, necesse & alterum existere, quare in omni composito omnia simplicia inerunt. Testari autem uidetur & nutrimentum uniuscuiusque: omnia enim nutriuntur ex eisdem, ex quibus sunt: omnia uero pluribus nutriuntur: etenim quæcunque utique uiderentur maxime uno solo nutriri aqua plantæ, pluribus nutriuntur, mista est enim aquæ terra: quapropter & agricolæ tentant, cum miscuerint irrigare. Quoniam autem est nutrimentum quidem materiæ, quod uero nutritur comprehensum cum materia, forma & species, rationabile iã solum simplicium corporum nutriri ignem omnium, eorum, quæ ex seinuicem fiunt, quemadmodum & priores dicunt: solus enim est, & maxime ipsius formæ ignis, eo quod natus sit ferri ad terminum: unumquodque autem natũ est in suiipsius ferri regionem: forma autem & species omnium in terminis. quòd igitur omnia corpora ex omnibus constant simplicibus dictum est. Tex. c. 50

Cum demonstrauisset aquam, & terram, inesse compositis, nunc ostendit ꝙ & ignem, & aerẽ necesse est inesse his. si enim mista inquit dicimus esse cõposita, miscentur autẽ nõ quæcũq; quibusq;, sed quæcũq; nata sunt pati à seinuicẽ, patiuntur autẽ cõtraria, manifestum ꝙ terra, & aqua existentibus, horũ quoq; cõtraria necesse est inesse: Com. 40.

est autem

est autẽ terræ quidẽ cõtrariũ aer,aquæ uero ignis:quare si est siccũ,& frigidũ in cõposito propter terrã, oportet & aerẽ esse,humidũ calidũq; existentem,ut contrariorũ mistio fiat.similiter quoq; si est frigiditas per aquam, & humiditas,erit & caliditas simul,& siccitas ꝓpter ignẽ. Cũ autẽ dixisset ꝙ ignis,& aer,aquæ,& terræ sunt con traria,necessario addidit uerbum illud{ Vt contingit sub stantiam substantiæ esse contrariam, }neq; enim secũdũ subiectum,sed solũ secundũ specificas potentias, dico.s. calidum,frigidum,humidum,& siccum. nam secundum hæc elementa ipsa contraria sunt inter se,in subiecto cõmunicantia,cõmune est enim omniũ. Sed forte quis di cet ꝙ caliditas,& siccitas est ignis forma, forma uero substantia est,quapropter substantia secundũ formã habet contrariũ.quo igitur ipse dixit in prædicamentis nul lam substantiam substantiæ esse contrariam. An manifestum est,ꝙ de substantijs cõpositis in prædicamẽtis erat ei sermo.habes aũt & hic manifeste quõ dicit ignẽ aquæ contrarium esse,ut & quotiens utiq; dixerit ꝙ nõ secun dum totum oportet intelligere,sed secundũ potẽtias quæ sunt in eis.Deinde etiã ex nutrimento ratiocinatur, ꝙ mi sta ex quatuor elementis sunt.qm̃ enim inquit unũquod que ex quibus constat,ex his & nutritur,nihil autem ex aliquo simplici nutritur,sed ex cõpositis, manifestum est ꝙ nullum dictorum mistorũ simplex est,sed ex quatuor omnia constant.Quod autẽ uidetur obstare de plantis, eo ꝙ aqua sola hæ nutriantur,hoc ponit & confutat dicens,ꝙ mista est aquæ qua nutriuntur,etiã terra. quare si ex quibus nutriuntur,ex his & cõstant,ex terra igitur, & aqua constant:si autem ex terra & aqua, necessario & ex cõtrarijs propter prius dictam rationẽ:participant igitur,& igne,& aere:necesse est igitur,& in nutrimento ipsorum hæc esse,& propter hoc non quãcunq; terram permiscent agricolæ,sed stercorosam,quæ & ignea,& ae rea participat substantia,quam inquit miscentes agricolas,sic uti irrigatione.Deinde ut ex usu quodã, & dicto poetico causam quærens,cur nam cum omnia elementa inuicem nutrientur,ignem solum dicunt aliqui nutriri:sic enim & poeta dixit,omnes simul ignis edit.dicit ꝙ quia nutrimentum materia est eius,quod nutritur : quod autẽ nutritur forma est comprehensa, & complexa materiæ, hæc enim est quæ & permanet:rationabile est ignem so lum ex simplicibus dicere nutriri.quoniam hoc solũ simpliciũ est forma.ꝙ autem sit ignis forma,astruit hoc mo do:si enim uidemus ignem secundum naturam ad terminum ferri:terminus autem est quod est extremum alicuius,& continens:unumquodq; autem secundum naturã fertur in proprium locum:manifestum ꝙ proprius locus est ignis terminus,hoc est extremum, & continens alia, quoniam ergo forma uniuscuiusq; in termino est:(formã autem dicit non secundum substantialem rationem) sed quæ est secundum morpham,& extrinsecam formã,hæc enim est quæ in superficie consideratur,accidit cũ in termino ignis fuerit,illius ipsius formam esse,est autẽ in termino aliorum elementorum,& extremo continente ipsa, manifestum est ergo,ꝙ est forma aliorum : merito igitur solum aliorum dicitur nutriri.

Tex.c.51. *Quoniam uero sunt quædam generabilia, & corruptibilia,& generatio est in loco circa medium, dicendum de omni generatione similiter,quotq; & quæ nam ipsius sunt principia:facilius enim sic singula considerabimus,quando de uniuersalibus assumpserimus primum. sunt igitur & numero æqualia,& genere eadem,quæ in æternis,et primis:hoc enim est ut materia,illud uero ut forma.oportet autem & tertium etiam adesse:non enim sufficiunt ad generandum duo, quemad modum neq; in primis.Vt igitur materia genitis est causa,possibilis esse,& non esse:hæc enim ex necessitate sunt ut æterna, hæc uero non ex necessitate:horum autem hæc quidem impossibile non esse,illa uero impossibile esse,eo quod non contingat iuxta necessarium aliter se habere:quædam autem & esse & non esse possunt,quod est generabile et corruptibile, quandoque enim est hoc,quandoq; uero non est:quare necesse est generationem esse,et corruptionem circa possibile esse,et non esse. quapropter et ut materia quidem hæc causa est genitis, ut ue ro cuius gratia,forma,et species. hæc autem est ratio uniuscu iusq; substantiæ.*

Cum dixisset in præaceptis quidnam est generatio,et quo ab alijs mutationibus differt,deinde in medio longum extendisset sermonem, de mutatione elementorum mutua,dicturus in sequentibus de singulari generatione, & de speciali elementorum mutatione, in Meteororũ negocio edocturus,resumit de uniuersali generatione sermonẽ,quærens quot sunt principia uniuersaliter eorum, quæ generantur,& corrumpuntur,& qualia:ex his enim & singularium generationum principia sciemus:quot.n. sunt uniuersalium generationum, tot etiam particulariũ principia erunt.Dicit ergo ꝙ tot numero sunt generabilium,& corruptibilium principia,quot & æternorum,& genere eadem.materia enim est in utrisq; subiecta,& forma similiter & in his, & in illis consideratur. sed quæ est in generabilibus materia,secundum id quod est esse in potentia consideratur,potentia enim est utriũq; contra riorum:in æternis uero non secundum id quod est esse in potentia,consideratur,sed semper est actu formata,& nõ interdum possidet formã, & interdum priuatur hac:quoniã ibi est æterna,& eodẽ modo se habens forma,& cõtrario carens,hic uero generabilis,& corruptibilis, quoniam contrarietas consideratur circa hanc. est autem inquit,& tertia causa,non ipsius generationis,sed ipsius esse,& permanentiæ.Tot igitur existentibus generationis principijs,materiale quidem,& formale, inquit, omnes cognouerunt,effectiuum uero somniarunt quidẽ,sed nullus dearticulauit. nam hi quidem effectiuam causam tradiderunt esse formã,ut Plato in Phædone.sic enim cum alios increpauisset,ut qui nullum de effectiua causa con ceptum acceperint,ubi & Anaxagoram commendauit dicentem intellectum effectiuam causam, nisi ꝙ nec ille usus est eo in generatione generabilium, ipse descendens dicit formã agere præsentia sui formatum.sed accusat ipsum dicens,quòd non sufficiens est forma existens ad faciendum:neq; enim imago dicitur facere id, quod ad ipsam fit,sed artifex,neq; sanitas ægrotãtem sanat, nisi me dico existente.Deinde dicit si sunt ideæ (has enim formas inquit Plato) quare existente participatio non statim generatur?ut forma sanitatis:existente autem, & laborante,cur non statim mutatus laborans ex ægritudine sanatur?sed est indigentia proculdubio medici.sic quidẽ confutat dicentes formas esse agentes. Alij uero,inquit, materiam causam tradiderunt, dicentes ipsam conuersam facere,huius uero opinionis sint, & qui atoma principia supponunt,& inquit,quòd quatenus quidem ad passiones,& motum animaduertentes ipsam effectiuam causam dixerunt,naturalius enunciarunt: effectiuam.n.causam dicimus id,à quo est principium motus: & secundũ hoc commendatione magis digni sunt alijs , qui formas dixerunt,quæ immobiles sunt:quatenus uero nõ aliquã aliam ab eo motu,qui est in materia causam dixerunt,secundum hoc accusatione digni sunt. materia enim non agendi,& mouendi uidetur principium habens , sed ut moueatur,& patiatur ab altero. Alij uero quidam effectiuas causas assignarunt potentijs corporum,caliditati, & frigiditati,quæ instrumenta sunt effectiuæ causæ,non ipsæ effectiuæ causæ.per has enim ut instrumenta natura operatur.Ostendit autem ꝙ & deterius , quàm ut instrumenta hæc operantur,siquidem instrumenta non regente arte,nihil circa materiã agunt,calidũ uero & frigidũ,nisi à natura,aut arte mensurata fuerint, corrumpunt subiectum.Hæc cũ dixisset,propriam opinionẽ de causa effectiua exponit.nos autẽ post hanc considerationem Com.41.

uerba aggrediamur.{Illi igitur omnia simplia} addendũ, composita.simplicia enim non constant ex simplicibus, quoniã non essent simplicia.Illud uero{Quædam generabilia,& corruptibilia} non ad superius referre oportet. non enim hoc dicit,ꝙ quædam corporum constantium ex elementis omnibus generabilia sunt,& corruptibilia: composita enim omnia ex quatuor elementis generabilia sunt,& corruptibilia:sed quoniã omnium corporum, hæc quidem æterna sunt,illa uero generabilia, & corruptibilia,propter hoc inquit existentibus quibusdam generabilibus,& corruptibilibus,quæ circa mediũ mundi consistunt,quærendũ est quot,& quę ipsorum principia generationis.& si genere eadẽ,quæ & in æternis,& primis.siquidẽ.n.ut materia,eiusdẽ generis inquit esse principia generabiliũ & æternorũ : etenim materiam dicit in utrisq; considerari generabilibus,& æternis:(materiã autem intellige hic eam,quæ secundũ subiectum consideratur)propter quod eiusdẽ generis merito inquit ipsas esse. subiectum enim ut in utrisq; consideratur,& æternis, & generabilibus.nam & si sint hæc quidẽ potior, illa uero deterior,nihil minus unius generis erunt.quoniã rationale,& irrationale animal hanc adinuicem differentiam secundum melius,& deterius habentia,tamen eiusdẽ generis sunt.potior autem est illa,quatenus semper actu nunquam potentia est,generatorũ uero materia potẽtia existens,contraria semper habet hoc,ꝙ potentia est contrarium eius,quæ est in ipsa,formæ. Et forte quis suspicatus fuerit non propter naturam materiæ,sed propter formas hanc aduenire differentiam.quoniam enim cœlestiũ forma non habet contrarium,sed est ęterna,& semper eodem modo se habet,propter hoc huius materia semper actu est.generabilium uero materia actu & ipsa existẽs, & nunquam informis manens,propter id quod contrarietas est in forma,accidit hanc semper habere esse in potentia. Scire tamen oportet quòd nõ solum propter formam,sed etiam propter ipsam materiæ naturam prouenit differentia.nam & generatorum materia nunquã cõtrarium reciperet,prius abiiciens,nisi haberet esse in potentia.sic & materia æternorum siquidem haberet potentiam abiiciendi formã,abiiceret utiq;,procedente in actũ potentia. Sed meminisse oportet ut præoccupantes diximus,ꝙ Aristo.hic materiam uocat, quæ secundũ subiectum consideratur,& non secundum id quod potentia. si enim acceperimus eam,quæ hic ab ipso dicitur materiam,secundum quod est in potentia,non erit unius generis ea quæ generabilium,cum illa quæ æternorum: quoniam in illa non est esse potentia. Dicente autẽ ꝙ nõ sufficientia sunt ad generandũ duo,quæritur quo pacto,alibi ipse dixit,ꝙ quando idonea facta fuerit materia ad recipiendam formam,non indigemus aliquo tertio ligante eam formam,sed sponte sua, & ex sui natura ipsam recipit, quõ igitur hic uidetur dicere nõ sufficiẽtia esse duo principia,sed indigere quod sit etiã effectiua causa? Ad qđ dicimus,ꝙ materiam idoneam fieri nõ habet materia ex se,sed ab effectiua causa:& ad hoc est indigentia causæ effectiuæ,ut faciat materiam idoneam operari. hac enim statuarius dicitur formam facere, eo ꝙ ex materia auferat quod impedit formam,& non formam extrinsece imponere:materia uero simul aptitudinem sumpsit, & formam possedit. Sed neq; in primis,inquit,sufficiunt materia & forma,sed opus est his etiã effectiua causa,sed non ut generentur,sed ut sint & permaneãt.generatorum igitur,inquit,materia & subiectum est, quod potentia est, quod potest quandoq; quidem esse,quandoq; uero non esse.quoniam enim inquit entium quædam quidẽ ex necessitate sunt,ut æterna,quæ & non posse non esse dicit: quædam uero dicit ex necessitate non esse, quæ & impossibile esse dicit,ut quæ nullo modo inexistentia sunt, præterquã secundũ tenuem,& nudam intelligentiam,ut hircoceruus:quædam uero dicit & esse & non esse posse,ut generabilia,& corruptibilia:merito inquit & subiectum ipsorum potest & esse hæc forma,& nõ esse. Cùm autem dixisset,quòd horum proxime dictorum, quæ ex necessitate sunt,& ex necessitate non sunt,hæc quidem impossibile est non esse,quæ.s.sunt æterna:illa uero impossibile est esse,quæ nunquam ad generationẽ ueniunt, ut hippocentaurus,causam subiungit,eo ꝙ non possibile sit inquit,penes necessarium aliter se habere : nam hæc quidem ex necessitate sunt,illa uero ex necessitate non sunt.propter hoc ergo hæc quidem ipsorum impossibile est esse,illa uero impossibile non esse,ergo generatio, & corruptio erit circa id,quod possibile est esse,& nõ esse. Cum uero dixisset de causa materiali,cõsequenter de forma pertractat,dicens formam esse rationẽ rei cuiusq; substantię.cuius autẽ causa ipsam uocauit,significans quòd in idem concurrit formalis causa finali,sicut & in Physica dixit.nam & intentionẽ,& finẽ sibi natura ponit,formam uniuscuiusq; in materia fecisse,& ipsum,quod perficitur,& materiæ superuenit,ipsa est forma.

Oportet autem adesse & tertium, quod omnes quidem somniant,dicit autem nullus. sed alij quidem sufficientem putauerunt causam esse,ad hoc ut fieret formarum natura,quemadmodum in Phædone Socrates. etenim ille alios increpans, tanquam nihil dicentes,supponit quod entium sunt hæc quidẽ formæ,illa uero formarum participatiua & quod esse quidẽ unumquodq; horum dicitur secundum formam : fieri uero secundum transumptionem,& corrumpi secundum abiectionẽ. quare si hæc uera sunt,formas ex necessitate existimat causas esse generationis,& corruptionis. Tex.c.52

Effectiuã dicit causam.taxat autẽ & Anaxagorã, & Platonẽ.Anaxagoras.n.intellectũ effectiuã causam dicens,nõ utitur eo in generatione rerũ.sed cũ & Plato in Timæo de effectiua causa meminerit,in Phędone formis effectiuam causam attribuit dicens.Sed si quis mihi dicat,cur bonũ est quodcũq;?An quia colorẽ floridũ, aut figuram habet,aut aliud quodcũq; talium,cętera permitto ualere:perturbor enim in alijs omnibus. hoc autẽ simpliciter,& inartificiose,& fortasse stulte habeo apud me ipsum,quòd non aliud quid agit ipsum bonum, quàm illius boni,siue præsentia,siue communicatio, siue ubiq; & quouis modo adueniens:hoc enim nondum affirmo. Quapropter non potuit Plato proximam causam effectiuam eorum,quæ generantur assignare,sed ad ideas confugit.Aduersus igitur Platonem inuehitur dicentem formas effectiuam causam esse,& sufficere ipsa ad agẽdum quæ generantur.dicit enim esse quidem habere unumquodq; secundum formas,quę sunt,fieri uero secundum harum participationẽ,quemadmodum & corrumpi per abiectionem harum : quare ex formis fieri & corrumpi dicebat inesse entibus.Respondentes autem quidam,pro Platone dicunt, quòd opificias formas dicebat Plato causas esse effectiuas,per quarum participationem generari quæ generantur,& per harum abiectionẽ corrumpi. si autem opificias formas supponit, manifestum ꝙ effectiuam causam,& ipse nouit has formarum, quæ in generabilibus sunt.nã qui opificias causas dicit, statim puto ad intellectum ducit effectiuorũ. Forte igitur aliquis dixerit,quòd Aristo.propter hoc ipsum Platonem accusat,quia formas ipsas dicit agere,non adducens in causam inspicientem ad formas opificem, & ad ipsas per similitudinem,quæ hic sunt producentem:& propter hoc ad ipsum contradicens dicit,quòd existente sanitate, & scientia,hoc est rationibus sanitatis,& scientiæ existentibus,existentibus quoq; participatiuis sanitatis,& scientiæ,nihil minus opus est & alia causa effectiua, ut medico & sciente.nam nisi hi egerint,neq; unquam ęgrotans sanatus fuerit,neq; ignorans ad scientiam mutatus. quoniam si sufficiens esset forma, participatiuo existente ad faciendum,cur nã non semper ęgrotans sanatur,& ignorans fit sciens?

Alij uero ipsam materiam, ab hac enim esse motum. Sed
neutri recte dicunt. si enim sunt causæ formæ, cur non semper
generant continue, sed quandoq; quidem, quandoq; uero non,
existentibus semper & formis, & participatiuis. Amplius
autem in quibusdam consideramus aliam quandam causam
existentem: sanitatem enim medicus facit, & scientiam sciens,
existente & sanitate ipsa, & scientia, & participatiuis. simi-
Tex.c.53 *liter quoq; & in alijs, quæ secundum potentiam agunt. Si ue-*
ro materiam quis dicat generare propter motum, naturalius
quidem sic dicentibus diceret: alterans enim, & transformans
magis causa est generandi, & in omnibus consueuimus hoc di-
cere agens, similiter & in ijs quæ à natura, & in ijs quæ ab
arte, quod utiq; fuerit motiuum. Sed tamen & ij non recte di-
cunt. materiæ enim pati est, & moueri, mouere autem, & age-
re alterius potentiæ. Manifestum autem & in ijs, quæ ab ar-
te, & natura fiunt. neq; enim ipsa facit aqua animal ex seip-
sa, neq; lignum lectulum, sed ars. quare & ij propter hoc di-
cunt non recte, & quia derelinquunt principaliorem causam:
Tex.c.54 *auferunt enim ipsum quid erat esse, & formam. Amplius au-*
tem & potentias tradunt corporibus, per quas generant ual-
de instrumentaliter, auferentes causam secundum formã. quo-
niam enim natum est, ut aiunt, calidum quidem disgregare, fri-
gidum uero compingere, & aliorum singulum hoc quidẽ age-
re, illud uero pati, ex his dicunt, & per hæc omnia alia fieri,
& corrumpi: uidetur autem & ignis per se motus, & patiẽs.
Tex.c.55 *Amplius autem simile faciunt, quemadmodum si quis serræ,*
& unicuique instrumentorum attribuerit causam eorum quæ
fiunt. necesse enim serra existente diuidi, & poliente leuigari,
& in alijs eodem modo. quare si quàm maxime agit, et mouet
ignis, sed quo pacto mouet non animaduertunt, quòd deterius
quàm instrumenta.

Com.43. Cum dixisset quo pacto posuit Plato formas effectiuas causas, in medio inquit, ꝙ alij materiam putauerũt agere ex conuersione in ipsa & motu decepti, deinde sic uertitur ad confutationes opinionis Platonicæ. consequenter etiam eos, qui materiam ut effectiuam causam esse dicunt, confutat. eadem autem ratio, inquit, in omnibus, quæ secundum habitum fiunt, quam diximus in medicina & scientia. Quicunq; uero inquit materiam effectiuum principium supposuerunt ad motum, & conuersionem ipsius inspicientes, uidentur naturaliorẽ causam assignare: quoniam principalior generandi causa est id, unde principium motus. sic enim consueuimus definire effectiuam causam. præterquam ꝙ hi, inquit, ignorauerunt ꝙ materia non habet motũ à se: nõ enim à se aqua facit animalia, neq; lignum lecticam, sed ab arte, & natura, causis agentibus fiunt: materiæ enim est proprium non mouere, sed moueri. aut. s. ut derelinquentes etiã formam, una cum effectiua causa accusat, aut certe effectiuam causam speciem, & formam uocauit, ut Alexan. dicit, quia agens actu existens agit. quod autem actu est, tale est secundum speciem, & formam: unumquodq;. n. habet esse secundum speciem. probabilius autem est dicere finalem causam ipsum dicere, quam auferunt qui materialem causam generationis causam esse dicunt, & neque intellectum, neq; naturam supponentes, præintelligentem ipsum finem, sed ex casuali concursu fieri, quæ fiunt. Præterea cum sit ei sermo aduersus eos, qui materiam causam ponunt generandi, accusat illos, quia potentias causas supponunt generandi omnes instrumentales, prætermittentes causam secundũ formã. formã autẽ manifeste effectiuã causam dicit hic, quas autẽ potẽtias supponebant, calidũ & frigidũ: calido. n. disgregante, & frigido cõpingente dicunt alia generari. Nos aũt fatemur, inquit, cũ eis has unũquodq; eorũ, quæ natura generantur habere subiectas mouenti: aliud enim est quod his utens ut instrumẽtis causa est generationis, & corruptionis. Dicit autẽ Alexan. Parmenideos huius fuisse opinionis. Et ignis quoq;, inquit, quem maxime actiuũ dicunt uidetur & ipse alterari, & pati, effectiua uero causa, quæ proprie est, nõ patitur. unde & ipsam naturã nõ dixerimus pati effectiuã causam existentẽ, sed forte subiectum eius: hæc autẽ semper mouet, ignis autẽ nõ solũ mouet, sed etiã patitur. deinde & motũ nõ mouetur, ut agat, sed in ordine instrumenti, ut serra. nã & si ipsa secante, fit qđ fit, sed nõ est ipsa quę agit. sic autẽ se habet & ignis, magis autẽ & peius quã secundum instrumenta nõ gubernatur ab arte, propter eam, quã diximus causam. Si quis autem quærat qũo instrumentalem causam non supponit naturaliũ, siquidem omnino nouit huiusmodi potentias causæ instrumentalis rationẽ continẽtes, sciat ꝙ materiæ has coordinat. nam talia sunt materia proxima.

A nobis autem uniuersaliter, & prius dictum est de causis, & nunc determinatum est & de materia, et de forma. Amplius autem quoniam secundum lationem motus ostensum est quòd æternus, necesse his existentibus & generationem esse continuo. latio enim generationem faciet incessanter, eo quod adducat, et abducat generatiuum. Simul quoque manifestum, quod et priora recte dicta sunt, primam scilicet mutationum lationem, sed non generationem dicere: multo enim rationabilius ens non enti generationis causam esse, quàm non ens enti ipsius esse. quod igitur fertur, est, quod uero fit, non est: quapropter et latio prior generatione.

Com.44. Cum dixisset qũo alij errauerunt circa effectiuæ causæ traditionẽ, hi quidẽ materiã, alij uero formã causam esse dicentes, & demonstrasset neutrum horum posse neque materiã neq; formã effectiuæ causæ rationẽ obtinere, dicit nunc ꝙ iam à nobis prius in Naturali auditu de causis uniuersaliter facta est diuisio, in quibus etiam de effectiua causa sermonem fecimus, & in præsenti quoq; de materia dictum est, & forma iam. De effectiua uero causa hic docet, & dicit ꝙ & in Physica ab ipso dictũ est, ꝙ circularis latio cœli effectiua causa est eorũ quæ, generantur, & corrumpuntur, ex illa enim est temporum anni conuersio. cum anni autem temporibus & elemẽta concurrunt, & fructuum generatio: uidemus enim ꝙ accedente ad nos sole, & plantæ germinant, & fructus generantur, & multa animaliũ; recedente autẽ ipso contraria contingunt. & recte se habet dicere ex cœlestibus influentem uitam ad ea, quæ hic sunt, ipsam esse naturam, secundũ quã generantur, quæ generantur. hinc manifestum est inquit, ꝙ recte in Physico auditu à nobis dictum est, ꝙ prima mutationum est localis, etiã ipsa generatione: nam & generationis hæc est causa, nõ autem generatio ipsius motus. si enim quod generatur, nondum est in quo tẽpore generatur, quod autẽ secundũ locum mutatur, iam existens mouetur, rationabile est quod est, nõ entis causam esse dicere, nõ quod nõ est, hoc est qđ generatur causam dicere eius, quod iam est, & eius quod secundũ locũ mouetur. Hæc cũ dixisset, cõsequenter dubitat qũo dicimus circularem lationem causam esse generationis, & corruptionis, quoniam enim hæ duæ sunt mutationes adinuicem contrariæ, quæ nam est harum causa? non enim possibile est unam, & eandem contrariarum mutationum esse causam: cõtrariorum enim etiã effectiua, naturalia dico agentia, contraria oportet esse, quapropter si mutatio secundum locum causa est generationis, & corruptionis, necesse est & efficientium causarum motus ipsos quoq; esse contrarios, aut ipsa latione, aut inæqualitate saltem, latione quidem ut duæ sint lationes contrariæ, quarum una generationẽ faciat, altera uero corruptionem: inæqualitate uero ut una quidem sit latio, sed quia non eodem modo ad nos semper se habeat quod mouetur, sed quãdoq; quidem nobis propin-

accessum, sed augmentationẽ, & usq; ad uigorem accessum: similiter autẽ & corruptionem ex perfecto uigore ad perfectam corruptionem accessum, diminutionem.s. & declinationem. dicit ergo, ꝙ his quidem unus circuitus solis ad perfectionem formæ sufficit, quales sunt annui fructus, & elementorum mutatio. alia uero pluribus indigẽt circuitibus, ut se habet in multis animalibus. circuitum autẽ dicit accessum, & recessum solis. Si ergo ꝑ multas accessiones, perfectam formã consequitur, per multos quoq; recessus inquit hoc decrescit: assignauit autẽ generationẽ quidem accessui, corruptionem uero recessui, cum per multos circuitus, & generationem, & corruptionem dicat perfici, ut sit.s. in generatione nõ solum accessus solis, sed etiam recessus: & in corruptione quoq; non solũ recedat sol, sed etiã accedat. Ad hoc dicendũ est, ꝙ & si in utraq; affectione similiter, accessus solis, recessusq; consideretur, ipse generationẽ quidẽ accessui, corruptionẽ uero solis recessui attribuit rationabiliter forte, qm̃ fortior est natura magis, dum fruitur accessu solis, & generat, & auget, debilitata uero magis ex absentia patitur, quã ab accessu, sicut se habet in defluxu & in appositione. nã in augmentatione; & diminutione est defluxus, & appositio nutrimẽti: sed corpore adhuc ualido existente, ut augmentabili, appositio fit amplior defluxu, decrescente autẽ corpore, minor appositio defluxu. Ad hoc forte aliquis rationabiliter dixerit, ꝙ dũ augetur corpus, & ad perfectionẽ procedit, nõ est magis accessum agere, & propter hoc eius, quæ est ex recessu, passionis consensum nõ fieri, qm̃ & hic ipse recessus nihil minus confert ad augmentationẽ, & permanẽtiã corporũ. hyeme quippe coctiones meliores, & operationes ualidæ, & nõ oĩno sufficerent sibi corpore animalium, & plantarum: sed facillime utiq; corrumperentur, siquidem in uniuersum appropinquaret sol, ita ut in uniuersum esset æstas, ut declarat exusta zona, propinquum semper habens solẽ, & inhabitabilis existẽs. Tantum igitur dicendũ est, ꝙ solis quidẽ aduentui addixit, & determinauit augmentationẽ, recessui uero diminutionẽ, nõ exacte alteri alterũ distribuens: sed qm̃ quemadmodũ prius diximus, & si utrũq; utraq; facit, & generationẽ, & corruptionẽ, magis tamẽ generationẽ accessus solis, corruptionẽ uero recessus magis. Cũ aũt dixisset, ꝙ si per multos circuitus aliquid habeat generationem, per multos quoq; circuitus corruptionem sustinebit: & ꝙ æquale est tempus generationis, & corruptionis, hoc est augmentationis & diminutionis: sic.n. uolumus in principio intelligendum esse: necessario addidit uerbum illud { Secundũ naturã, } ne quãuis corruptionẽ sumpseris, ęqualem in tempore existentẽ corruptioni: sed eam, quę fit secundũ leges naturales per decrementũ ad finẽ animali procedente. si.n. aliqua fiat uiolenta corruptio, non amplius per æquale tempus ad finem perueniet, per quantũ generationem habuit. uiolentas autem oportet dicere corruptiones, nõ solũ eas, quę per aliquod extrinsecus cõcidentiũ, ut incisiones, casus, exustiones, & alia huiusmodi, sed eas etiã, quæ ex peccato, & inordinatione alimenti fiunt. Quòd autem & his determinatis derelinquitur dubiũ, illud est, quia uita (si ita accidat) humana, usq; ad centesimũ uigesimũ annũ ꝓcedente, augmentũ sępe (qđ maximũ est) ad quadragesimũ solũ annũ ꝑuenit, ita ut sit secũdũ hãc rõnẽ corruptio longe diuturnior gñatione, & nõ in tẽpore fiat æquali. multi.n. in uita ad centesimũ uigesimũ annũ in uita peruenerunt, nullus autem nec usq; ad sexagesimum habuit augmentationem, & ad perfectius promotionem. at si generationem non processum, qui ad formam perfectam producit, sumpserimus, sed generationem, & corruptionẽ proprie in æquali quidem tempore accidere utraq; uerũ erit. nam alterius generatio, est alterius corruptio, proculdubio per quod aliquid generatur, per tantum & corrumpitur: sed non accipimus amplius eiusdem generationẽ, & corruptionem. quod uidetur Aristò. dicens. sed neq; illud si per plures circuitus generetur, aliquid per plures etiam corrumpi, consonum erit tali expositioni. generationem enim proprie dictam per plures circuitus fieri, non facile est etiam intelligere. si enim quis dicat conceptionem ipsum dicere generationem, & eam, quæ proprie per ipsam significare generationem, quæ ex nõ ente ad ens producit, & supposuerimus aliquod animal, ueluti elephantem per plures circuitus concipi, etiam hoc modo dictũ hoc intelligi minime potest, ꝙ per quantũ tempus concipitur, per tantum & corrumpitur. quam.n. etiam intelligere oporteat corruptionem æqualem in tẽpore conceptioni, nõ facile est dicere. hæc enim amplius quærantur. ipse autem & singulorum uitas, & tempora numero determinatas, esse dicit. qm̃ enim ordo est in his quæ fiunt, cum forma uniuscuiusq;, natura sit mensurata, accidit unumquodq; per terminatum tempus ad perfectam sui formam peruenire. cum autem ęquale sit tempus ad perfectum, usq; ad perfectam formam, & uigorem, ei quod à uigore ad corruptionem secundum naturam ducit: manifestum ꝙ una uniuscuiusq; uita, terminata est secundum numerum ordinatum, ut hoc formæ ab inuicem distinguantur: alia est enim hominis uita, & alia equi, & in aliorum unoquoq; similiter. uerũtamen uniuscuiusq; formæ terminatum est tempus. formæ enim humanæ terminata est quædam uita, quam impossibile est excedere, singularium uero non est terminatum tempus, cum multi etiam intra ordinatũ tempus moriantur. quare formæ quidem terminatum est tempus, quod impossibile est excedere aliquem singularium, sed non eadem est cuiusq; singularium uita, sed alia, & alia, & antea, cũ multi quidem intra tempus perdantur, nullo autem hoc excedente.

Videntur autem & secundum sensum conuenientia nostris sermonibus. uidemus enim quod accedente quidem sole generatio est, recedente uero corruptio, & in æquali tempore utrũq;. æquale enim tempus generationis, & corruptionis secundum naturam: sed accidit sæpe in minori corrumpi propter mutuam confusionem: inæquali enim existente materia, & non ubiq; eadem, necesse & generationes inæquales esse, & has quidem celeriores, illas uero tardiores. quare accidit per horum generationem, alijs fieri corruptionem. Tex.c.58

Cũ dixisset à principio, ꝙ æquale est tẽpus generationis, & corruptionis, quæ est secundũ naturã, nunc fidẽ huius apponit ex generationibus, & corruptionibus, q̃ fiunt per unũquẽq; solis circuitũ. nã, ut diximus prius, uidemus accedẽte quidẽ sole generationẽ, abeunte uero corruptionẽ insequentem. est autem accessus solis æqualis tempore recessui. Recte autem etiam hic cũ dixisset generationem, addidit, quæ secundũ naturã: est enim & in animalibus, & in fructibus annuis intelligere corruptionem, quæ fiat uiolenta. Id uero { Sed accidit sæpe in minori corrumpi, } non ad proximum intelligendum est sed ad superius dictum. Cum enim dixisset, ꝙ & tempora ordinata sunt formæ cuiusq;, hic inquit ꝙ accidit sæpe in minori tempore, quàm sit ordinatum corrumpi. & huius ipsius propositum est ei causam inquirere, cur nam quædã singularium præmoriuntur, nõ cõplentia naturalem circuitum. dicit autem hoc accidere propter mutuã cõfusionem, aut collisionem. duobus enim modis scribitur. si quidem primo modo, accusabit incommensurationem, & intemperiem elementorum: sæpe enim materia propter ineptitudinem, & inconcinnitatem sui non recipit perfecte superiorem ornatũ, ut citius dissoluatur animal, propter imbecillitatem compaginis, non sufficiente in multis materiali temperamento ad multum tempus exhibitam uitam recipere. si autem habeat litera collisionem, significat causarum adinuicem casualem concursum, dico.s. materialis, & effectiuæ, & proximæ, & pri- Com. 47.

mæ.causa enim effectiua proxima quidem est pater; remota uero & prima corpora cœlestia.materia quoq;, et talis electio,& uictus,causæ sunt talis compaginis ipsi corpori.si igitur concurrerint,tale quidē esse à patre semē,& à matre semē,& sanguinē talē (sanguinē.n.materiæ rōnē nostrę dicunt,semē uero effectiuæ causæ,) fuerit quoq; & matris tēpore cōceptionis uictus talis, aut talis,aut & cōtinēs inordinate ualde se habēs,ut ex aliquo horū impeditus fuerit cœlestiū motus, perfectissimā operationē ostendere circa ipsum generatū,& ornatū imposuisse cōdecentē,tunc corruptio sequit̃ ante statutū tēpus,eo q͏ collisæ sunt talis materia,& tales causæ,cū motu cœlestiū tali,materia ipsa inæqualitatis causam,ut prius dictū est,habente:ueluti si inordinatū qd, & impositū factū fuerit lignum circa sellā,aut mensulā propter materiæ ineptitudinē,nihil peccāte artifice. Posset quoq; illud de tēperie sumi in cœlestibus solū.qm̃.n. nō solus sol,sed & alij planetæ,& stellæ fixæ, quanuis non tantum,tamen & ipsæ operantur circa generationē, secundum talem ipsarum concursum figuratum, quā uocat collisionem,causam esse dicit alij,alterius pędiuinationis uitæ.sæpissime enim propter huiuscemodi earum adinuicem complexionem,facile solubile fieri cōtingit, quod ab ipsis corpus formatur,& tempus uitæ paruū.

Semper autē.quēadmodū dictum est,cōtinua erit generatio, & corruptio & nunquā deficiet,propter eā,quā diximus
Tex.c.59 *causam.* *Hoc autē rationabiliter accidit. Quoniā.n.in omnibus semper melius appetere dicimus naturā: melius autem est esse quā nō esse:esse autē quot modis dicitur,in alijs dictum est:hoc autē in omnibus impossibile est esse,quia longe à principio distant:qui superest modo cōpleuit totū deus,cōtinuam faciens generationē.sic.n.maxime continuabitur ipsum esse, eo q proximū semper sit substantiæ fieri semper, & generationē.huius autē,quēadmodū dictū ē, multoties causa circulo latio:sola.n.cōtinua.quapropter & alia,quæcūq; mutantur adinuicē secundum passiones, & potentias,ut simplicia corpora imitantur circularem lationem.cum enim ex aqua aer fiat, & ex aere ignis, & rursus ex igne aqua,circulo dicimus reuertisse generationem,eo quòd rursus reflectatur.quare & recta horum latio,imitans circularem,continua est.*

Com.48. Cū tradidisset cām,propter quā semper est generatio materialē,& effectiuā,& materialē quidē dixit sempiternæ generationis cām,id quod est,unius generationē alterius esse corruptionem,effectiuā uero æternū cœlestiū motū:nā ex eo q͏ semper illa mouentur,nunquā deficit generatio,nūc finalē cām tradit,propter quā semper est generatio.& inquit cām esse,quia oīa natura sua,& spōte bonū appetunt.principiū.n.oīum est ipsum bonū: oīa uero principiū suū appetunt:bonum aūt unicuiq; est ipsum esse,nō ipsum nō esse:oīa igitur sui natura esse appetunt.qm̃ igitur oīa esse appetunt,& ipsum melius:q̄ quidem primo principio propinquiora sunt, hæc æternitate ipsa participare potuere,& semper esse secundū numerū eadem,qualia sunt cœlestia,uerū cū diminutione.s.cū dimensione,& mutatione secundum locum. quæ uero remotiora sunt,cū nō potuerunt,quia distāt à primo principio,à quo est esse omnibus,secundū numerū eadē esse, æternitatem secundum speciem sortita sunt: unoquoq; quia appetunt esse semper,nō possunt autē cum distent à primo principio,generante tale quale ipsum,& sic corruptionem subterfurante,& ipsam quā sortitum est æternitatem secundum speciem,imitando cœlestem motum possedit:nam per circulum ea quæ generantur,in idē restituuntur,unde inceperunt.ut.n.homo ex homine fiat, circulus perficitur:semen enim primum, & ex hoc embryon,deinde puer,& adolescens,& uir: & rursus semē & embryon.manifestum igitur est q͏ speciei successio, in rectum existens, quia circularem lationem imitatur, æternitatem habet.Sciendū autem q͏ esse dupliciter dicitur,aut specie,aut numero.unūquodq;.n.esse dicitur,aut quia species eius seruat̃,aut eo q͏ numerus.cœlestia quippe dicuntur esse,eo q͏ eadem maneant secundū numerū, generabilia uero & corruptibilia secundū spēm habent semper esse.hæc igitur sunt,quæ alibi dicit esse diuisa significata eius,quod est semper esse.In medio uero intersectum est dictum hoc,quare ipsum tacētem oportet sic cōiungere totā literā.quīt natura uniuscuiusq; melius appetit:melius autē est esse,quā nō esse: esse autē secundū numerū impossibile est in oībus,propter longā à primo principio distantiā:propter hoc,inquit,altero, qui superest,modo totum cōpleuit deus,continuā faciens generationem.Et hinc manifestum est,q͏ etiā æternorum oīum cām putat Arist.esse ipsum primū principium.nā ut deo agente,& æterna,& oīa immutabilia, agente quoq; & æterna quidem secundum substantiā,sed corporea,& dimensa,& mutationem habentia secundum locum subiunxit,uerbum illud{ Qui superest modo cōpleuit totū deus. }nā ut perfectus esset mundus,deerat alius modus opificij eorum,q̄ æternā quidē habent spēm successione,sed secundum numerum generabilia sunt,& corruptibilia.horum igitur processu cōpleuit deus totum ab ipso fabricatum mundum,continuā,& nō intercisam generationem faciens.sic.n.inquit ipsum esse continuabitur.i. existentia & esse entium seriem habuerit, & ordinatum processum subsistentiæ,si post ea,quę scd'm numerū ęterna permanent,sint quæ scd'm spēm ęterna, numero uero generabilia,& corruptibilia.propinquum est.n.secūdum substātiā ipsum quidem fieri ipsi esse.ipsi uero esse ubiq; qd' proprie,& semper eodem modo se habet, oportet intelligere:æternitati uero iterata gñatio: utrūq;.n. alteri opposuit,ipsi quidem esse ipsum fieri,ęternitati uero sempiternā gñationem,qd' per semper fieri signauit. quare proxima sunt substātijs sibiinuicem entia, & æterna generabilibus,& quę sempiternam generationem sortita sunt,& merito cōsequenter adinuicē habēt processum: Id uero{ Secundum passiones & potentias }aut reciproce idem,aut potentias quidem propensiones ipsorum dicit,secundum quas sunt motus:passiones uero calidnatem,& frigiditatem,& reliquas qualitates:aut potētias, calidum,& frigidum:passiones uero,siccū,& humidū.

Simul autem manifestum ex his,quod aliqui dubitant,pro Tex c.60
pter quid unoquoq; corporum in propriam delato regionem, in infinito tempore non distrabuntur corpora. Causa autem huius est mutuus in seinuicem transitus.si enim unumquodq; maneret in suiipsius regione,et non mutaretur à propinquo, iam utiq; distracta fuissent.mutantur igitur propter lationē duplicem existentem: propter mutare uero non contingit manere ullum ipsorum in ulla regione ordinata. Quod igitur est generatio, & corruptio, & propter quam causam, & quid ēst generabile, & corruptibile manifestum est ex dictis.

Ex prius dictis de elementis q͏ mutata adinuicem in Com 49.
idem reuertunt̃,scd'm quendā circulum gñatione procedente,corollariū inuenit ad solutionē cuiusdā dubitationis,q̄ inferri posset.Est āt dubitatio,qūo simpliciū corporū unoquoq; propriū locum occupare festinātē,nō iā diu elementa abinuicē disgregata sunt, unoquoq; ꝓpriū locū occupāte,ut nō ulterius,aut aqua,aut terra sursum esse,aut ignis deorsum possit.Soluit āt dubitationem ex prius dictis.si.n.inquit immutabilia essent elementa,merito hoc dubiū putarent,qui sic dicunt:sed qm̃ mutātur semper adinuicem,& si hic ignis ex loco deorsum segregatus est,alter fit ex necessitate,& semper erit & deorsum ignis,& sursum terra & aqua,nō segregato ipsis loco,nā hoc esset ipsis immutabilibus existentibus.Duplicem āt dicit lationem,aut eā,q̄ est scd'm obliquū circulū,accessu & recessu: aut duplicē,q̄a mouent̃,sic q̄dē firmamentum sequentes ab ortu ad occasum: sic uero per

propriam econtra ab occasu ad ortum. Quòd igitur est generatio, & corruptio demonstrauit, & quo demonstrauit dictum est à nobis prius, & propter quã causam est generatio & corruptio, ostensum est ex eo q materia potentia est contraria. existens enim actu ignis, potentia est aqua, actu uero aqua facta, ignis corrumpitur.

Tex.c.61 *Quoniã autẽ necesse est esse aliquod mouens, si motus erit quẽadmodũ dictũ est prius in alijs: & si semper, quod oportet aliquid esse semper: & si continuus, unũ idẽ, & immobile, & ingenerabile, & inalterabile: & si plures fuerint circulares motus, plures quidem, omnes autem hos quodammodo necesse est esse sub uno principio: continuo uero existente tempore, necesse est motũ continuũ esse, siquidẽ impossibile tẽpus sine motu cõtinuũ esse: igitur alicuius numerus tẽpus: circularis igitur, quẽadmodũ in sermonibus q à principio, determinatũ est.*

Com.50. Sicut in alijs tractatibus fecit, nõ pmanẽs usq; ad naturales cãs, sed seipsum reducẽs ad cãs abstractas: in Naturali quippe auditu, cũ disputasset de motu naturali, posterius in octauo sermone reduxit seipsum ad quãdã abstractã ab oĩ motu naturali cãm immobilẽq; existẽtẽ, et eternã, dicẽs ex tali ipsẽ principio dependet cęlũ, & mũdus: & in libro de Aĩa similiter ex sermonibus de aĩa ad intellectũ recurrit: sic & hic cũ dixisset gñationis æternę cãm effectiuã esse, circularẽ cœli motũ, nunc dicit q & circularis lationis est q̃dã abstracta cã, æterno tẽpore mouẽs, q̃ & immobilis est æterna, & inalterabilis, & una numero. si, n. inquit est aliquid motũ æterno motu, & cõtinuo, necesse est etiã esse aliquid æterno tempore mouens, immobile existẽs, & unũ, & idẽ numero continuo motu mouẽs. & si multa sint, inquit, q̃ moueanẽ tali motu, æterno dico, & continuo, necesse est & mouentia multa esse, uno existẽte scđm quẽcũq; motũ æterne mouẽre. & hæc ipsa multa siquidẽ sint coordinata, & nõ à seinuicẽ dependẽtia, necesse est ab uno pẽdere principio, ex quo & ordinẽ habent. manifestũ est ergo, q unũ est principiũ motus oium æternũ & immobile. Vniuersus autẽ sermo perfecte hoc mõ proferẽ. qm̃ necesse est existẽte æterno motu, & cõtinuo esse aliquid æterne mouẽs, unũ, & idẽ numero: est autẽ æternus motus, & cõtinuus: est igiẽ æternũ mouẽs, unũ numero, & immobile, & inalterabile. uniuersus quidẽ sermo talis est. Videẽ autẽ defectuose, ab Aristo. prolatus, quia dereliquit assumptũ, & cõclusionẽ, cũ modus sit hypotheticus. q. n. si ẽ æternus motus, necesse est esse, & æternũ mouens, dixit ostẽsum est. n. q oẽ, qđ moueẽ à mouẽte mouẽ. q autẽ oino sit æternus motus, nõ posuit p assumptionẽ. q aũt & immobile erit sumpsit ut præostẽsum. ostẽsum est. n. q & primũ mouẽs immobile est: & silr q cõtinuo existẽte motu, unũ sit, & idem numero. hoc quoq; ostẽsum ẽ in octauo de Physico auditu. si. n. diuersa scđm successionẽ sint mouẽtia, impossibile est continuũ fieri motũ. Et uerbũ illud, in alijs ãt dictũ ẽ prius, de his q̃ in Physico auditu demõstrata sunt, dixerit. Dictis ãt annectit, q si plures sint circulares motus, ẽt plures mouẽtes cãę fuerint, & si plures, necesse est oẽs sub una esse. Illud aũt { Quodãmõ } addidit qa uerbũ sub, in his, q̃ scđm locũ cõtinẽt, pprie dicit. Cũ ãt posuisset in principio, potẽtia quãuis nõ manifeste q est cõtinuus motus, et demõstrauisset cõsequẽs ad hoc q est æternũ, mouẽs hoc motu, & imobile, & unũ numero, nũc assumptionẽ potẽtia positã astruendã putat, q est cõtinuus motus. & ostendit hoc ex tẽpore. nã qm̃ cõtinuũ est tp̃s, necesse est & motũ esse cõtinuũ: est. n. tp̃s mẽsura motus, & motus. s. cõtinui: h̃mõi uero ẽ circularis solus: tp̃s igiẽ ẽ mẽsura circularis mot⁹. sermones ãt q i principio, dicit eos q i Physico auditu. hic. n. principiũ ẽ, & pcedit nãlẽ ɔsiderationẽ.

Tex.c.62 *Continuus autẽ motus, utrũ eo q, quod mouetur continuũ sit, aut eo quod in quo mouetur, ut locũ dico aut passionẽ? manifestum itaq; quod eo q, id quod mouetur. quo. n. passio continua, nisi res cui accidit continua sit. si uero & eo q in quo, soli hoc loco inest: magnitudinem enim quandam habet: huius autem quod circulo solum continuum: quare ipsum sibiipsi semper continuum hoc igitur est quod facit continuum motũ circulo latum corpus, motus uero ipsum tempus.*

Com.51. Cũ sumpsisset q motus est cõtinuus, cuius mẽsura ẽ tempus, & hic est, q circulo uersatilis corporis; nũc q̃rit unde est cõtinuitas in motu, utrũ eo q motũ cõtinuũ sit, uel eo q cõtinuũ sit in quo. s. est motus: illud uero in quo, & secundũ qđ est motus, passio est. & locus passio qdẽ nõ diceẽ cõtinua, nisi secũdũ accidẽs, eo q corpus, in quo cõsideratẽ, cõtinuũ sit. albũ. n. dicim⁹ eẽ cõtinuũ, eo q corpus, i quo cõsideratẽ, cõtinuũ sit. cõtinuũ. n. quãti est, & circa hoc cõsideratẽ. Si uero qs dicat, id qđ augeẽ, magnitudinis appõne augeri, & hac augmentationẽ rõnabiliter dicit cõtinuã. Dicimus q cõtinuũ nũc dicit Arist. cuius est q̃dã semper cõsequenter accipere, augmẽtationis uero nõ est semper cõsequenter accipere. nõ. n. in infinitũ augeẽ qđ augeẽ: quapropter passio non fuerit cõtinua. si ergo inerit alicui eorũ, in qbus est motus, ipsum cõtinuũ, soli loco inerit, est. n. locus magnitudo q̃dã. & huic quippe nõ omni loco inest cõtinuũ, sed soli circulari: nã in hac semp est aliquid cõsequẽter accipere, quia nõ sit in illa principiũ, neq; finis. Nũquid igiẽ, qm̃ inest circulari loco cõtinuũ, dicimus pp locũ motũ habere cõtinuũ. qđ ipse, cũ nõ quæsiuerit, sed pretermiserit, de eo qđ moueẽ sermonẽ facit, q huius circulare solũ cõtinuũ: & consequenter dicit ipsum esse causam continuitatis motus. & hoc merito. si enim habet continuũ locus, non ex seipso habet, sed ex corpore, quod in ipso est. nõ. n. habet locus existentiã per se secundũ Aristo. sed sublistit una cũ corpore, cuius est locus: habitudo. n. quædã est cõtinẽtis ad cõtẽtũ: quapropter eo q cõtinuũ sit corpus, locus quoque continuus est. merito igitur causam continuitatis in motu secundum locũ ei, quod mouetur, attribuit: ppter quod huius, inquit, circulare solũ continuũ. s. magnitudinis. Sed aduertendum est, q cũ à principio dixisset, manifestum autem eo q id, quod mouetur, hoc est eo q id quod mouetur cõtinuũ sit, & motus est cõtinuus. deinde cũ in medio dixisset de loco, induxit illud, huius autẽ qđ circulo solũ cõtinuum: hoc nõ de loco dicit amplius, sed de corpore, qđ moueẽ. nã circulare corpus ipsum sibi cõtinuũ est, hoc est sibiipsi cõiunctũ, & nõ ad aliud cõtinuitatẽ habens, ex motu sit tẽpus: quapp magnitudo qdẽ motui, motus uero tẽpori cã ẽ cõtinuitatis.

Tex.c.63 *Quoniã autẽ in ijs, quæ cõtinue mouentur secundũ generationẽ, aut alterationẽ, aut omnino mutationẽ, uidemus consequenter existens, & factũ hoc post hoc, ut nõ deficiat, cõsiderandũ, utrũ est aliquid quod ex necessitate erit, aut nihil, sed omnia contingunt nõ esse facta. quod enim quædã manifestum*
Tex.c.64 *est. Et mox ipsum erit, & ipsum futurũ alterũ propter hoc. quod enim uerũ est dicere quod erit, oportet hoc esse aliquãdo uerũ quod est: quod autẽ nunc uerũ dicere quod futurũ est, nihil prohibet nõ factũ esse: ambulaturus. n. quis non ambula-*
Tex.c.65 *bit. Omnino uero quoniã contingit quædã entium & esse, et nõ esse, manifestũ quod & quæ fiunt sic se habebunt, & nõ ex necessitate hoc erit. Vtrum igitur omnia huiusmodi? An*
Tex.c.66 *nõ. sed quædã necessariũ est simpliciter fieri. Et est quemadmodũ & in ipso esse hæc quidem impossibilia non esse, hæc uero possibilia, sic & circa generationem. ut solstitia necesse est facta esse, & impossibile non euenire.*

Com.52. Cũ demõstrauisset in pceptis q est i gñatione cõtinuitas, qm̃ his q̃ cõtinue mouenẽ scđm gñationẽ inest ipsum cõseqñẽter, & gñari scđm post primũ, q̃rit si ẽ q ex necessitate in his q̃ gñanẽ, ut necessario cõsequatẽ ad primum scđm, aut nihil est qđ necessario generetur, sed sunt oĩa contingentia, ut contingat & generari, & non

generari.sed quòd quædam inquit habeant exitum contingentē manifestum est,sed si non omnia sunt eiusmodi quærēdū est.Quòd igitur nō oia cōtingētem habēt ad priora cōsecutionē,sed quædā habēt etiā qđ est ex necessitate,in quibus impossibile est nō cōsequi ad priora secunda,ostēdit dupliciter,& ex usu nominū,& ex ipsis rebus.Ex usu quidē,qm̄ in his q̄ nōdū sunt,sed in futurū tēpus esse possunt,cōsueuimus uti uerbo erit,& futurū est:uerbū erit in his q̄ ex necessitate sequunt ordināces,ipsum uero futurū est in cōtingētibus.uero.n.existēte uerbo futurū ē,pōt ēt nō euenire qđ diximus futurū: & cū nō euenerit,nō mētitus est futurū dicēs.nā futurū esse,æquale habetur ei,quod est cōtingit:posse ēt & cōtingere nō ad exitū iudicatur,sed ad improhibibilē aptitudinē.potest quippe lignū cōbustū iri,quāuis nunquā cōbustum sit.& uirgo potest cū uiro coire,quāuis nunquā coeat.sic igitur siquidem dixerimus q̄ post uer erit æstas,necesse quoq; est quādoq; æstatē esse. & si dicamus deiecto in terrā semine,q̄ futura est nasci spica,possibile quoq; est ipsam nasci.& uera existente negatione cōtingit nō nasci,qm̄ exitus erat contingens . hoc ergo modo ex usu probat propositū.Ex rerū uero differentia hoc pacto.qm̄.n.entiū hæc quidē habent de necessitate esse,& impossibile est ipsa nō esse,alia uero possibile est esse,& nō esse,eodē modo se habebit,& in his q̄ generantur,ut hæc quidē ex necessitate generētur,illa uero cōtingenter.si quid.n.habet ex necessitate esse,& generationē ex necessitate habebit:ut sol in ariete existens ex necessitate habet esse,nō.n.possibile erat ipsum nō esse ibi:manifestū,q̄ & cū nondū illic fuerit,ex necessitate illuc perueniet,& impossibile est ipsum nō illuc peruenturū esse.similiter & qđ contingēter habet esse, contingētē habebit & generationem,tāquā.s.potēs esse & non esse.ut si domū esse,aut grāmaticū,aut fabrū cōtingēter est,horū quoq; generatio contingēs est : possibile .n.erat & non esse,neq; generatū iri horū singulū . & si non necessariū habet esse hæc ipsa spica , sed poterat & non esse manifestū q̄ & huius generatio non necessario secuta est seminis,in terrā deiecto, sed poterat & non sequi. Nullo ne igitur modo est in his inquit necessariū dico.s.in contingētibus esse,& non esse. An est quodā modo etiā in his necessariū,secundū q̄ dicimus secūdo existēte,ex necessitate præcessit primū:fructibus.n.generis ex necessitate deiectū est semē:qđ ex suppositione necessariū uocat. Oportet.n.scire , q̄ duplici existēte necessario,hoc quidē,qđ simpliciter dicit necessariū,secundū q̄ dicimus ad prius ex necessitate secundū sequi, altero uero ex suppositione,quo dicimus,cū secundū euenit,necesse est,& primū substitisse,in necessario ex suppositione oia entia,& q̄ generant adinuicē cōmunicant: oia.n.cōiter hoc participant , & in oibus cōsiderant, & sunt necessaria:sed in necessario simpliciter non cōicant oia inter se;non.n.unūquodq; ex necessitate est,sed multa & esse,& non esse contingit.Manifestū est ergo,q̄ in quibus quidē est necessariū ex suppositione, nō oino est simpliciter necessariū:in quibus uero est necessariū simpliciter,in his quoq; ex suppositione inerit necessariū:ita ut conuertant,& secundo existēte ex necessitate & primū sit,& primo existēte ex necessitate,sequatur & secūdū.sed nō pp primū,inquit,sed pp seipsum.cū.n.ad primū secundū ex necessitate sequat,non pp primū sequit sed pp sui naturā:qm̄ huiuscemodi est natura, ut nō possit non factū iri.ideo & simpliciter necessariū merito ipsum nominauit:qm̄ ex seipso necessitatē habet.& sui natura est necessariū,altero p suppositionē,& nō ex sui natura necessariū habēte,sed q̄ post exitū dicit habere necessariū.supponētes.n.secūdū in actū exiuisse,ex necessitate dicimus prius præextitisse.Hęc cū ita dixisset,ostēdit consequēter,q̄ simpliciter necessariū ijs,quæ circulo mouent solū inest,& non ijs quæ in rectū . Quòd autē impossibile sit ijs,quæ in rectū inesse simpliciter necessariū,astruit ex diuisione.nā qđ in rectū inquit mouet,aut in infinita,aut in finita recta mouetur.sed nec in ijs, quæ in infinita recta mouentur,inerit necessariū simpliciter, neq; his quę in finita.ijs quidē,q̄ in infinita recta mouētur,non inerit simpliciter necessariū,quia simpliciter necessariū esse dicebamus,ubi ad primū secundū ex necessitate sequitur,sed in infinito nō est primū,& posterius. caret.n.principio & infinitū est:neq;.n.in ijs, quæ facta sunt possibile est simpliciter necessarium accepisse,ut sit dicere propter primū secutū esse factū secundū.oino.n. non est accepisse principiū,neq; primū infiniti:si aūt nō est primū accepisse,neq; secundū erit.igitur neq; ex suppositione necessariū erit:oino.n.nec factū iri aliquid possibile est in infinito.unūquodq;.n.eorū , quæ sumunt ut factū,infinitā habet distantiā,quę est usq; ad principiū, quod impossibile erat pertransiens occurrere,in quo factū est. sic igitur in his quæ facta sunt . similiter autē & in fiendis,& generandis,impossibile est in infinito simpliciter necessariū:neq;.n.est posterius in infinito.nō habebit ergo locū dicere,q̄ si hoc factū est, & alterum sequetur. q̄ igitur his quæ in rectum in infinitum mouentur,non inest simpliciter necessarium,ex his liquet. Qđ autē neq; in his quæ in recta finita, ostēdit hoc modo. simpliciter necessario fieri,hoc est, quod impossibile est non fieri:quod autē impossibile est non fieri, semper fit. semper autē fieri in recta finita est impossibile . nā cum hoc,quod dicimus semper fieri dupliciter intelligat, aut secundū id qđ est cōtinuā & unā semper gñationē esse, aut secundū eā q̄ est secundū rursus,& rursus fieri:ut cū dicimus solē ex necessitate in ariete fieri, & semp in ariete fieri,non eo q̄ in uniuersum in ariete secundū cōtinuū fiat,sed eo q̄ rursus,& rursus,& hoc semper. siquidē ex necessitate fieri infinita recta,tale acceperis,ut cōtinua, & una sit generatio impossibile est . accidit enim inquit semper esse quod contingit non semper esse . quod.n.in finita recta mouetur,terminata ipsa recta , à motu quiescet,& non ulterius mouebitur.quod igitur impossibile est semper moueri,ex necessitate semper motum supponunt,dicentes ex necessitate in recta finita semper moueri.Si uero quis semper moueri supponat secūdum id qđ est rursus,& rursus moueri,sempiternam quandam reflexionē inducet,quæ reuersioni circulari solum inesti in recta enim non est reflexio,quæ æterno tēpore fiat. & manifestum est primum quidē ex re ipsa,cum nihil tale sit, quod in rectum semper faciat reflexionē . Deinde si qđ æterne mouetur,æternum est : quod uero æternum est, æternam habens potentiam,non quādoq; quidē mouebitur,quandoq; uero non,sed semper secundum continuum:motus uero in recta reflectens,non manet continuus,sed in medio quiete intercipitur:impossibile est igitur æterne in recta finita secundum continuitatē motum iri.Præterea nullum eorum,quæ in recta mouentur.æternum est,sed omnia generabilia sunt, & corruptibilia . si ergo ostensum est,neq; his,quæ in infinita,neq; his,quæ in recta finita mouentur,simpliciter necessarium inesse: manifestum q̄ his quæ in recta mouentur, omnino non inerit.inerit igitur circulo:sola enim circularis latio habet simpliciter necessarium,quoniam & solus circularis motus æternus,unus existens,& continuus motus, partes uero motus ipsius numero quidem diuersæ sunt , sed specie sunt eędem:motus enim ab ariete in taurum ei,qui est à tauro in geminos,numero quidem non est idē , sed specie est idē. & circuitus retrogradationum specie quidem ijdem sunt,sed numero diuersi.soli igitur circulationi inest necessarium,& æterne rursus,& rursus fieri:quoniam nunquam deficit secundum annuum circuitum in arietem peruenire solem.quapropter ostensum est ex dictis,q̄ necessarium,siue secundum continuum & nō intercisum motum consideratum,siue secundum rursus,& rursus per reditum circularem intellectum sumpserimus, solum circulo motus inerit.In uerbis uero , quoniam ge-

neratio

neratio motus quidẽ est nõ simpliciter: est aũt secundũ generationẽ aliquis motus: neq; .n. est sine motu generatio, merito dixit in his quę mouẽtur secundũ generationẽ. Deinde quęrit, si in his, q̃ continuę fiunt, est necessariũ, aut nõ est, sed omniũ cõtingentẽ habentibus generationẽ. Quòd igitur quędã cõtingentẽ habent generationẽ, cõfessum sumit. ꝙ aũt nõ omnia, sed sunt quędã quę ex necessitate fiunt, cõsequenter astruit ex usu uerbi, est & futurũ est. Secundã aũt astructionẽ ponit, ꝙ quędã cõtingentẽ quidẽ habent generationẽ, quædã uero necessariã, ex natura rerum sumptam. qm̃ enim inquit entium quędã cõtingit & esse, & nõ esse, nõnulla uero ex necessitate habent esse, & impossibile est ipsa non esse, eodẽ modo inquit, & in generatione se habebit. nã q̃ cõtingit, & esse, & nõ esse, hæc & generationẽ cõtingentẽ habent. qm̃ uero nõ omnia sunt talia, sed sunt & quę ex necessitate habẽt esse, generatio quoq; horũ necessaria erit, ut in solstitijs. ęstas enim, & hyems necessariã habent generationem: non enim contingit non esse hæc.

Tex.c.67 *Si uero quod prius necesse est factum esse, si posterius erit, ut si domum fundamentum, si uero hoc lutum, nunquid & si fundamentum factum est, necesse est & domum factam esse?*

An non amplius, nisi & illud necesse est factum esse simpliciter. si uero hoc necesse, & fundamẽto facto factam esse domũ: sic enim erat quod prius se habebat ad posterius: quare si illud erit, necesse illud prius factum esse: si igitur necesse est factum esse quod posterius, & quod prius necesse: & si quod prius, & quod posterius igitur necesse. sed non propter illud, sed quia suppositum fuerat ex necessitate futurum. in quibus igitur posterius necesse est esse, in his conuertitur; & semper priori facto, necesse est factum esse posterius.

Cõm.53. Quod dicit hmõi est, nunquid in quibus est necessariũ ex suppositione, in his ẽt simpliciter necessariũ cõsiderabitur? ut dũ fit domus, necesse est fundamẽtũ eẽ factũ, & ante hoc nẽpe lutũ, & econuerso fundamẽto facto, necesse sit domũ factã iri. Aut nõ ẽ hoc necessariũ, nisi forte natũ est ad primũ secundũ sequi ex necessitate simpliciter. cũ aũt tale fuerit secundũ, ut ex necessitate sit, tunc cõuertitur. & sicut secundo existẽte ex necessitate primũ erit, sic & primo existẽte, ex necessitate erit secundũ, qđ est simpliciter necessariũ. cõsecutio igit̃ inquit priori ad posterius hmõi quędã est, ut si secundum erit, necessario sit & prius. siquidẽ igitur & secundi cõsecutio ad primũ eadẽ sit, ut primo existẽte, sit oĩno & secundũ, in his indifferẽter est cõuersio. si igitur inqt oĩno ad fundamẽtũ sequitur domus, ex necessitate esse habebit, si ergo nõ ex necessitate, igitur nec facto fundamento, necesse est domũ esse. Deinde infert in quibus posterius per seipsum necessariũ habet, in his q̃ cõuersioni attinẽt, ęquantur, & nõ solũ ad posterius prius, sed etiã ad prius posterius sequitur. Id uero {Et si quod prius, & ꝙ posterius igit̃ necesse} trãsitiue legẽdũ est. & si prius igitur, & posterius necessario. in simpliciter uero necessario inquit sequitur ad primũ secũdũ necessario, sed nõ ꝑꝑ illud, inquit, hoc est ꝑꝑ primũ, sed ꝑꝑ propriã naturam: qm̃ ipsum est eorũ, q̃ ex necessitate fiunt, hoc est ęternorũ. hoc .n. est, qđ ex se simpliciter necessariã habet generationẽ, qđ ęternã habet generationẽ. Et sciẽdũ ꝙ hoc ipso utẽs, ut cõfesso. s. ꝙ id, qđ ex necessitate, sequit̃ ad primũ per se, & nõ per aliud, necessariã habet generationẽ, cõsequẽter ostẽdit, ꝙ nõ possibile est in recta finita necessariũ simpliciter secũdũ generationẽ cõsiderari, tãquã nõ possit intelligi ęterna generatio in recta finita. nã ipsum necessariũ de æterno fert. qđ .n. per se, & nõ ꝑ aliud, habet necessarium generationis, huiuscemodi est.

Sed uidebuntur multa obstare, his quæ ab Aristo. dicũtur. uidemus .n. multa in naturalibus generabilibus, & corruptibilibus, ex his, q̃ necessario sequũtur ad quędã pręcedẽtia, necessitatẽ generationis nõ ꝑ se habẽtia, sed per ea, q̃ pręcesserunt. ut ad ægritudinem, q̃ atrophia, & defectus nutritionis dicitur, extenuatio, necessario sequitur, non ꝙ ipsa per se necessariã generationẽ habeat, sed ꝑꝑ pręcedẽtẽ defectũ nutritionis, nõ ꝙ ipsa ex necessitate ꝑ se generatur, sed cũ defectus nutrimẽti præcesserit. sic ẽt & multis & super uires comesis sequit̃ coctionis tarditas, nõ per seipsam, sed ꝑꝑ multã nutritionẽ. & ad uulnus carnosæ partis, sequetur cicatrix, nõ ꝑ se, sed ꝑꝑ uulnus. & ad aquã in terrã effusam, sequetur necessario lutũ, nõ propter se tamẽ. Multa pręterea alia sunt, in quibus ad primũ, secundũ necessario sequitur, nõ tamẽ ꝑꝑ se, sed ꝑꝑ primũ, & etiã nõ oĩno conuertuntur. nam neq; si tarditas adest coctionis, oĩno multa comesa sunt, sed accidit hoc, & ꝑꝑ curas fieri, & propter uigiliã, & alias causas. & ad iugulationem ex necessitate sequitur mors, non tamen si mors, iugulatio omnino pręcessit.

Si igitur in infinitum tendunt in deorsum, non erit necessarium posterius hoc factum esse simpliciter, sed neq; ex suppositione semper enim alterum antea ex necessitate erit: quapropter & illud necesse est factum esse. quare si non est principium infiniti, neq; primum erit nullum, propter quod necessarium erit genitum esse. Tex.c.68

Cum sumpsisset duplex significatũ eius, quod ex necessitate, hoc quidẽ simpliciter, illud uero ex suppositione, & cõtingẽter necessariũ habẽs, ostẽdisserq; in his, q̃ ex necessitate sunt, cõuerti cõsequẽtiã: nã & posteriori facto, necesse est & prius factũ esse, & primo facto, necesse est & posterius cõsequi: in cõtingentibus uero minime conuerti consequẽtiã: nã posteriori existẽte, in his necesse est, & prius factũ esse, sed primo existẽte, nõ necesse est posterius esse factũ: nunc uult ostẽdere ꝙ simpliciter necessariũ in solis his est, quæ circulo mouẽtur, nulli autẽ eorũ, quæ in recta inerit. siue .n. infinita recta, siue finita supponatur, non sequetur simpliciter necessariũ. & interim ostẽdit, ꝙ si infinita recta supponatur, deinde in ipsa quædã, quæ moueantur, & mutẽtur, impossibile est his inesse simpliciter necessarium. si .n. primo existenti, posterius necessario sequitur, propter sui naturam habens necessariũ: in infinito autẽ non est primũ, & posterius accipere: manifestissimũ est, ꝙ nõ erit in his simpliciter necessariũ. sed neq; id quod ex suppositione, ut dicit, quod erat si posterius, & primũ ex necessitate. si ergo nõ est in finita recta primum, & posterius, nõ solum simpliciter necessariũ nõ erit in ea, sed neq; quod ex suppositione propter eandẽ causam. Sed intelligẽdũ uidetur nõ recte procedere hanc argumẽtationem. si .n. uelit quis auferre infinitã rectã, & dicat nihil fieri posse in infinita recta, si quidẽ omne quod fit gratia alicuius finis fit, omne autẽ infinitum infinibile est, uera dicet & incõfutabilia: neq; .n. omnino esse infinitã rectã cõtingit. si uero supponat quidẽ infinitã rectã, qm̃ autẽ caret principio & fine, seu termino ipsum infinitũ, dicat non posse in ipsa ex necessitate sequi ad primũ secũdũ, nõ dicet q̃ rationi cõsonent. nã & si nõ sit principium, & finis, est tamen quod cõsequenter, & hoc, post hoc fieri. sic quippe ipsum tempus dicens Aristo. nõ habens principiũ, & finem, dicit tamen in ipso considerari quod consequenter, & primum & secundum. quapropter quãtum ad ea quæ ab Aristo. dicuntur, non auferetur necessariũ. Illud quoq; rursus dubitauerit aliquis ad dicta, ꝙ in generatione infinita existente, & secundum rectum successioni est simpliciter necessarium: necesse est enim ex homine omnino fieri hominem, & non est contingens ex homine factum iri hominem. Ad hunc autem dicendum, ꝙ successio quidem secundum speciem, qua homo ex homine generatur, per circulum fit, eo quod ab eodem in idem fiat reditus. hoc autem est circuli proprium: primum enim homo, deinde semen, postea embryon, deinde puer, & rursus homo, & rursus semen. Si uero quis dicat, quòd etiam in recta fiat reflexio ab eodem

in idem, sciat ꝙ in reflexione secundũ rectam in quod ultimum uenit id, quod mouetur, in hoc rursus currens primũ ex fine reflectens uenit, ut ad ultimũ gradum scalæ regrediens à pauimento primũ reflectis. sed in reuersione orbiculari, ex quo primum discessit, uerbi gratia ex piscibus, in hoc ultimũ per orbem rediens uenit: à piscibus.n. sol abscedens, & aliã incipiẽs circulationẽ, nõ in pisces recurrit per continuitatẽ, sed in taurum primo fertur, & ultimũ omniũ in pisces. si ergo ostensum est per circulum fieri specierũ successionẽ, nõ est dubium qũo huic necessarium inest, quia secundum circulũ: prius enim dictũ est, ꝙ in solo circulari motu est necessarium. successio ergo quæ non secundũ circulum fit, sed in rectum (huiusmodi autẽ est ipsorũ singularũ) secundũ quã ex Tantalo Pelops, & ex hoc Atreus, hæc necessitatem nõ habet. neq; enim si Tantalus omnino Pelops, neq; si Sophroniscus, iam & Socrates necessario.

At uero neq; in ijs, quæ terminum habent, hoc erit dicere uere, quod simpliciter necesse est genitum esse, ut domum, cum fundamentum factum fuerit. quando enim factum fuerit, nisi semper hoc necesse est fieri, accidet semper esse quod contingit non semper esse. sed oportet ad generationem semper esse, si ex necessitate est ipsius generatio: quod enim ex necessitate & semper simul: quod enim esse necesse, non possibile nõ esse. quare si est ex necessitate, æternum erit, & si æternum ex necessitate: & si igitur generatio ex necessitate, æterna & generatio huius, & si æterna, ex necessitate. si ergo alicuius simpliciter, est generatio, necesse est circumire, & reuerti. necesse enim uel terminum habere generationem, uel non, & si non, aut in rectum, aut in circulum. horum autem, si quidem erit æterna, nõ in rectum possibile est, eo quod nullo modo sit principium, neque si deorsum, ut in futuris assumamus, neq; sursum, ut in ijs, quæ facta sunt. necesse autem esse principium, non finita existente, & æternam esse quare necesse circulo esse. conuerti igitur necesse erit, ut si hoc ex necessitate sit, & prius igitur. atqui si hoc, & posterius necesse est factum iri, & hoc itaq; semper continue.

Com. 55. Cum demonstrauisset ꝙ in infinita recta impossibile est simpliciter necessarium supponi, nunc ostendit ꝙ neque infinita possibile. si enim quod ex necessitate fit, hoc est, quod semper fieri necesse est: quod autẽ in recta finita fit, nõ semper fit: accidet enim, inquit, semper fieri qđ cõtingit nõ semper esse, quod est absurdum. quod enim ex necessitate est, simul & semper erit. i. quod ex necessitate fit ei, quod semper fit, idem est: nam uerbum simul idẽ significat. quoniã igitur quod in recta finita fit, non semper est: habet enim finem, in quo non ulterius est: si quis dixerit in hac ipsum necessariũ, quod idẽ est ei qđ semper, in prius dictum absurdũ incidet: dicet enim semper esse quod contingit nõ esse. si ergo ex necessitate est generatio, & semper erit: si autem semper impossibile est ipsam in recta esse. Deinde recapitulãs breuiter prius dicta, inducit conclusionẽ. si igitur dicens alicuius ex necessitate simpliciter est generatio, circumire, & reuerti necesse est. quoniã inquit necesse est, aut finẽ habere generationem, aut nõ habere. sed non habet. nam qũo æterna esset finem habens? aut in recta erit, aut in circulũ. sed in recta quidem ostensum est esse impossibile: neq; enim in infinita, neq; finita ostensum est posse consistere necessarium, quia non est primum, & posterius: neq; enim in his quæ facta sunt, neq; in futuris, in utroq; enim per infinitum fieri motũ necesse est: relinquitur igitur soli motui in circulum inesse necessarium motum, & æternum, sed & necesse, inquit, principium esse, neq; finito existente, & æternum esse, manifestum ꝙ necessaria generatio, & semper est, & principium habet. ęternã enim, nõ quia una numero, & continua dicimus, sed quia in infinitum eadem facta. si ergo principium non est in infinita accipere, neq; in finita quod semper, omnino igitur in recta non est ex necessitate generatio. circularis ergo sola necessarium habebit, in qua conuertitur & necessarium. si enim primum, & secundum omnino, & si secundum etiã primum, ut iam demonstratum est.

Nihil enim hoc differt dicere, per duo aut plura. In circulari igitur motu, & generatione est id quod ex necessitate simpliciter. & si circulo, necesse est unumquodq; fieri, & factum esse, & si necesse, horum generatio circulo. Hæc itaq; rationabiliter, quoniam æternus, & alibi apparuit circularis motus, & qui cœli, quoniam hæc ex necessitate fiunt & erunt, quot huius motus, & quot per hanc. si enim quod circulo mouetur semper aliquid mouet, necesse & horum circularem esse motum, ut superiori lationi existente, circulo, sol sic. Quoniã autem sic anni tempora, propter hoc circulo fiunt, & reflectuntur: his autem sic factis, omnia ab his. Tex. c. 69

Cum demonstrauisset, ꝙ necessarium inest soli motui circulari, quoniam in æternis, & principium habẽtibus consistit, quorum æternum quidem non inest his, quę in recta finita mouentur: principium uero habere in infinita recta non consideratur, ita ut relinquatur circularis motus solus habere necessarium, & in hoc solo necessariam esse conuersionem, quam circa duo quædam speculatus est, adnotat dicens, ꝙ secundum continuum semper necessario etiam ad secundũ tertium, & ad hoc quartum sequitur. nihil ergo differt, inquit, per duo, aut plura considerare conuersionẽ factam, & necessariam consequentiam. Deinde uniuersum sermonem cõcludens, dicit, & si quid circulo, unũquodq; necesse est fieri, & factum esse. & si necesse horum generatio, circulo procul dubio. & si quid sit circulo factum, hoc habet necessariam generationem. & si quid necessario generatur etiã circulo generatur. Cum autem demonstrauisset, ꝙ necessarium soli circulari motui accidit, inquit ꝙ rationabiliter hæc accidunt, consona existentia his, quæ alibi sunt demonstrata. ostensus est enim in octauo Naturalis auditus, solus motus circularis æternus existens. si igitur simpliciter necessarium æternis inest, ut demonstratum est prius, rationabiliter circulari motui soli inest. solus.n. circularis motus cœlestium est æternus. per ipsum autẽ & alij æterni existentes, ab hoc perficiuntur. quoniam enim firmamenti motus æternus est, propter hoc & planetarum: quarę & ipsius solis. & quia solis æterne in circulo obliquo fit motus, propter hoc & anni temporum reditus circularis, æternus est, æstatis. s. & hyemis, & reliquarum. quoniam autem anni tẽpora circulo reflectuntur, propter hoc generatio, & corruptio animalium, & plantarum, & aliorum circulo fit, & æternitatem possidet. ab anni enim temporum mutatione, est generatio, & corruptio.

Cur itaq; hæc quidem sic uidentur, ut aquæ, et aer circulo facta, et si quidem nubes erit, opus est etiam pluisse, et si pluet, oportet et nubem esse, homines uero, et animalia non reflectuntur in seipsos, ut rursus fiat idem? non enim necesse, si pater factus est, te factum esse, sed si tu, illum, in rectum autem uidetur esse hæc generatio. Principium autem considerationis rursus hoc, utrum similiter omnia reflectuntur. An non. sed hæc quidem numero, illa uero specie solum. quorumcunq; igitur incorruptibilis substantia, quæ mouetur, manifestum quod et numero eadem erunt, motus enim consequitur ei, quod mouetur: quorumcunq; uero non, sed corruptibilis, necesse est specie, numero uero non reflecti. quapropter aqua ex aere, et aer ex aqua specie idem, non numero. si uero et hæc numero, sed non quorũ substantia sit huiuscemodi existẽs, qualis potest nõ esse. Tex. c. 70

Dubitationem